C. CORNELII TACITI

OPERA OMNIA

33149

EX EDITIONE OBERLINIANA

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

JUSTI LIPSII EXCURSIBUS

RECENSU CODICUM ET EDITIONUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITA.

VOLUMEN SECUNDUM.

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1821.

C. CORNELII TACITI

OPERA OMNIA.

VOL. II.

supremum noctemque exegisset.' Atque[2] illo[1] pleraque[x]

affert Cæsari. Atque ille sciscitatur *multa, percunctaturque*, qua ratione Piso diem extremum noctemque traduxisset. *Atque* liberto *illo multa prudenter*,

tavit per libertum. *Brotier*.—2 Male Heinsius, *ad quæ illo*. Brotier. Vix dubito quin pro *illo* scribendum, *filio*. Et intelligitur *Marcus*, qui simul cum patre accusatus nunc mortuo eo solus se Senatui sistit. Vide III. 17. *Ryckius*.—

NOTÆ

nis, qui referebat Tiberio, quomodo se in suprema hora et in morte gessisset Piso.

Sed si rem in se, et penitus intueris, valde ambiguum est, quod Tiberius ex morte Pisonis, invidiam apud senatum quæsierit, nisi forte fuerit invidia in modo inferendæ necis Pisoni, cum sic Tiberius reum eripere senatui et legibus videretur, ut eum pro nutu et arbitrio occideret.

Quia nempe sic carcerem, laqueum, et infamiam reus effugiebat, consulebatque familiæ, cum sic integras illibatasque opes liberis conservaret, *pretium festinandi*, seu mortem occupandi.

Vel forte quia occulte illata sic mors Pisoni; nempe, ne indicare crimen imperitantium posset, et quia sic occisus non sine summo arcano dominationis; unde suspicio forte simul et invidia in Tiberium. Eo igitur sensu invidiam ex tali morte adisse potuit, si nempe suspectaretur quasi Pisonem, immisso percussore, occidisset, ne proferret mandata in Germanicum, ne scelus mandantis patefaceret.

[1] *Atque illo*] Scribe *filio*. Est enim verisimile filium Pisonis attulisse parentis codicillos, et ab eo quæsisse Tiberium singulatim de morte. *Lips.*

Atque illo] Piso quædam scripsit ante mortem, libertoque tradidit; 'pauca conscribit, obsignatque, et liberto tradit:' nempe codicillos, quos ab eo in curia Tiberio redditos, ipse senatui legit, cum prius de extremis domini a liberto multa percontatus esset.

At is (ut vulgus libertorum) partim incogitanter, partim cordate respondebat: an dicemus ejusmodi aliquid cadere in filios Pisonis? non apte quidem: nam juvenes erant primæ nobilitatis, innutriti parentum præceptis, qui animos tam excelsos gerebant, et horum unus jam dederat egregium specimen juventutis: 'M. Piso repetere Syriam dehortatus est: atque utinam ego potius filio juveni, quam ille Patri seni cessisset.'

Præterea intento majestatis crimine, Piso talia filiis non injunxisset, quos noxios, innoxiosve suarum rerum sciebat satacturum; eaque de causa scriptis purgat utrumque. Non negaverim tamen multis a traditione codicillorum interjectis, subobscurum quid exortum.

Sed iis magistris usus est Cornelius, quorum scripta haud unquam percipere queas, nisi recurras, et provideas. Sinas igitur, quæ inserit de fallaciis Sejani, ceteraque connecte, omnia clara et liquida sunt. *Saliner.*

Existimo Tacitum loqui de liberto, cui Piso tradiderat codicillos ad Tiberium tali sententia: Cæsarem sensisse, invidiam sibi morte Pisonis quæsitam. Cumque codicillos sibi a liberto redditos accepisset, crebris interrogationibus ex eodem liberto exquisivisse, 'qualem Piso diem supremum noctemque exegisset.' Respondente illo, quædam ab eo sapienter, quædam inconsultius ac-

sapienter, quædam inconsultius respondente, recitat codicillos,[m] a Pisone in hunc ferme modum compositos: 'Conspiratione inimicorum, et invidia falsi criminis oppressus, quatenus[3] veritati et innocentiæ meæ nusquam locus est, Deos immortales testor, vixisse me, Cæsar, cum fide adver-

nonnulla imprudentius respondente, Tiberius *legit epistolas a Pisone in eam fere sententiam conscriptas:* Conjuratione infensorum hominum subversus, et ficti sceleris odio, quandoquidem justitiæ et integritati meæ nusquam relinquitur locus apud homines; testes appello Deos immortales, servasse me perpetuo

3 Mallet Lipsius, *Quatinus.* Veteres quidem Grammatici observant, *quatinus* pro *quoniam* scribi, et *quatenus* pro *qua parte, quousque.* At vulgo neque in Mss. neque in libris editis, id discriminis reperitur. Nihil ergo mutandum. *Brotier.*

NOTÆ

ta; vel, si mavis, ipso liberto quædam verba sapienter, quædam inconsultius ad interrogata respondente, Tiberium recitasse codicillos. *Pichen.*

Atque illo] Liberto nempe. Hoc loco facile subodorari licet fraudem Sejani in illa morte Pisonis, et in actione liberti. Nam cur libertus ille in palatium non recte se confert ad Cæsarem? Cur eum adit in senatu? cur reddit ei codicillos publice? cur illum interrogat Tiberius palam, et coram Patribus; cur non potius privatim et seorsim? Haud dubie interfecto Pisone, sive sponte sive aliter, subornatur libertus illius a Sejano, nempe ut sic veniret in senatum, ut sic traderet codicillos patroni, sicque responderet Tiberio interroganti; nempe, ut præmonitus erat.

Et sic res composita et adornata, nempe ut comperiretur constaretque, inscium doli Tiberium, non conscium necis Pisonianæ, nec quasi eum metueret indicem, interfici jussisse: ideoque consulto et dedita opera repente mane nunciatur mors Pisonis in senatu, simul et afferuntur codicilli; ideoque interrogatur libertus coram Patribus, quid egisset, dixissetve Piso extrema nocte; nam si querendum habuit de Principe, extremo vitæ momento id ausus foret, et magis in his codicillis, qui ideo etiam afferuntur coram Patribus, simulque recitantur, ut ex illis constaret innocentia Tiberii.

Nam his codicillis preces sæpe et invidia intermiscebantur, et in supremis tabulis convitia et contumelias etiam in dominantes ultro effundebant, ut patet ex Tacit. multis locis. Et tamen his lectis codicillis, Piso nihil cuiquam exprobrabat. Eodem fine, et crebræ illæ interrogationes Tiberii in libertum, sed præparatum et præmonitum Sejani artibus: ut ex his omnibus palam et publice notesceret innocentia principum. Sed cum ille libertus servili ingenio, non satis caperet mentem interrogantis, aut forte quia non instructus satis certis mandatis, 'pleraque sapienter, quædam inconsultius' respondet.

[x] *Pleraque*] Aristot. Rhet. III. 16. 'Servi ad interrogata non recte respondent, sed oblique; et proverbiis utuntur.'

[m] *Recitat codicillos*] Ita vocabant, quæ non in tabulis scripta, sed in charta aut membranis, quasi memoriæ causa notata essent.

sum te, neque alia in matrem tuam pietate: vosque oro, liberis meis consulatis:[n] ex quibus Cn. Piso qualicumque fortunæ meæ non est adjunctus, cum omne hoc tempus in urbe egerit: M. Piso repetere Syriam dehortatus est: atque utinam ego potius filio juveni, quam ille patri seni cessisset! eo impensius precor, ne meæ pravitatis pœnas innoxius luat. Per quinque et quadraginta annorum obsequium, per collegium[o] Consulatus quondam D. Augusto, parenti tuo, probatus, et tibi amicus, nec quicquam post hæc rogaturus, salutem infelicis filii rogo.' De Plancina nihil addidit.[p]

fidem, Cæsar, erga te; neque dispari in parentem tuam pietate fuisse: vosque obtestor, filios meos conservetis: ex quibus Cn. Piso qualicumque sorti meæ non est immixtus, cum toto hoc spatio temporis Romæ manserit: M. Piso repetendæ Syriæ consiliis obstitit: atque utinam ego potius adolescenti filio cessissem, quam ille parenti natu grandi obsecutus esset! eo intentius vos oro atque obtestor, ne improbitatis meæ innoxius pœnam subeat. Per obsequelam fidemque quinque et quadraginta annorum; per consulatum, in quo collega tuus, quo olim D. Augusto patri tuo acceptus, et tibi amicus; oro, postulo incolumitatem infortunati filii, nihil postea precaturus. *De Plancina nihil adjunxit* Piso.

NOTÆ

[n] *Liberis meis consulatis*] Eam unam causam fuisse puto Pisoni, cur ne moriens quidem scelus Tiberii detexerit, quod metueret liberis suis. *Freinsh.*

[o] *Per collegium*] An quia, Augusto collega, an quia Tiberio ipsi? utrumque enim verum, et consul cum Augusto fuit anno DCCXXI. Consul iterum cum Tiberio DCCXLVII. *Lipsius.*

Collegium consulatus] Verus sensus, *Oro te per obsequium, &c. per Consulatum, quem una tecum gessi: atque quo magis moveare, is rogo, qui et amicus tibi fui, et nihil posthac sum rogaturus, ut filium meum salvum velis.*

Errant qui Pisonis collegam faciunt Augustum, cum intelligatur Tiberius. Nam A. U. C. DCCXLVI. vel ut alii DCCXLVII. Tiberius et Piso consules fuerunt. *Freinsh.*

Videtur tamen Tacitus breviter suo more utrumque collegium complecti; nempe et *collegium*, quo consul fuit cum Augusto, cum dicit 'per collegium Divo Augusto probatus;' et *collegium* etiam, quo consul fuerat cum ipso Tiberio, cum addit, 'et tibi amicus.' Sed si verum est, (nam dissentiunt) tantum fuisse consulem Pisonem cum Tiberio, sub Augusto nempe, per illud idem collegium unicum consulatus cum Tiberio, fuit approbatus Augusto, simul et amicus Tiberii, in quam sententiam propendeo.

[p] *De Plancina nihil addidit*] Neque quo eam sublevaret; quam jam oderat, ut perfidam, quæ in communi causa defensionem divisisset: neque ut premeret; cum sciret, frustra fore quicquid adversus eam diceretur, in tanta gratia Augustæ. *Muretus.*

Nihil necesse fuit, Pisonem addere de Plancina, utpote quam salvam

17. Post quæ Tiberius adolescentem crimine civilis belli purgavit: 'patris quippe jussa,[q] nec potuisse filium detrectare:' simul 'nobilitatem[r] domus, etiam ipsius, quoquo modo meriti, gravem casum' miseratus. Pro Plancina cum pudore[s] et flagitio disseruit, 'matris preces' obtendens: in quam optimi cujusque secreti questus magis ardescebant: 'Id ergo fas aviæ,[t] interfectricem nepotis aspicere, alloqui, eripere Senatui? quod

Postea Tiberius juvenem civilium armorum crimine absolvit, quippe paternis mandatis eum obsecutum, nec potuisse filium obniti: *etiam* claritudinem *Calpurniæ* gentis, simul et ipsius Pisonis, quovis modo meriti, grave exitium *deflevit*. *Pro Plancina censuit cum dedecore, nec sine infamia*, precatam esse Augustam *causatus: adversus quam honestissimi quique secreto questu longe maxime indignabantur*. Id igitur fas Liviæ veneficam, quæ nepotem ipsius occidisset intueri, affari, et au-

NOTÆ

sciebat auctoritate Augustæ; et licet perfide ageret fœmina, hoc tamen Pisoni utcumque utile et solatii nonnihil afferebat, ob filios communes et opes maternas, quæ amplissimæ liberis sic servabantur.

De Plancina] Lib. VI. 26. 'Cum Piso caderet, precibus Augustæ, nec minus inimicitiis Agrippinæ defensa erat. Ut odium et gratia desiere, jus valuit: petitaque criminibus haud ignotis, sua manu, sera magis quam immerita supplicia persolvit.' Sed quibus criminibus, o Corneli! an novis criminibus, nonne veneficii in Germanicum? an ausi delatores renovare tantum vulnus, dominante ipso summo artifice tanti facinoris?

Puto id ausos, quia Plancinam urgebant, ut canes maligno dente vexant lapidem, dum manum quæ jecit, omittunt et ignorant, aut ignorare simulant: sic scelerum ministros, ut sibi invisos, tandem ultioni tradunt principes, supplicioque permittunt, in hoc justi per scelus; justi tamen, quia 'reges in ipsos imperium est Jovis.' Et tum Tiberius dici potuit: 'Facto pius et sceleratus eodem.'

Et hoc refer ad id quod dixi, nempe Plancinam habuisse secreta Liviæ mandata adversus Germanicum, quibus incitavit mariti ferociam ac sævitiam, et ipsa veneficium per Martinam exercuit.

Id clare innuit Tac. his verbis, *criminibus haud ignotis, &c. sera magis, &c.:* dicit *sera*, quia ob tale veneficium debuerat jam cum marito supplicium luisse Plancina.

[q] *Patris quippe jussa*] Velle non creditur, qui obsequitur imperio patris, aut domini.

[r] *Nobilitatem*] Simul ad misericordiam commovendam multa adjecit de nobilitate Calpurniæ domus; quippe Pisones originem ex uno filiorum Numæ Pompilii derivant, suumque stemma sic ad reges Rom. referunt.

[s] *Cum pudore*] Pro Plancina deprecatus est, non sine infamia sua; nam ipsius acta defendere non ausus, matrem suam Liviam obtendebat, a qua rogatus esset, ut Plancina parceretur.

[t] *Id ergo fas aviæ*] Τὸ *fas* aliquid importat majus et sanctius, quam *licitum*, seu *justum;* quasi diceret; an id sanctum, an id pium aviæ? nam agitur ibi de caritate, seu pietate matris erga filium.

Germanicus nepos Liviæ Augustæ. Idque impium *aspicere* et *alloqui* homicidam fœminam, et magis im-

pro omnibus[u] civibus leges obtineant, uni Germanico non contigisse! Vitellii et Veranii voce defletum[v] Cæsarem: ab Imperatore et Augusta defensam Plancinam! perinde[1] venena, et artes tam feliciter expertas, verteret in Agrippinam, in liberos ejus, egregiamque aviam, ac patruum sanguine miserrimæ domus exsatiaret.' Biduum super hæc,[2] imagine[w] cognitionis,[x] absumtum; urgente Tiberio

ferre Patribus? quod pro cunctis civibus leges evincunt, id soli Germanico non concessum! Vitellii et Veranii oratione atque lacrymis defensum Germanicum, a principe et Augusta protectam Plancinam! Itaque veneficia et fraudes tanto successu tentatas flecteret in Agrippinam, in sobolem ipsius, bonamque aviam, ac patruum cruore infelicissimæ familiæ expleret. *Biduum in his consumtum specie judicii seu quæstionis, impellente Tiberio filios Pisonis,* ut matrem defende-

1 *Proinde* optime Rhenanus et recentiores. Perperam Beroaldus aliique veteres *perinde.* Hæc sæpe mutantur. *Brotier.*—2 *Super hac.* Brotier. Male Be-

NOTÆ

pium interfectricem sui filii, et longe execrabile illam servare, penatibus suis recipere, et sic quasi pulvinari Deorum illam dignari et obtegere.

[u] *Quod pro omnibus*] Uni Germanico non contigisse vindictam, quam pro omnibus cujuscumque conditionis civibus leges sanxissent! Vitellium et Veranium, comites quidem et amicos Germanici, sed nullo propinquo sanguinis nexu junctos, orationibus suis eum deflevisse; contra Tiberium et Liviam, hanc aviam interfecti, illum patrem et patruum, Plancinæ interfectrici Cæsaris adesse. *Freinsh.*

Præcipue queruntur optimi illi, quod interfectrix illa senatui et supplicio eriperetur, quod non obtineret ultionem necis Germanicus, quam *pro omnibus civibus leges obtinerent.* Queruntur hanc legum vindictam uni Germanico non contigisse.

[v] *Voce defletum*] *Deflere voce,* nihil aliud est, quam conqueri, lamentabili oratione prosequi. Sic de carmine lugubri infra III. 49. 'Quo Germanici suprema defleverat.'

[w] *Biduum super hæc, imagine cognitionis*] Ex superioribus, et sequentibus videtur, de Plancina tantum rem esse: tamen inferius in sententiis constat agi simul de Plancina, Pisone, filiisque. *Pichena.*

Videntur moti his verbis, *biduum absumtum,* putavisse majus temporis spatium, quam æquum aut solitum esset, impensum fuisse: idque, tanquam invidiæ periculum subesset, excusatum hoc prætextu, dictumque, ideo tantum temporis sumi, ut causa probe cognosci dijudicarique possit.

Sed constat non modo biduum, sed plures dies, causis tam gravibus enodandis tribui consuevisse. Supra in causa Pisonis III. 13. undecim dies colliguntur.

Non igitur illam ob rationem *bidui* facta est mentio: sed ad artificium Tiberii exponendum: qui sicut eripere Plancinam constituerat, ita dispiciebat, quomodo id minima cum invidia fieret; quam sciebat orituram esse longe maximam, si statim, ante-

liberos Pisonis, 'matrem uti tuerentur.' Et, cum accusatores ac testes certatim perorarent, respondente nullo,[y] miseratio, quam invidia, augebatur. Primus sententiam rogatus Aurelius Cotta, Consul, (nam, referente Cæsare,[z] magis-

rent; *et cum accusatores testesque certatim inveherentur, nemine* Plancinæ aut Pisonibus *patrocinante, misericordia* magis *quam indignatio accrescebat. Primus quid censeret interrogatus* est *Aurelius Cotta consul: (quippe referente principe consules id*

roaldus et veteres, *super hæc.* Dicendum foret, *super his;* et adhuc ineleganter. Vere Ryckius, *super hac:* idque postulat ipsa rerum series. Frustra tentat Ernestus, *biduum per hæc. Brotier.* Cf. Ed. Bipont. ubi recte explicatur *super hæc* pro *post hæc.* Homerus, *hac.*

NOTÆ

quam accusata esset, periculo eximeretur.

Ille autem et legibus plenum robur reliquisse videri voluit, et Plancinam non solum principis arbitrio absolvi, sed quoniam in cognitione causæ nullum, aut exiguum, neque plane venia indignum crimen compertum esset. Ideoque speciem præbuit judicii, quod propterea non *cognitionem* Tacitus, ut veram et seriam, sed *imaginem cognitionis* nominat. *Freinsh.*

[x] *Imagine cognitionis*] Ceterum ipsa causa, non quia quisquam dubitabat, quin omnia ex sententia Tiberii decernerentur, sed tantum, ut quædam judicii species esset, per biduum in senatu tractata est.

[y] *Respondente nullo*] Attamen destitutis patroni dabantur, sed forte nolebant defendi, ut inde miseratio cresceret. Ante L. Domitii Ænobarbi et Appii Claudii Pulchri consulatum, raro quisquam pluribus, quam quatuor patronis, usus erat. His consulibus M. Scaurum de repetundis accusatum sex defenderunt: sed existimo hac de re biennio post a Pompeio Magno, tertium consule, lege cautum esse.

Nam Tacit. in dialogo Orat. sic habet. 'Transeo ad formam et consuetudinem veterum judiciorum. Nemo intra paucissimas horas perorare cogebatur: et liberæ comperendinationes erant, et modum dicendi sibi quisque sumebat, et numerus neque dierum neque patronorum cavebatur. Primus, tertio consulatu, Cn. Pompeius astrinxit, imposuitque veluti frænos eloquentiæ.'

De hac lege sic Cicero in Bruto: 'Lege Pompeia ternis horis ad dicendum datis, ad causas simillimas inter se, vel potius easdem, novi veniebamus quotidie.' Verum post bella civilia, neglecta lege Pompeia, perventum ad duodecim patronos, eique licentiæ modum a Cæsare dictatore impositum significat Pedianus.

[z] *Referente Cæsare*] Quidam observant, hoc eo notatum a Tacito, quod more prisco magistratus a judicandi munere immunes essent; idque ex prima actione in Verrem satis intelligi. Verum est, quod notatur; sed ad hunc Taciti locum nihil pertinet.

Non poterant quidem ii, qui magistratum gerebant, operam dare prætori exercenti publicum aliquod judicium: et si qui sorte ducti essent, antequam magistratum inirent, simul atque ineundi tempus venerat, amplius non erant in judicibus, sed alios in

tratus[a] eo etiam munere fungebantur) 'nomen Pisonis radendum fastis,'[b] censuit; 'partem bonorum[c] publicandam: pars, ut Cn. Pisoni, filio, concederetur, isque prænomen mutaret.[d] M. Piso exuta dignitate,[e] et accepto quin-

etiam muneris obibant) vocabulum Pisonis e fastis eximendum *decrevit*, partem opum hastæ subjiciendam, utque pars altera Cn. Pisoni filio tribueretur, isque prænomen aliud sumeret. M. Piso senatu motus, et concesso illi quin-

NOTÆ

eorum locum subsortiri necesse erat. Ne poterant quidem ab eo prætore, cui jurisdictio obvenerat, judices dari.

Sed hic nihil tale agitur. Neque enim agebatur hæc causa apud prætorem, et judices, qui sorte ducti, ut moris erat, et in consilio adessent; sed apud Tiberium, et apud senatum. Et hoc est, quod antea dixit Tiberius: 'in curia potius quam in foro: apud senatum, quam apud judices.'

Sed quod notat Tacitus tale est: consules ceterique magistratus, cum quid referebatur ad senatum, non solebant sententiam dicere, sed sententias aliorum exquirere. Id vel ex eo constat, quod consul designatus primus sententiam rogabatur. Inde consulares, prætorii, ædilitii, ceteri ordine.

Quomodo autem ii qui jam in magistratu erant, cessissent, aut designatis tantum, aut iis qui honore aliquo perfuncti, jamque privati essent? et cum qui rogat, superior sit; qui rogatur, ac dicere jubetur, inferior: quis, quæso, consulem rogare poterat? qui aut non aderat (quo enim imperante venisset?) aut ipse senatum habebat.

Formula rogandi hæc erat, *Dic M. Tulli, dic C. Juli.* Quis hoc modo consulem compellare ausus esset? At Cæsare referente, qui super omnes magistratus erat, quique eis omnibus imperare poterat, etiam magistratus, etiam consules eo munere fungebantur. *Muret.*

[a] *Magistratus*] Non vane id notat: prisco enim more, magistratus a judicandi onere immunes. Cicero in Verrem actione I. et alii. *Lipsius.*

[b] *Radendum fastis*] Ut memoria ejus prorsus aboleretur. Cic. pro Sext. de Pisone, et Gabinio: 'Iidem consules, si appellandi sunt consules, quos nemo est, quin non modo ex memoria, sed ex fastis evellendos putet.' Valerius de Mario: 'cujus septem in fastis consulatus leguntur,' &c. Tales sunt, qui e foro R. eruti, hodie in Capitolio omnium oculis patent.

[c] *Partem bonorum*] Censuit bona dividenda, ita nimirum, ut pars eorum in ærarium aut fiscum redigeretur; pars autem filio ipsius Cn. Pisoni, qui prorsus insons erat, concederetur.

[d] *Prænomen mutaret*] Quia id habuisset Piso pater illius.

Prænomen mutaret] Sic M. Antonio mortuo, decretum est, ne quis ex eadem gente *Marci* prænomine uteretur. Sic M. Manlio Capitolino dejecto, ne cui Manliorum *Marco* prænomen esset. Plutarchus, Livius. Sic lib. superiori, ne quis Scriboniorum *Drusi* cognomentum assumeret.

[e] *Exuta dignitate*] *Senatoria* videlicet. Sic infra, 'exuere ordinem.'

quagies sestertio,[f] in decem annos relegaretur,[3] concessa Plancinæ incolumitate, ob preces Augustæ.'

18. Multa ex ea sententia mitigata sunt a Principe: 'ne nomen Pisonis fastis eximeretur, quando M. Antonii,[g] qui bellum patriæ fecisset, Juli Antonii, qui domum Augusti violasset, manerent:' et M. Pisonem ignominiæ exemit, concessitque ei paterna bona; satis firmus, ut sæpe memoravi, adversum pecuniam, et tum pudore absolutæ Plancinæ[h] placabilior. Atque idem, cum Valerius Messallinus, 'signum aureum[i] in æde Martis

quagies sestertio, in decennium amoveretur, data Plancinæ venia, in gratiam Augustæ, quæ id rogaret.

Pleraque ex eo decreto lenivit Cæsar, nempe, ne vocabulum Pisonis fastis raderetur; quandoquidem extarent legerenturque in iisdem fastis nomina M. Antonii, qui Rempub. armis lacessisset; Juli Antonii, qui familiam Augusti adulterio polluisset: *et M. Pisonem infamia exsolvit, tribuitque ei paternas opes: satis validus, ut sæpe dixi, adversus cupiditatem divitiarum, et tum flagitio exemtæ Plancinæ clementior. Idemque* Tiberius *cum Valerius Messallinus censuisset* statuam auream in templo Martis Ultoris, *Cæcina Severus*

3 Optime Lipsius. Pessime Beroaldus ceterique veteres, *relegatur*. Brotier.

NOTÆ

[f] *Quinquagies sestertio*] Sunt centum et viginti quinque millia coronatorum, seu trecenta et septuaginta quinque millia librarum Turon.

[g] *M. Antonii*] E fastis tamen Capitolinis erasum, et postea restitutum fuisse constat: et ita factum significat et Cicero his verbis: 'Cujus consulatus est ex omni monumentorum memoria revulsus.'

[h] *Pudore absolutæ Plancinæ*] Pudebat enim in alios minus culpæ affines severiorem esse, cum in Plancinam mitis fuisset, non sine scelere et flagitio.

[i] *Signum aureum*] Nullus interpretum expressit, cujus rei signum hoc fuerit. Ceterum ipsius illius Martis signum fuisse non ambigo, ob hoc ipsum, quia nihil aliud ab auctore additum est. *Freinsh.*

Signum aureum] Cum censuisset Valerius statuendam Martis ultoris effigiem ejus Dei auream. *Freinsh.* Inclino magis ut fuerit illa effigies *Dei* scilicet *ultoris*, nempe ob ultionem sumtam de interfectore Germanici; sed tamen, quia non dicit Tacitus, cujus illa imago fuerit, nobis dubitandum relinquit: quia tamen nihil aliud exprimit, quam *Martis Ultoris*, credendum est ejusdem numinis effigiem hic intelligi.

At apud eundem Tacitum infra. Quidam patrum censent etiam ponendam statuam Neronis in eodem templo, *Martis Ultoris*, ejusdem magnitudinis ac ipsam Martis effigiem. Sed tum distinguit Tac. et diserte dicit de imagine principis, quod cum non fecerit hoc nostro loco, argumentum est intellexisse statuam ipsius Dei ultoris. Præterea nondum id ævi eo usque provecta adulatio erat, ut statuæ aureæ Cæsaris in templis ponerentur *inter simulacra numinum.*

Ultoris,'[j] Cæcina Severus, 'aram ultioni[k] statuendam,' censuissent, prohibuit: 'ob externas[l] ea victorias sacrari,'[m] dictitans; 'domestica mala[n] tristitia operienda.' Addiderat Messallinus, 'Tiberio et Augustæ et Antoniæ et Agrippinæ Drusoque ob vindictam Germanici grates agendas,' omiseratque Claudii mentionem. Et Messallinum quidem L. Asprenas, Senatu coram, percunctatus est, 'an prudens præterisset?'[o] ac tum demum[p] nomen Claudii ascriptum est.

aram Vindictæ struendam; *vetuit, disserens:* donaria ista dicari ob extraneas victorias, intestinas clades mœstitia obruendas. *Adjunxerat Messallinus* grates referendas Tiberio, et Augustæ, et Antoniæ, et Agrippinæ, et Druso, propter ultionem Germanici, *prætcrieratque Claudii nomen. Et quidem L. Asprenas coram Patribus Messallinum interrogavit,* an sciens et volens id omisisset? *Ac tum tandem vocabulum Claudii adjunctum est. Quo plures historias*

NOTÆ

[j] *Æde Martis Ultoris*] Ædes Martis Ultoris in octava regione Romæ antiquæ: ex Roma Nardini v. 9. p. 262. *Tillemonius.*

[k] *Aram ultioni*] Sic aras dicabant virtutibus quibusdam, quas Deas faciebant. Sic ara structa Amicitiæ, Clementiæ IV. 74. Etiam rebus, aut insignibus eventibus aras dicavere ob memoriam: sic 'ara adoptionis' I. 14.: 'damnationis' XIV. 32. et hic 'ultionis.' Sic apud Sueton. Calig. 8. aræ inscriptæ, *ob Agrippinæ puerperium*, sic et l. XV. ob natam ex Poppæa prolem, *ara fœcunditati, &c.*

[l] *Ob externas*] De *ara ultionis* hoc verum, at de signo in æde Martis Ultoris id ambiguum, si originem hujus Dei et illius templi spectemus.

[m] *Sacrari*] Hoc est, ejusmodi donaria ob victorias et ultionem externis ex hostibus sumtam dedicari solere: quo falsum fuisse videtur de signo aureo 'in æde Martis Ultoris.' Nam id templum, et etiam prima statua *Martis Ultoris* dicata, exstructaque ab Augusto, ob ultionem Bruti et Cassii, aliorumque conjuratorum, qui cives, et intestini hostes.

Adde et Tacitum infra, ubi de Nerone, cui statua aurea dicatur in templo ejusdem Martis Ultoris, ob ultionem sumtam de conjuratis Pisonianis, qui etiam intestini hostes. Suetonius originem hujus templi describit, August. 29. 'Ædem Marti bello Philippensi pro ultione paterna suscepto voverat. Sanxit ergo, ut de bello triumphisque hic consuleretur senatus: provincias petituri hinc deducerentur, quique victores redissent, huc insignia triumphorum inferrent.' Ad ultimam partem hujus loci forte respiciebat, qui de signo aurea censuit.

[n] *Domestica mala*] Domesticas vero calamitates potius mœrore et tristitia operire, et velut sepelire, quam ejusmodi monumentis publicis ostentare, et in memoria hominum conservare oporteret.

Domestica mala] Sic ob victorias civiles non triumphabant. Sic nostra ætate monumenta insignium victoriarum, ex civilibus bellis primum posita, deinde sublata esse scimus: cum veterum inimicitiarum memoriam, quam oblivione sepeliri satius foret, renovatura viderentur. *Muretus.*

[o] *An prudens præterisset*] Sic omis-

Mihi, quanto plura recentium seu veterum revolvo, tanto magis ludibria rerum mortalium cunctis in negotiis obversantur: quippe fama, spe, veneratione, potius omnes destinabantur imperio, quam, quem futurum Principem fortuna in occulto tenebat.

19. Paucis post diebus Cæsar auctor Senatui fuit, 'Vitellio atque Veranio et Servæo sacerdotia[q] tribuendi.' Fulcinio 'suffragium ad honores' pollicitus, monuit, 'ne facundiam[r] violentia præcipitaret.' Is finis fuit ulciscenda

nuperæ ætatis, aut priscorum temporum revolvo, tanto magis obversatur animo meo jocus insolentis ludentisque in rebus humanis fortunæ, quæ ipsa cuncta negotia mortalium sus deque pro nutu et libidine versat agitatque: *nam sermonibus hominum, expectatione, honore, potius omnes evehebantur ad principatum, quam* ille, *quem imperii potiturum, dominumque rerum fortuna in arcano habebat.*

Paucis interjectis diebus princeps suasit Patribus, ut Vitellius, Veranius, et Servæus sacerdotiis ornarentur. *Trioni* favorem suum ad dignitates obtinendas *promittens, auctor fuit,* ne eloquentiam nimia vehementia præcipitaret. *Is exitus fuit vindicandæ mortis Germanici, quæ non solum apud illos mortales,*

NOTÆ

sus Claudius, quia mentis deminutæ, quia scurrarum et coprearum scopus, atque inter aulæ ludibria; ideoque sic spernebatur, silebaturque in magnis illis cærimoniis: omittebatur, quasi nullius nominis esset.

Apud Sueton. Claud. 3. 'Mater Antonia portentum eum hominis dictitabat, nec absolutum a natura, sed tantum inchoatum; ac si quem socordiæ argueret, stultiorem aiebat filio suo Claudio.' Ita eum despexit Augusta, ut eum non dignaretur affari, nec 'moneret, nisi acerbo et brevi scripto, aut per internuntios.' Sueton. ibid.

[p] *Tum demum*] Eo enim tempore ita despectus erat Claudius, ut etiam in negotio quod ipsum proxime contingebat, cum alii Germanici propinqui nominarentur, ipse per oblivionem præteriri potuerit; scilicet omnes alii, potius spe votoque imperio destinabantur, quam ille, &c.

[q] *Sacerdotia*] *Sacerdotia* dixit tanquam de pluribus: erant enim varia, nec unius generis sacerdotum collegia. *Sacerdotia*] Plura, quia plures erant, quibus sacerdotia tribui deberent, nempe Vitellius, Veranius, Servæus, &c. Etiam unus et idem plura sacerdotia adipisci potuit: quod tamen hic promissum, an factum, non dixerim.

[r] *Monuit, ne facundiam*] Promisit suffragium suum Fulcinio ad præturam capessendam: eumque admonuit, ne laudem eloquentiæ, violentæ præcipitisque orationis impetu corrumperet. *Freinsh.*

Non admonebat Fulcinium amore aut studio, vel ipsius, vel quasi eloquentiam perfectam mox comparare eum cuperet; sed tacite castigabat nimiam ejus violentiam in hac causa Germanici, cui semper iniquus et infestus Tiberius; qui et omnes ejus amicos clientesque oderat, mox et singulos afflixit, ac subvertit.

Sic supra c. 12. 'An falsa hæc in majus vulgaverint accusatores, quorum ego nimiis studiis jure succenseo.' Illudebat ille veterator accusatoribus, reis, senatui, legibus, et judiciis. Quod dicit Tacitus 'Biduum super

Germanici morte, non modo apud illos homines qui tum agebant, etiam secutis temporibus vario rumore jactata: adeo maxima quæque ambigua sunt, dum alii qu quo modo audita pro compertis[1] habent: alii vera in contrarium vertunt; et gliscit utrumque posteritate.[s] At Drusus,[t] urbe egressus[u] repetendis auspiciis,[v] mox ovans introiit: paucos-

qui tum florebant, sed etiam sequentibus seculis adversa fama et sermonibus exagitata fuit: adeo summa quæque incerta sunt; dum alii quacumque ratione vulgata pro certis accipiunt, alii certa in adversum sensum trahunt, et pervadit ac crescit utrumque apud posteros. At Drusus Roma exiit renovandis auspiciis, dein ovans

1 In Ms. Flor. et veteribus editionibus, *audire pro compertis.* Recte emendarunt recentiores, *audita.* Antiquam scripturam immerito tuetur Gronovius. *Brotier.*

NOTÆ

hæc imagine cognitionis absumtum,' &c. erat imago et simulacrum judicii, non judicium; sic et illusit homini, cum illum de eloquentia admoneret; aliud dixit, aliud intendit, forte et intelligi voluit.

Monuit eum, ut in talibus causis suscipiendis facundia sua minus violenter uteretur; nempe ne principes et proceres pravitate diserta petulantius lacesseret.

[s] *Gliscit utrumque posteritate*] Si falsa traditur posteris fama, et crescit eundo illa falsi fama; si vera, etiam et tempore ipso magis magisque gliscit augeturque, et vetustate veluti consecratur. Plura dicunt et addunt vero aut falso, multoque maxime mirantur disseruntque posteri.

[t] *At Drusus urbe egressus*] Quæras quo hæc egressio et reditio? ad morem priscum, quo obtinuit, ut qui e provinciis cum imperio redirent, illud ipsum amitterent, simul ac intrassent urbem. Ideo Livius l. XXVI. 'Quinto Fulvio, ne minueretur imperium si in urbem venisset, decrevit senatus.'

Et magis ad lucem Taciti, quod Dio l. LIV. tradit, Augusto decretum perpetuum proconsulare imperium, ita ut nec si intra urbem venisset, minueretur, neve necessum esset (ut ipse loquitur ἀνανεοῦσθαι τὴν ἀρχὴν: id est, renovare, sive, ut Tacitus, repetere auspicia. Nam auspicii nomine etiam imperium hic cape.

Sed cui rei Druso opus fuit repetito imperio? ad ovationem nempe. Nam qui triumphans ovansque urbem ingreditur, cum imperio id facit in illum diem: Drusus autem imperium amiserat, ingressus urbem ob fratris sui mortem. Debuit ergo repetere, ut ovaret.

Ejus sententiæ sunt, quæ apud Ciceronem legis, spem triumphi abjicientem: 'Utar ea porta, quam primam videro:' et apud Cœlium: 'Neque enim stulte Appius, qui simul atque Dolabella accessit ad tribunal, introierat in urbem, triumphique postulationem abjecerat.'

Apud Ulpianum, l. ult. de off. proconsul. 'Proconsul portam Romæ ingressus deponit imperium.' Iterum apud Ciceronem: 'mihi valde placet de triumpho nos moliri aliquid, et extra urbem esse cum justissima causa.'

[u] *Urbe egressus*] Suo in urbem ingressu auspicia imperiumque deposuerat, ut illa reciperet auspicia, sine quibus triumphare non licebat; se-

que post dies Vipsania, mater ejus, excessit, una omnium Agrippæ liberorum miti obitu:[w] nam ceteros, manifestum, ferro, vel creditum est, veneno aut fame extinctos.

20. Eodem anno Tacfarinas, quem priore æstate pulsum a Camillo memoravi, bellum in Africa renovat, vagis primum populationibus, et ob pernicitatem inultis:[x] dein vicos exscindere, trahere graves prædas: postremo, haud procul Pagida[1] [y] flumine, cohortem Romanam circumsedit. Præerat castello Decrius, impiger manu, exercitus militia, et illam obsidionem flagitii ratus.[z] Is cohortatus milites, 'ut

urbem *iniit: paucisque elapsis diebus Vipsania parens ejus obiit, sola omnium Agrippæ liberorum suo fato: quippe compertum alios gladio, alias toxico aut tabe seu inedia absumtos creditum est.*

Eodem anno Tacfarinas, quem superiore æstate fusum fugatumque a Camillo retuli, in Africa bellum instaurat; vagis primum prædationibus, et ob velocitatem impune habitis: exin vicos populari, rapere ingentes prædas: demum obsidione cinxit cohortem Rom. non longe a Pagida amne. Præsidebat arci Decrius manu strenuus, peritus belli, et qui illud obsidium turpe atque indecorum Romanis existi-

1 *Pagyda* Ms. Flor. et veteres editiones. In recentioribus, *Pagida*. Brotier.—

NOTÆ

cundum antiquam consuetudinem egressus est urbe, et mox ovans iniit.

[v] *Repetendis auspiciis*] Non aliud hic per *auspicia* magis intelligitur, quam imperium, non quale Principes, sed quale Proconsules et legati obtinebant.

[w] *Miti obitu*] Miti obitu, id est, citra vim, et ex fato. Sed videamus. M. Agrippæ tres uxores fuerunt. Prima Pomponia Attici filia, conciliante eas nuptias M. Antonio triumviro: ex ea genuit Vipsaniam, de qua hic, Drusi matrem.

Altera Marcella Octaviæ filia: ex ea quoque liberi, si Suetonio fides, diserte id in Augusto tradenti; etsi nihil de iis postea reperias, et videatur ea proles non fuisse vitalis.

Tertia uxor, Julia: ex ea nati Caius et Lucius Cæsares, Postumus Agrippa, Agrippina, et Julia.

In his plerisque vera Taciti nota. Caius enim et Lucius veneno crediti periisse; Agrippina fame, Postumus ferro. Juliam excipio, cujus mortem l. IV. ita narrat ipse Tacitus, ut ex natura videatur, ferri aut veneni nulla mentione.

[x] *Inultis*] Idque quia celeriter veniebat discedebatque, impune faciebat; sicque facile eludebat gravius agmen copiarum Rom.

[y] *Pagida*] Flumen Numidiæ provinciæ, in Africa minore, seu proprie dicta; in Olcachitin sinum Africi pelagi se exonerat. Hodie Maber in Constantina provincia regni Alger. Ex chartis Ortelii, et Petri du Val. *Tillemon.*

[z] *Flagitii ratus*] Qui pro summa turpitudine habebat, si se ab ejusmodi hominum genere intra munimenta claudi pateretur.

copiam pugnæ in aperto[a] facerent,' aciem pro castris instruit. Primoque impetu pulsa cohorte, promtus inter tela occursat fugientibus, increpat signiferos, 'quod inconditis,[b] aut desertoribus[c] miles Romanus terga daret:' simul excepta vulnera,[2] [d] et quanquam transfosso oculo, adversum os in hostem intendit; neque prælium omisit, donec, desertus suis, caderet.

21. Quæ postquam L. Apronio, nam Camillo successerat,[e] comperta; magis dedecore suorum,[f] quam gloria[g] hos-

maret. Is accensis militibus, ut facultatem certandi in aperto præberent, *agmen pro munimentis componit. Primoque congressu fugata cohorte, audax ipse inter arma occurrit, opponitque se terga dantibus, objurgat vexilliferos,* quod ab inordinatis, aut desertoribus copiæ Rom. fugarentur: *simul et vulnera excepit* centurio; *et quamvis transfixo oculo, adversa fronte in hostem irruit, neque pugnam reliquit, donec destitutus a suis occumberet.*

Quæ ubi L. Apronio nuntiata sunt (nam Camilli loco suffectus fuerat) magis de flagitio suorum solicitus, quam decore hostium; decimum quemque flagitiosæ cohor-

2 Hæc occlamans, simul adverso corpore vulnera excipiebat, ut recte explicat Freinshemius in Paraphrasi. Nimis argute, nec probabiliter Ernestus, simul vulnera, quæ fortiter pugnando exceperat, militibus suis ostentabat. Post *vulnera*, excidisse *ostendit*, existimat. *Brotier.*

NOTÆ

[a] *In aperto*] Cohortatus milites suos, ut in aperto campo pugnandi copiam hostibus facerent.

[b] *Inconditis, aut desertoribus*] Duabus his notis universas Tacfarinatis copias complexus est. Nam illæ partim ex barbaris constabant; partim ex his, qui cum sub Romanis prius stipendia meruissent, deinde ad Tacfarinatem profugerant; illud genus *inconditorum*, hoc vero *desertorum* appellatione notavit; neque vel illis, horum, vel his, illorum probrum competebat. *Freinsh.*

[c] *Desertoribus*] Signiferos increpabat, quod non puderet Romanum militem pelli, non ab justo aut non pudendo hoste, sed a multitudine, quæ partim ex incondita turba, partim ex transfugis et signorum desertoribus constaret.

[d] *Simul excepta vulnera*] Non primo congressu excepit hæc vulnera, sed cum suos sisteret, revocaretque ad prælium, tum transfixo oculo; tamen adverso ore tendebat in hostem.

[e] *Successerat*] Ea re nuntiata L. Apronio, qui in Africæ proconsulatu Camillo successerat.

[f] *Magis dedecore suorum*] Ille non tam gloriam hostium, quæ ex tantilla hac victoria sane mediocris erat, quam suorum ex ignominiosa fuga infamiam ægre ferebat, ut quæ barbaris contemtum Romanorum concitare poterat.

[g] *Gloria*] Spernebat gloriam talis hostis, sed aversabatur horrebatque flagitium suorum Romanorum, qui imbelli et fugacissimo hosti terga dedissent. Hi desertores ita in fugam proni, ut mox a quingentis veteranis

tis anxius, raro[h] ea tempestate et[1] e vetere memoria facinore, decimum quemque[i] ignominiosæ cohortis sorte ductos fusti[2] necat. Tantumque severitate profectum, ut vexillum veteranorum,[j] non amplius quingenti numero, easdem Tacfarinatis copias, præsidium, cui Thala nomen, aggressas, fuderint: quo prælio Rufus Helvius, gregarius miles, servati civis decus retulit; donatusque est ab Apronio torquibus et hasta. Cæsar addidit civicam[k] coronam, 'quod non eam[l]

tis sorte lectos fusti necat, raro ea ætate, et e prisca memoria repetito exemplo. Tantumque ea disciplina effectum est, ut veterani sub vexillo, qui numerum quingentorum non excederent, profligaverint easdem Tacfarinatis copias, quæ adortæ fuerant castellum, quod Thala vocant: in quo certamine Rufus Helvius plebeius miles defensi civis gloriam reportavit; ornatusque est ab Apronio monilibus et hasta: querceam coronam Cæsar adjunxit, questus magis quam iratus, quod eam etiam non donas-

1 Abest *et* in Gronov. Edit.—2 Ita Ms. Flor. Pichena, et recentiores. Be-

NOTÆ

profligati sint.

[h] *Raro*] Remedio usus est, cujus ea tempestate rara exempla erant, sed a veteribus usurpatum esse constabat, ut nimirum decimum quemque flagitiosæ cohortis fuste percuteret.

[i] *Decimum quemque*] Sic legiones, sic deditos jussu Galbæ decimatos, idem Cornelius scribit histor. lib. I. hucque verbum Cn. Cassii ex XIV. Annalium traho: 'Ex fuso exercitu cum decimus quisque fuste feritur, etiam strenui sortiuntur.' M. Tullius pro Cluentio: 'Statuerunt majores nostri, si a multis esset flagitium rei militaris admissum, sortitione in quosdam animadverti, ut metus videlicet ad omnes, pœna ad paucos perveniret.' Primus quoque Appius Claudius, nisi memoria fallit, Livii l. II. 'Qui reliquerant ordines, virgis cæsos securi percussit: cetera multitudo sorte decimus quisque ad supplicium lecti.'

[j] *Vexillum veteranorum*] Intelligendi veterani, quales 'exauctorati retinebantur sub vexillo, ceterorum immunes, nisi propulsandi hostis:' supra I. 36.

[k] *Civicam*] Ab Apronio torquibus et hasta pura, ex antiquo more donatus est; quernam tamen coronam, quæ ob cives servatos dari solet, non adjecit, sed de ea ad Tiberium retulit.

Civicam] De qua Gel. lib. V. 6. 'Civica corona appellatur, quam civis civi, a quo servatus est in prælio, testem vitæ salutisque perceptæ dat. Ea fit e fronde querna, quoniam cibus victusque antiquissimus querceus capi solitus sit. Fit etiam ex ilice, quod genus superiori proximum est: sicuti scriptum est in quadam comœdia Cæcilii: "Advehuntur cum ilignea corona et chlamyde; Dii vostram fidem!" 'Massurius autem Sabinus in XI. librorum memorabilium civicam coronam tum dari solitam dicit, cum is qui civem servaverat, eodem tempore et hostem occiderat, neque locum in ea pugna reliquerat: aliter jus civicæ coronæ negat concessum. Tiberium tamen Cæsarem consultum, an civicam coronam capere posset,

quoque Apronius, jure Proconsulis,[m] tribuisset,' questus magis, quam offensus. Sed Tacfarinas, perculsis Numidis, et obsidia aspernantibus,[n] spargit bellum; ubi instaretur,

set Apronius pro sua potestate proconsulis. *Sed Tacfarinas, exterritis Numidis, et obsidiones refugientibus, dividit copias, abscedens ubi urgeretur, et rursus a tergo*

NOTÆ

qui civem in prælio servasset, et hostes ibidem duos interfecisset, sed locum in quo pugnabat non retinuisset, eoque loco hostes potiti essent; rescripsisse dicit, eum quoque civica dignum videri: quod appareret e tam iniquo loco, civem ab eo servatum, ut etiam a fortiter pugnantibus retineri non quiverit. Hac corona civica L. Gellius vir censorius in senatu Ciceronem consulem donari a Repub. censuit, quod ejus opera esset atrocissima illa Catilinæ conjuratio detecta, vindicataque.' Observa summum decus Oratoris. Juv. 'Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.' Et quemadmodum ille servator civium primus *pater patriæ* dictus est; et ejus exemplo Cæsares, seu principes tale nomen omni nomine et decore majus usurparunt.

Ita eodem exemplo *civicam coronam* quam primum Ciceroni Respublica obtulerat, teste Gellio, perpetuam sibi vindicarunt, quæ excubaret in vestibulo palatii: quod decus ipsis deferebatur a Republica, et communi consensu omnium mortalium, tanquam conservatoribus, non unius, aut singulorum, sed omnium omnino civium, qui in toto orbe, et imperio Romano essent.

[l] *Quod non eam*] Et certe vereri potuit Apronius, ne per ambitionem talia dona concessisse videretur. Jam olim teste Gel. v. 6. 'M. Cato objecit M. Fulvio Nobiliori, quod milites per ambitionem coronis levissimis de causis donasset: de qua re verba ipsa apposui Catonis. Nam principio quis vidit corona donari quenquam, cum oppidum captum non esset; aut castra hostium non incensa essent? Fulvius autem, in quem hoc a Catone dictum est, coronis donaverat milites, quia vallum curaverant, aut quia puteum strenue foderant.'

Ad hoc Tac. respexit Suet. Tib. XXXII. 'Corripuit consulares exercitibus præpositos, quod non de rebus gestis senatui scriberent: quodque de tribuendis quibusdam militaribus donis ad se referrent; quasi non omnium tribuendorum ipsi jus haberent.' Idque exemplo Augusti. Idem Sueton.

[m] *Jure Proconsulis*] Tiberius quidem ea re, qua potestatem suam augeri sentiebat, non est offensus, verum quia civilis, nec nimiæ potentiæ cupidus videri volebat, corripuit Apronium, questus, quod non ipse per se civicam coronam Rufo dedisset. Proconsules enim omnium militarium donorum tribuendorum jus habent.

Jure Proconsulis] Si pro jure suo proconsul *civicam* coronam dare potuit, certe et ceteras, quæ minoris dignitatis erant, coronas tribuere potuit, *triumphalem* nempe, *obsidionalem*, *muralem*, *castrensem*, *navalem*. Non, ut puto, tamen potuit concedere *triumphalem*, aut *ovalem*. Illæ quippe consensu senatus decretæ simul cum triumpho. Quippe talia, ut et statuæ, insignia seu pars triumphi erant: *triumphalis* aurea, olim e lauro fuerat, *ovalis* myrtea.

[n] *Obsidia aspernantibus*] Id est, cum nollent obsidere, aut oppugnare ultra præsidia Romana, quia male bis

cedens, ac rursum in terga remeans: et, dum ea ratio barbaro fuit, irritum fessumque Romanum impune ludificabatur:[o] postquam deflexit ad maritimos locos, illigatus[3] præda,[p] stativis castris adhærebat:[4] missu[5] patris Apronius Cæsianus,[6] cum equite et cohortibus auxiliariis, quis velocissimos legionum addiderat, prosperam adversum Numidas pugnam facit, pellitque in deserta.

22. At Romæ Lepida,[q] cui, super Æmiliorum decus,[r] L. Sylla ac Cn. Pompeius proavi erant, defertur, 'simulavisse partum[s] ex P. Quirino,[1] divite atque orbo:' adjiciebantur

instans: et dum is modus bellandi *Numidæ fuit, inanem lassumque Romanum nullo damno suo eludebat. At ubi convertit se ad maritimas oras, gravi onustus præda, in stativis castris morabatur: jussu parentis Apronius Cæsianus cum equestri pedestrique copia sociorum, quibus pernicissimos legionum adjunxerat, secundo adversus Numidas prælio dimicat, fugatque in solitudines.*

At in urbe Lepida, quæ præter Æmiliorum nobilitatem L. Syllam et Cn. Pompeium proavos ferebat, accusatur supposuisse prolem ex P. Quirinio, qui opibus

roaldus et veteres, *fuste.*—3 Frustra Heinsius, *inlectatus præda. Inligatus præda,* id est, copiosiore præda impeditus. *Brotier.*—4 Ita Ms. Flor. et optimæ notæ editiones. Beroaldus, *hærebat.*—5 Ita Ms. Flor. editiones veteres et recentiores. Voculam addidit Rhenanus, *missuque patris.*—6 In veteribus editionibus, *Apronius Cesianus.*

1 Brotier habet *P. Quirinio,* et sic Gronovius et Homer. Nam eruditi censent, nec immerito, Quirinium illum eundem esse ac *Cyrinum,* de quo D. Lucas, II. 2. In Græcis legitur ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου. A Strabone, XII. p. 569. appellatur Κυρίνιος. Consulatum gesserat A. U. C. 742. A. C. 11. In fastis Vindobonensibus ad hunc annum MESSALA et QVIRINO. Extat quoque apud Suetonium in Tiber. XLIX. *Quirini* mentio. In recentioribus Taciti editionibus emendatum, *Quirino.* At cum veteres omnes editiones habeant, *Quirinio;* nihil mutandum censui. Ad eum pertinet vetus marmor, quod fuse illustrat Cl. Gori, Inscript. Ant. Vol. III. p. 114. et seq. *Brotier.*—

NOTÆ

terque accepti.

o *Ludificabatur*] Quamdiu morem istum servavit, Romanorum gravem armaturam ipse levis et expeditus fatigatam frustratamque, citra damnum suum eludebat.

p *Præda*] Postquam ad maritimam regionem, quæ pluribus vicis frequentabatur, deflexit, et exinde copiosiore præda præpedire se cœpit, hinc stativa castra ponere, et ibi moram trahere coactus est.

q *Lepida*] Arguitur apud Suetonium Tiberius favisse Quirino orbo et diviti contra Lepidam, ut sic captaret invaderetque opes orbi senis.

r *Æmiliorum decus*] Lepida præter Æmiliæ gentis decus, ex qua orti sunt Lepidi, L. Syllæ et Cn. Pompeii proneptis erat; nam Faustus Dictatoris Syllæ filius Pompeiam Magno genitam in matrimonio habuit.

s *Simulavisse partum*] Arguitur fœmina suppositi partus, quem se ex P. Quirino viro divite, et liberis carente, cujus uxor fuerat, concepisse finxisset.

'adulteria, venena; quæsitumque per Chaldæos[t] in domum Cæsaris;'[u] defendente ream Manio Lepido fratre. Quirinus, post dictum repudium[v] adhuc infensus, quamvis infami ac nocenti miserationem addiderat. Haud facile quis dispexerit illa in cognitione mentem Principis: adeo vertit ac miscuit[w] iræ et clementiæ signa: deprecatus primo Senatum, 'ne majestatis crimina tractarentur:' mox M. Servilium, e Consularibus, aliosque testes illexit ad proferenda,[2] quæ velut reticere[3] voluerat. Idemque servos Lepidæ, cum militari custodia haberentur,[x] transtulit ad Consules;[y] neque

affluens, liberis carebat. Addebantur stupra, veneficia; consultumque per Chaldæos in familiam principis, protegente sontem Manio Lepido fratre. Quirinius post missum repudii libellum adhuc infestus, fœminæ misericordiam, licet ignominiosæ et sceleros æ conciliarat. In illo judicio ægre quis animum Tiberii introspexerit, adeo flexit, ac temperavit severitatis et lenitatis argumenta; initio rogavit Patres, ne quæstio majestatis exerceretur; *deinde impulit M. Servilium consularem, et alios testes ad promenda, edendaque, quæ quasi tegere silentio cupierat. Idemque transmisit ad consules mancipia Lepidæ, quibus miles custos appositus erat; neque*

2 In Ms. Flor. *profenda.* Inde frustra tentat Gronovius, *profanda.* Brotier.—3 Incassum Acidalius, *reticeri.* Muretus, *voluerant.* Verba illa duriora esse vixque sana pronuntiat Ernestus, cui haud ita assentior. *Brotier.*

NOTÆ

[t] *Quæsitum per Chaldæos*] Quod semper capitale: 'Cui enim opus perscrutari super Cæsaris salute, nisi a quo aliquid adversus illum cogitatur vel optatur, aut post illum speratur et sustinetur? non enim ea mente de caris consulitur, qua de dominis,' ait apposite ad hanc rem Tertullianus.

[u] *In domum Cæsaris*] Quod per Magica sacra in fata principalis domus inquisivisset.

[v] *Post dictum repudium*] Non ita capies, quasi alibi dixerit Tac. de eo repudio: sed *dicere repudium*, idem est ac quod *mittere* vulgo; id est, postquam repudiasset eam Quirinus. Repudiarat autem ante annos xx. Suet. Tib. c. 49.

[w] *Adeo vertit ac miscuit*] Adeo fuit ambiguus inter utrumque affectum, inter iram et clementiam; cui opponitur ipsemet Tiberius supra c. 15. ubi de Pisone, qui 'nullo magis exterritus est, quam quod Tiberium sine miseratione, sine ira obstinatum, clausumque vidit, ne quo affectu perrumperetur.'

Hoc loco aliam larvam induit, et tamen idem facit, aut assequitur. Nam adeo miscet, permiscetque 'iræ et clementiæ signa,' ut per tantas ambages, quo propendeat incertum sit; quasi nullo prorsus affectu permoveretur, in speciem; nam revera in ultionem fœminæ, licet per ambages, tamen gravis incubuit.

[x] *Cum militari custodia haberentur*] Erat et in ipsa urbe triplex carcer: militaris, apud magistratus, apud fi-

per tormenta interrogari passus est de his, quæ ad domum suam pertinerent. Exemit etiam[z] Drusum, Consulem de-

per cruciatus inquiri permisit de his, quæ ad familiam suam spectarent. Exsolvit quoque Drusum consulem destinatum proferendæ primo loco sententiæ: quod alii

NOTÆ

dejussores, quæ et *libera custodia* dicebatur. In militari, reus dextera, miles sinistra manu alligari eadem catena solebat.

Custodiam autem vocabant, et militem et reum. *Apud Magistratus*, ut in conjuratione Catilinæ. *Apud fidejussores*, Ulpianus l. I. D. de custodia reorum.

Militari custodia] 'Carcer triplex est,' (ait vetus interpres Juvenalis,) 'Urbanus, Rusticus, Castrensis Urbanus, ut sunt turres: Rusticus, ut ergastula: Castrensis, quando captivi trahuntur catenati.' Notat hoc ad eum locum Juvenalis: 'Inde fides arti, sonuit si dextera ferro, Lævaque si longo castrorum in carcere mansit.' Sed potuit, immo debuit paulo distinctius. Nam in urbe ipsa triplex ratio asservandi captivos. Aut enim in carcere habebantur, loco que concluso, sine ullo milite: ut fere servitia, et capita viliora. Aut in custodia militari: aut in ædibus magistratuum.

Custodia militaris frequentissima et Romæ et in provinciis: ejusque modus, ut is qui in noxa esset, catenam manui dextræ alligatam haberet, quæ eadem militis sinistram vinciret, custodiæ ejus præfecti.

Satis aperte Seneca, de tranquillitate l. I. c. 10. 'Sed quid refert? eadem custodia universos circumdedit, alligatique sunt etiam qui alligaverunt. Nisi tu forte leviorem in sinistra catenam putas.' Idem epist. 5. 'Quemadmodum eadem catena et custodem militem copulat, sic ista quæ tam dissimilia sunt, pariter incedunt.' Alii legunt, *custodiam:* sed certe *custodia* et reum et militem designat.

Et optime Athenæus l. v. c. 11. ubi Athenion res Mithridatis extollit: 'E Romanis vero prætor Pamphyliæ Q. Oppius deditione acceptus, sequitur in vinclis. Manius autem Aquilius consularis, qui de Siculis triumphavit, colligatum secum habens longa catena Bastarnam quendam quinque cubitorum, pedes ab equite trahitur.'

Addo duos sæpe milites uni reo datos, majori custodiæ. In Apostolorum Actis, c. 12. de D. Petro: 'dormiebat inter duos milites, duabus alligatus catenis.'

Catenæ autem ejusmodi, uti ex Athenæo clarum, longiusculæ erant; ut ambulare, incedere pariter non incommode possent. Ad quas item pertinet, quod Suetonius in Domitiano scribit c. 14. 'Nec nisi secreto atque solus plerasque custodias, receptis quidem in manu catenis, audiebat.'

[y] *Transtulit ad Consules*] Servos Lepidæ custodia militari exemit, et arbitrio consulum asservari jussit; ne si per milites custodirentur, qui ab uno se imperatore pendebant, ipse, veluti suam injuriam ulturus, ream premere videretur.

[z] *Exemit etiam*] Filium suum Drusum, ad quem, quia consul designatus erat, jus dicendæ primo loco sententiæ spectabat, illud in hac causa usurpare vetuit, eadem mente, ne ream premere crederetur, in speciem; nam de facto eam damnatam voluit in gratiam orbi senis.

signatum,[a] dicendæ primo loco sententiæ: quod alii civile[b] rebantur, 'ne ceteris assentiendi necessitas fieret:' quidam ad sævitiam[c] trahebant; 'neque enim cessurum,[4] nisi[d] damnandi officio.'[e]

civilis ingenii esse, *accipiebant*, et quasi æquo jure cives complecteretur, libertatemque assertam vellet, *nempe* ne ceteris idem censendi necessitas incumberet; *nonnulli ad immanitatem flectebant*, neque enim cessurum nisi munere damnandi.

4 Male Ferrarius, *assensurum*. Brotier.

NOTÆ

[a] *Consulem designatum*] Appianus: 'Silanus primus sententiam dixit, qui in sequentem annum Cos. designatus erat. Ita enim apud Romanos futuri anni consul primus censet, ut qui ipse magna ex parte decreta senatus patraturus sit, ideoque putatur cautius magisque intente de singulis cogitaturus.'

Cum referrent consules, seu prior consul, si adesset princeps, eum primo interrogabant aliquando, teste Dione. Quod rarum, quia princeps ipse, cum adesset, sæpius referebat; quod magis decorum.

At, absente principe, rogabant consulem designatum, id est priore loco nominatum, seu electum; dein consulares, et ceteros magistratus ordine, dein et ceteros Patres. Si referret princeps ipse, tum interrogabat primo ipsos consules, actu consulatum obtinentes.

[b] *Quod alii civile*] Quod alii ad clementiam, alii ad sævitiam trahebant. Qui ad clementiam, seu, velut 'civile ingenium,' et qui jus æquale inter cives vellet, interpretabantur, dicebant, id egisse Tiberium, ut Patribus libertas, et legibus auctoritas relinqueretur, ne quicquid censeret Drusus, sive in clementiam iret, sive etiam quid atrox pronuntiaret, aliis Patribus assentiendi, idemque statuendi necessitas fieret.

At alii, qui id consilium Tiberii ad sævitiam trahebant, putaverunt 'non cessurum,' seu Tiberium seu Drusum primo censendi loco, nisi ea mente, ut officio seu oneri damnandi Lepidam aliis Patribus cederet.

[c] *Quidam ad sævitiam*] Alii contra id ex irato et crudeli animo profectum interpretabantur; omnino enim cupivisse damnari Lepidam. Nam si salvam voluisset, si eam punitam noluisset; utique inde sibi filioque clementiæ talis gratiam gloriamque adaucturum, nec aliis id decus relictum fuisse. In magistratus et judices severitatis et suppliciorum exempla rejiciunt principes, et sibi ipsis clementiæ decus vindicant.

[d] *Neque enim cessurum, nisi damnandi officio*] Hoc est, nisi ut damnationem Lepidæ, suo cedens suffragio, etiam procuraret. Crediderim Drusum dicendæ primo loco sententiæ exemtum, postremo eam dixisse, et eorum suffragiorum numerum auxisse, a quibus Lepida damnabatur.

Ubi ex plurium suffragiis aliquid decernitur, vanum sæpe eorum suffragium est, quos primos plures alii exinde non sequuntur; qui vero ultimo dicit loco, sæpe, dum vel unius suffragio auctæ, vel ab eo desertæ, hæ aut istæ partes validæ aut invalidæ redduntur, is plurimum profecto, immo plus ceteris omnibus potest.

23. Lepida ludorum diebus, qui cognitionem intervenerant, theatrum cum claris fœminis ingressa, lamentatione

Lepida diebus ludorum, qui dum ea quæstio tractaretur obvenerant, in theatrum veniens cum matronis illustribus, miserabili ejulatu avos suos *invocans*, ipsumque

NOTÆ

Facit huc proverbium Belgarum: 'Novissimum judicem' (nostri Scabinos vocant) 'plerumque in judiciis plus ceteris posse, in ejusque manu esse, reum vel absolvere, vel damnare.' Huc faciunt quæ sequuntur: 'Itumque in sententiam Rubellii Blandi, a quo aqua atque igni arcebatur. Huic Drusus assensit, quanquam alii mitius censuissent.'

Ex his liquet primo cedentem loco, ultimo sententiam Drusum dixisse, et quidem *damnandi officio*, id est, ut sic auctis damnantium suffragiis, Lepida damnaretur. *Boxhornius.*

Scilicet adeo inops erat Tiberius hominum paratorum ad damnandos quos vellet perdere, ut sententiam Drusi, quæ vinceret absolventes una, in postremum locum differendam haberet.

Unde autem constat Drusum ultimo loco sententiam dixisse? neque enim, quod censuerunt aliqui priores mitius, prior etiam Rubellius Blandus, cui Drusus accessit, inde sequitur hunc post omnes demum rogatum.

Varie illa judicia fiebant in senatu, simulatque Drusum Tiberius sententiæ primo loco dicendæ, ut consulem designatum, necessitate solvisset. Qui pejorem in partem hoc interpretabantur, conjiciebant, eum velle Lepidam condemnari; nam si absolvi vellet, utique non erat passurus, ut gratiam, quam initurus erat primus auctor clementiæ, alius occuparet. Quod eventus comprobavit. 'Neque enim cessurum nisi damnandi officio,' est, non enim daturum aliis priorem locum, nisi ad invidiosam causam damnandi. Ut recte, et alii omnes acceperunt. *Gronovius.*

[e] *Damnandi officio*] Puto, priusquam ad sententias iretur, precise Drusus fœminam, neque absolutam, neque damnatam voluit, sed veluti suspensum animum tenebat, et speculabatur occasionem, seu inclinationem Patrum, an absolverent, an damnarent; et cum vidisset multos Patrum eo inclinare, ut damnarent, ipse etiam immitiori sententiæ accessit ultro, vel suopte ingenio violento; vel favens Quirino, ut forte præmonitus a Tiberio erat; at si absolvissent Patres, paratus forte etiam et ipse absolvere.

Igitur cessit officio damnandi Drusus, id est primo loco, seu suo loco proferendi sententiam, ne eam prædamnare videretur, ne aliis damnandi exemplum esset, et ne sic velut ipsis necessitatem quandam imponeret idem censendi: nam sive consul designatus, sive alius consularis, primo loco diceret, fere alii Patres in eandem sententiam inclinabant: præsertim in causis illis præcipuis, quibus princeps aderat, et in quibus inclinatio ejus comperta erat, quod fere unum tunc spectabatur a Patribus.

At tum inclinatio Tiberii in Quirinum fuit adversus fœminam, quam inclinationem sic dissimulat, vetando ne Drusus Cos. desig. primo loco censeat.

Vel, damnandi officio cessit; id est, quamvis immitiori sententiæ accesserit Drusus, eam ita tamen damnavit, ut sine illo etiam forte damnata esset, adeo multis suffragiis vincebatur sententia mitior. Vel si damnavit; post

flebili 'majores suos' ciens,[f] 'ipsumque Pompeium,'[g] cujus ea monumenta[1][h] et astantes imagines visebantur, tantum misericordiæ permovit, ut, effusi in lacrymas, 'sæva et detestanda Quirino' clamitarent, 'cujus senectae [i]atque orbitati, et obscurissimæ domui, destinata quondam uxor L. Cæsari, ac D. Augusto nurus,[j] dederetur:' dein tormentis servorum patefacta sunt flagitia, itumque in sententiam Rubellii

Pompeium, *cujus ea opera et circumpositæ effigies conspiciebantur, tantum miserationis excitavit, ut prorumpentes in fletus* atrocia et execranda Quirinio *succlamarent*, cujus senectuti, orbitatique, et ignobilissimæ familiæ traderetur Lepida, destinata olim uxor L. Cæsari, ac nurus D. Augusto. *Mox cruciatu mancipiorum detecta sunt crimina, discessumque in sententiam Rubellii Blandi, qui*

1 Editiones omnes veteres, *monimenta.* In recentioribus, *monumenta.*

NOTÆ

alios multos Patres et consulares jam damnasse visus est: quo modestia et justitia Tiberii Drusique magis elucet, et gratia, seu inclinatio in Quirinum magis dissimulatur ac tegitur.

[f] *Ciens*] *Ciere*, non est tantum vocare, seu nomine appellare, (ut volunt:) *ciere*, hic est, invocare, obtestari, quasi Deos, seu manes Herorum.

[g] *Ipsumque Pompeium*] Quidam intelligunt, quasi statuam Pompeii intueretur Lepida, cum invocaret. Sed hoc non dixit præcise Tacitus, qui vult ipsam invocasse majores, et præcipue Pompeium, cujus istud theatrum, et in theatro ipso imagines Pompeii astabant. Et cum cieret Pompeium, non imaginem unam, præcise intuebatur, sed plures, quæ simul oculis obversabantur.

[h] *Ea monumenta*] De ipso theatro accipienda sunt, quod Pompeius exstruxerat; Dio l. XXXIX. Infra XIV. 20. Sed quidam sic videntur accipere, tanquam in illo qualicumque theatro, nescio quæ Pompeii monumenta fuissent conspecta. *Freinsh.* Erant et alia hoc eodem in loco opera Pompeii, ut templum Veneris. Sed tamen per *monumenta* hic intelligitur unum theatrum Pompeii: nam cetera opera tantum appendices hujus theatri fuere. Erat et *regia* theatri, sed illa omnia simul sumta erant theatrum, seu monumenta Pompeii.

[i] *Cujus senectæ*] Qui per senectutem et orbitatem suam tantum apud captatores hæreditatum posset, ut in istius hominis obscurissimis natalibus orti gratiam, damnaretur Lepida nobilissima fœmina, quondam L. Cæsari destinata uxor, qui filius Augusti adoptivus, Agrippæ et Juliæ naturalis.

[j] *Destinata quondam uxor L. Cæsari, ac D. Augusto nurus*] Non alibi quam in lapide reperi hanc historiam, qui Bergomi visitur. PVDENS. M. LEPIDI. L. GRAMMATICVS. PROCVRATOR. ERAM. LEPIDÆ. MORESQVE. REGEBAM. DVM. VIXI. MANSIT. CÆSARIS. ILLA. NVRVS. PHILOLOGVS. DISCIPVLVS. Post damnationem, demum positus lapis videtur: et Pudenti ascripta gloria, tanquam illo vivo, Lepida casta, bona.

Blandi, a quo aqua atque igni arcebatur. Huic Drusus assensit,[k] quanquam alii mitius censuissent: mox Scauro,[l] qui filiam[m] ex ea genuerat, datum, ne bona publicarentur. Tum demum aperuit Tiberius: 'compertum sibi etiam ex P. Quirini servis, veneno[n] eum a Lepida petitum.'

24. Illustrium domuum adversa (etenim haud multum distanti tempore Calpurnii Pisonem, Æmilii Lepidam amiserant) solatio affecit D. Silanus, Juniæ familiæ redditus: casum ejus paucis repetam. Ut valida D. Augusto in[o] Remp.[1] fortuna; ita domi improspera[p] fuit, ob impudicitiam filiæ ac

aqua et igni interdicebat Lepidæ: idem Drusus censuit, licet alii leniora statuissent. Deinde concessum Scauro, qui filiam ex ea susceperat, ne opes illius *in fiscum cogerentur. Tum tandem promsit Cæsar,* se rescivisse etiam ex P. Quirinii mancipiis, illum a Lepida veneno tentatum esse.

Nobilium familiarum improspera (nam, brevi interjecto tempore, Calpurnii Pisonem perdiderant, Æmilii Lepidam) erexit, sublevavitque D. Silanus Juniæ genti restitutus: fortunam ejus paucis referam. Ut prospera D. Augusto adversus Remp. fortuna, ita familiæ adversa fuit ob adulteria filiæ ac neptis, quas civitate

1 Illustr. Huetius et Ernestus mallent, *in republica.* Bene: sed non necessario. *Brotier.*

NOTÆ

[k] *Huic Drusus assensit*] Druso tamen Rubellii sententia placuit, eoque factum est, ut plures ceterorum senatorum in partes Rubellii, discessione facta, sibi quoque eadem probari ostenderent.

[l] *Scauro*] Qui haud dubie rogaverat Cæsarem pro filia sua, ne maternis opibus innocens spoliaretur.

[m] *Qui filiam*] Hoc in gratiam Scauri, qui filiam ex ea genuerat, quam maternorum bonorum exsortem haberi, Tiberius, adhuc avaritiam tegens, nolebat.

[n] *Veneno*] Nullæ leges Romæ fuerunt initio, quibus veneficia vindicarentur. Itaque Livius scribit primum anno, quo C. Valerius Flaccus, M. Claudius Marcellus consules erant, nempe ab urbe condita 422. de veneficiis esse quæsitum, legemque constitutam. Postea Cornelia lex fuit L. Syllæ, quam bello civili confecto dictator tulit. Hujus autem pœna capitalis, non ad veneficos tantum, sed ad eos etiam pertinuit, qui magicis incantationibus homines occidissent, aut qui mala medicamenta publice vendidissent, omnesque prorsus, nemine excepto, viri, mulieres, liberi, servi, hac lege in judicium vocabantur. Licebat autem reo, ut ex illius voluntate, clam aut palam a judicibus sententiæ ferrentur.

[o] *In Rempublicam*] Cato ipse optavit, 'benevolentiam Pompeii, audaciam Alexandri et fortunam ipsius, fortitudinem Scipionis.' Plutar.

[p] *Domi improspera*] Utraque improspera Augusti, publica privataque, eleganter describit Plin. VII. 48. 'Tot seditiones militum, tot ancipites morbi corporis: suspecta Marcelli vota, pudenda Agrippæ ablegatio, toties petita insidiis vita, incusatæ liberorum mortes, luctusque non tan-

neptis,[q] quas urbe depulit, adulterosque earum[r] morte aut fuga punivit: nam culpam,[s] inter viros ac fœminas vulgatam,[t] gravi nomine[u] 'læsarum religionum'[v] ac 'violatæ ma-

ejecit, corruptoresque illarum, nece aut exilio mulctavit. Quippe crimen inter viros mulieresque publicatum, atroci vocabulo læsarum religionum, *ac* violatæ majes-

NOTÆ

tum orbitate tristes: adulterium filiæ, et consilia parricidæ palam facta: contumeliosus privigni Neronis secessus: aliud neptis adulterium: juncta deinde tot mala: inopia stipendii, rebellio Illyrici, servitiorum delectus, juventutis penuria: pestilentia urbis, fames, sitisque Italiæ, destinatio expirandi, quatridui inedia major pars mortis in corpus recepta: juxta hæc Variana clades, et majestatis ejus fœda sugillatio, abdicatio Postumi Agrippæ post adoptionem, desiderium post relegationem: inde suspicio in Fabium, arcanorumque proditionem: hinc uxoris et Tiberii cogitationes, suprema ejus cura. In summa Deus ille, cœlumque nescio adeptus magis an meritus, hærede hostis sui filio excessit.'

[q] *Ob impudicitiam filiæ ac neptis*] Vide Suet. in Aug. 65. Macrob. lib. v. Saturnal. cap. 5. Plin. xxi. 3. 'Apud nos exemplum licentiæ hujus non est aliud quam filia D. Augusti, cujus luxuria noctibus coronatum Marsyam literæ illius Dei gemunt.' *Illius Dei*, id est *Augusti*, qui tum certe inter Deos, cum hæc scriberet Plinius.

[r] *Adulterosque earum*] Hi fuerunt, Julus Antonius, Quintius Crispinus, Appius Claudius, Sempronius Gracchus, Scipio, aliique minoris nominis.

[s] *Culpam . . . . . vulgatam*] Hoc est, consuetam, passim admitti solitam. Quippe hæc mens Tacito culpæ novæ, neque pro atroci habitæ, novum et atrox nomen impositum esse. *Freinsh.*

Culpam vulgatam] Per *vulgatam* forte intelligit professam, et ita publicam, ut etiam populo et vulgo, sociis etiam et externis gentibus innotesceret. Unde flagitium ingens, et dedecus in familias nobiles propinquitate conjunctas, et in ipsum Cæsarem, cui connexæ essent tales fœminæ; etiam et in dedecus populi Rom. et quasi flagitium publicum; unde *crimen majestatis*, nempe ex contumelia publica in principem, senatum populumque Rom. Et ex professo vulgatoque flagitio longe major infamia, 'cujus apud prodigos novissima libido' est, inquit Tacit. ubi de Messalina Claudii.

Sed cur tali flagitio daret Cæsar tam sacrum, tamque immane nomen? Non præcise ex culpa, aut infamia, aut propinquitate fœminæ oriebatur, sed longe profundius arcanum: altior metus suberat animo principis, ne talibus adulteriis principum fœminarum conspiratio aliqua, et res novæ tentarentur, ne adulteri et corruptores simul conjurarent.

Ne adulterio principali, et veluti Cæsareo conjugio, tanquam summo gradu uterentur ad supremum fastigium invadendum. Post Cleopatram, post unam reginam, metuebat Augustus omnes fœminas.

Infra de Agrippina, 'nihil domi impudicum, nisi dominationi expediret.' Ideoque ejusmodi flagitia vindicabat acrius Cæsar, suamque et veterum clementiam egrediebatur. Prostituebantur quandoque etiam servis libertisque eadem fine: 'omnia serviliter pro dominatione.'

[t] *Vulgatam inter viros et fœminas*] Forte *violatarum religionum* crimen

jestatis' appellando, clementiam majorum, suasque ipse leges egrediebatur. Sed aliorum exitus, simul cetera illius

tatis *nominando, lenitatem veterum, suaque ipse jura excedebat. Sed aliorum casus,*

NOTÆ

vocabat ob jura sacrosancta, et cærimonias, quibus matrimonium celebrabatur, ob vincula, seu fidei, seu sanctitatis ac pudoris, ob 'arcana sacra,' et 'conjugales Deos,' quibus invicem devincti conjuges.

Et forte ob numen D. Julii, cujus consanguineæ erant, et quod numen tali flagitio, eaque contumelia violabant. Et læsæ majestatis, nempe ut inter fœminas, quæ Cæsari, et penatibus in summum fastigium evectis connexæ essent, ut quas complecteretur ipsa majestas principis, licet inter alias fœminas, et olim, vulgaris ac translatitia culpa hæc esset.

Ne credas cum Freinshemio idem esse *vulgatum* et *vulgare*. Sic vocat lib. I. hist. 85. 'convitia vulgaria,' quæ nempe adversus Vitellium promebantur: sic etiam XVI. 22. 'Patrum consulta vulgaria' dicit.

Sed τὸ *vulgatum* de adulterio hic majus aliquid importat, nempe quod innotesceret in vulgus, in cives, in socios, et etiam externos, non sine summo dedecore rerum domini, imperatorisque populi Rom. et etiam principis, cujus eædem rationes sunt, quoad decus; unde crimen majestatis haud dubie.

[x] *Gravi nomine*] Acerrime enim vindicabat id flagitium, et licet communem atque pervulgatam inter viros fœminasque culpam, non solito adulterii nomine vocabat, sed læsarum religionum, quibus sacrata forent conjugia, violatæque, per spretas leges, majestatis reos increpabat. *Freinsh.*

[y] *Culpam ..... læsarum religionum*] An quia D. Julius jam inter Divos ascriptus, et sic Julia filia Augusti ac neptis ipsius, ut ex stirpe Julii ortæ, peccassent in Divos, suis libidinibus adulteriisque; et sic earum culpa fuisset *crimen læsarum religionum?* sed Augustus id crimen videtur extendere ad omnes fœminas Rom. insignes, nec illud coarctat intra stirpem Cæsarum.

Forte vocat adulterium Augustus *crimen lasarum religionum*, seu cærimoniarum, quia matrimonium celebrabatur maxima religione, nec sine multis cærimoniis et auspiciis, cum per confarreationem fieret, et etiam aliis modis. Non igitur mirum, si nomen impietatis tali crimini affinxerint principes.

Præsertim cum suspectarent talibus flagitiis seu libidinibus subesse conjunctionem animorum, et quandam veluti conspirationem procerum fœminarumque inter se: quæ dispositio fuit rimandi arcana dominationis, et si casus daret, audendi plusquam civilia: præcipue cum spiraret adhuc libertas, nec penitus extincta esset, talia adinveniri debuerunt non sine arte, quibus nobiles a perturbandis rebus deterrerentur, et simul nova dominatio firmaretur.

Habuimus in Gallia nostra clarissimam Reginam, quæ venales in comitatu puellas haberet, quarum ope et arte procerum secreta rimaretur, seu etiam in suas partes pelliceret.

Quod spectat ad adulterium, habes egregiam sententiam apud Lysiam orat. I. qua monet adulterii crimen ex eo majus et atrocius esse, quod corruptor prius labefactet mentem fœminæ, quam corpus. Neque enim

ætatis, memorabo, si, effectis in quæ tetendi,[2] plures ad curas vitam produxero. D. Silanus, in nepti Augusti adulter, quanquam non ultra foret sævitum, quam ut amicitia[w] Cæsaris prohiberetur, exilium sibi demonstrari intellexit: nec, nisi Tiberio imperitante, deprecari Senatum ac Principem ausus est, M. Silani fratris potentia, qui per[3] insignem nobilitatem et eloquentiam præcellebat. Sed Tiberius grates agenti Silano, Patribus coram, respondit, ' se quoque lætari, quod frater ejus e peregrinatione longinqua revertisset: idque jure licitum, quia non Senatusconsulto, non lege[x] pulsus foret: sibi tamen adversus eum integras pa-

et etiam cetera illius temporis enarrabo, si, peractis iis quæ institui, plures ad labores ætatem protulero. D. Silanus, neptis Augusti corruptor, licet haud ultra principis indignatio prorupisset, quam ut amicitia Augusti interdiceretur, sic *animadvertit* tamen, *exilium sibi ostendi: nec nisi Tiberio dominante, rogare Patres, ac Cæsarem* de reditu *ausus est*, fretus *auctoritate M. Silani fratris, qui eximia claritudine et facundia præstabat. Sed Tiberius Silano gratiam referenti coram senatu respondit*, se etiam gaudere, quod frater ejus e profectione longinqua rediisset: idque legibus fas esse, quia non decreto Patrum, non jure aut judicio ejectus esset: sibi tamen adversus illum illibatas sui patris inimici-

2 Gronovius, Ryckius, et Homerus *tendi;* sic et Brotier. Heinsius corrigit, *intendi.* At cum Seneca Hercul. Fur. vers. 538. dixerit, ' Et, qua plena rates carbasa tenderant;' nihil mutaverim, licet Heinsianam emendationem approbem. *Brotier.*—3 Tentat Acidalius, *super* vice *per;* ita ut *et* pro *etiam* usurpetur. Non ineleganter, sed audacter. *Idem.*

NOTÆ

corrumperetur in libidinem fœmina, nisi antea corruptus animus esset. Perrumpitque et penetrat longe altius vulnus animi, quam corporis.

[w] *Quam ut amicitia*] Licet nihil atrocius in eum statuisset Augustus, quam ut amicitiam ei renuntiaret; intellexit Cæsaris animum eo pertinere, ut in exilium sibi abeundum esset.

[x] *Licitum, quia non Senatusconsulto, non lege*] Triplex ratio, sive via, a patria abeundi. Primum jussu decretoque senatus, quasi Reipub. interesset. Quæ ratio validissima, nec facile veniam aut indulgentiam inveniebat. Ideo Augustus in Agrippa Postumo, ' multa de moribus adolescentis questus, ut exilium ejus Senatusconsulto sanciretur perfecerat:' Annalium primo.

Altera ratio per judices, et sententiam ex lege: at tertia novitia, cum princeps in exilium mittebat, quæ verius relegatio tantum erat, et velut a parente publico, (nam et patribus domi, ac privatim hoc jus) facta. Ovidius omnes tangit II. Tristibus: ' Nec mea decreto damnasti facta senatus, Nec mea selecto judice jussa fuga est. Tristibus invectus verbis (ita principe dignum,) Ultus es offensas, ut decet ipse tuas. Adde quod edictum, quamvis immite minaxque, Attamen in pœnæ nomine lene fuit;

rentis sui offensiones: neque reditu Silani dissoluta, quæ Augustus voluisset.' Fuit posthac in urbe, neque honores adeptus est.

25. Relatum deinde de moderanda Papia Poppæa,[y]

tias: neque regressu Silani abolita ea quæ Augustus optasset. *Fuit postea Romæ, neque dignitates obtinuit.*

Relatum postea de mitiganda lege *Papia Poppæa, quam ætate provectior Au-*

NOTÆ

Quippe relegatus, non exul, dicor in illo.' Gradatim ibi vides tres has species: et levissimam ac lenissimam tertiam, quæ auctoritate magis, quam jure constat. Cum tamen edicta principum vim legis haberent, verbo *Legis*, et hanc speciem Tacitus est complexus; et cum nulla harum intervenisset, aperte quidem Tiberius redeundi merito gratiam fecit. *Lips.*

[y] *De moderanda Papia Poppæa*] D. Julius post bellum Africanum, exhausta juventute, præmia proposuit τῇ πολυπαιδίᾳ, i. e. *numero liberorum*, ut narrat Dio lib. XLIV. Primus Augustus legem tulit, et præmia pœnasque distinxit anno 736. ab U. C. Ea dicta, 'Lex Julia de maritandis ordinibus,' non perlata præ multitudine recusantium.

Capita autem legis Juliæ erant, ut cuilibet præter senatores, et filios eorum, libertinas ducere liceret: ut sponsiones pactionesque nuptiales, ne ultra biennium differrentur: ut divortiorum certus esset modus: et alia, quæ postea in legem Papiam translata sunt. Vide Suetonii Augustum cap. 34.

Lex vero Papia lata anno 762. Papio Mutilo, Q. Poppæo II. Coss. lata autem per senatum. Multa capita habuit: ut libertinas ducere liceret omnibus præter senatorios. Antea decemvirali lege, neque patricio plebeiam, neque ingenuo libertinam ducere fas erat: sed prius illud multo ante abrogatum fuerat, posterius Julia primum, deinde Papia lege sublatum, ut patrono libertam ducere liceret.

De tempore sponsaliorum contrahendorum, et differendorum. Ne mulier quinquaginta annis minor sexagenario nuberet, neu vir minor sexaginta quinquagenariam duceret; ut ne liberos ducere, vel nubere injuria prohiberent.

De intervallo a morte conjugis, vel a divortio; lex Julia a morte annum unum, a divortio sex menses; lex Papia a morte biennium, a divortio annum et sex menses.

De præmiis maritorum, et patrum. Præmia duum generum, honores et commoda: honores, honestior in spectaculis locus: prior locus in magistratibus: ut in petitione præferrentur, qui plures liberos procreassent: ut præferrentur in sorte provinciarum: ut diutius obtinerent: ut primi sententiam rogarentur: ut gratia iis fieret annorum in petendo magistratu, &c.

[y] *Papia*] De qua sic Dio lib. LVI. 'Augustus liberos habentibus præmia auxit, et mulcta maritos a cœlibibus secrevit, annuo spatio præstituto, intra quod, qui ejus jussis parere cœpissent, culpa vacarent: cumque lege Voconia mulieribus prohiberetur, ne majorem centum millibus nummum hæreditatem possent adire, ea quoque lege quasdam solvit: et iis quæ perpetuam virginitatem servabant, seu Vestalibus, eadem quæ matribus præmia largitus est:' sic enim intelligo hæc verba Dionis, καὶ

quam senior Augustus, post Julias rogationes, incitandis[1] cœlibum pœnis[1][a] et augendo ærario[b] sanxerat: nec ideo

gustus post Julias leges tulerat, intendendis pœnis cœlibum, et ditando ærario: nec

1 Mallet Lipsius, *incitandi cœlibes pœnis*, vel *intendendis cœlibum pœnis*. Tentat Heinsius, *irritandis*, vel *invitandis*. Nihil mutandum. Plurimum vis et elegantiæ in *incitandis*, id est, augendis, promovendis. Veteres omnes editiones habent, *Cælibum*; recentiores *Cœlibum*. Antiquam scripturam, honesta missione, a Galba Principe data, apud Gori Inscript. Ant. Vol. I. p. 257. in qua scriptum AVT SI QVI CAELIBES ESSENT, confirmatam retinui. *Brotier*.

NOTÆ

ταῖς ἀεὶ παρθένοις, ὥσπερ αἱ τεκοῦσαι εἶχον, ἐχαρίσατο.

Addit Dio ibidem: ‘ Inde lex quoque Papia Poppæa a M. Papio Mutilo, et Q. Poppæo Sabino lata est; qui parte ejus anni consules ambo, neque uxorem neque liberos habebant: quo ipso deprehendi potuit, quam ea lex necessaria fuerit.’

[1] *Incitandis cœlibum pœnis*] Id est, augendis, intendendis, onerandis.

Incitandis cœlibum pœnis] Indixerat quidem pœnas cœlibatui Juliis legibus: sed eas intendit hac lege, quæ ut sane produxit tempus ineundi aut renovandi matrimonii, ita auxit pœnas eorum, qui obstinate a nuptiis abstinerent. *Mercerus*.

Non sperno; sed fortasse etiam pœnæ dicuntur *incitatæ*, quia jacebant, neque erant in usu. De his autem pœnis et præmiis Plin. paneg. ‘ Locupletes ad tollendos liberos, ingentia præmia, et pares pœnæ cohortantur.’

Paneg. ad Maximianum et Constantinum: ‘ Leges hæ quæ mulcta cœlibes notaverunt, parentes præmiis honorarunt, vere dicuntur esse fundamenta Reipub. quia seminarium juventutis, et quasi fontem humani corporis semper Romanis exercitibus ministrarunt.’ *Pichena*.

Locum haberet hæc interpretatio, si legeretur *excitandis*.

[a] *Cœlibum*] Qui jam olim vexati. Valerius II. 9. ‘ Camillus et Posthumius censores æra, pœnæ nomine, eos, qui ad senectutem cœlibes pervenerant, in ærarium deferre jusserunt: iterum puniri dignos, si de tam justa constitutione queri essent ausi: cum in hunc modum increparentur: Natura vobis quemadmodum nascendi, ita gignendi legem scribit; parentesque vos alendo, nepotum nutriendorum debito (si quis est pudor) alligaverunt. Accedit his, quod etiam fortuna longam præstandi hujus muneris vacationem estis assecuti: cum interim consumti sint anni vestri, et mariti et patris nomine vacui.’

Cœlibum pœnis] *Pœnas* pro commodorum ademtione, more Jurisconsultorum intellige: igitur incitavit, auxitque cœlibum pœnas Augustus, qui eos legata capere et hæreditates vetuit; adeo ut quod cœlibi relictum esset, in jus fisci caderet, et ex caducis non parvum ærario incrementum accesserit.

Cœlibum] De quibus Athen. l. XII. ‘ Clearchus Solensis in Adagiis refert Lacedæmonas fœminas, quodam festo die, cœlibes viros circum aram tractos, impactis colaphis cædere, ut indignitatem ejus contumeliæ perosi, liberos ac prolem tollere cuperent, et tempestive sese adjungerent uxoribus.’

[b] *Ærario*] De ærario sub bono principe Plin. paneg. ‘ Quam ju-

conjugia et educationes liberum frequentabantur, prævalida[c] orbitate. Ceterum multitudo periclitantium gliscebat, cum omnis domus delatorum interpretationibus[d] subverteretur:[2] utque antehac flagitiis, ita tunc legibus laborabatur. Ea res admonet, ut de principiis juris, et quibus modis ad hanc multitudinem infinitam ac varietatem legum perventum sit, altius disseram.[e]

26. Vetustissimi mortalium, nulla adhuc mala libidine,

propterea nuptiæ celebrabantur, neque proles educabatur, præpollente orbitate. Ceterum numerus reorum in dies *crescebat, cum omnes domus everterentur variis explicationibus accusatorum; utque antea vitiis, ita tunc legibus labefactabatur* Resp. *Quæ res impellit me, ut initia juris altius repetam, et quo pacto deventum sit ad hunc immensum numerum,* tantamque *legum diversitatem.*

Antiquissimi hominum, nulla adhuc prava cupidine, sine flagitio et crimine, ideo-

2 Ita Ms. Flor. veteres editiones, et inter recentiores optimæ. In aliis, *subverterentur.* Vide Heinsium ad Nason. III. Fast. 189.

NOTÆ

vat cernere ararium silens, et quietum, et quale ante delatores erat! nunc templum illud, nunc vere Deus, non spoliarium civium, cruentarumque prædarum sævum receptaculum, ac toto in orbe terrarum adhuc locus unus, in quo, optimo principe, boni malis impares essent. Manet tamen honor legum, nihilque ex publica utilitate convulsum, nec pœna cuiquam remissa; sed addita est ultio, solumque mutatum, quod jam non delatores, sed leges timentur.'

[c] *Prævalida*] In urbe majus pretium et auctoritas orbitatis erat, ob multitudinem captatorum.

Prævalida orbitate] Quia id genus hominum omnes captabant et colebant. Seneca: 'In civitate nostra plus gratiæ orbitas confert quam eripit, adeoque senectutem solitudo ad potentiam ducit, ut quidam odia filiorum simulent, et liberos ejurent, et orbitatem manu faciant.'

[d] *Interpretationibus subverterentur*] Indies augebatur numerus eorum, quibus occasione legis illius, et pœnarum in ipsa statutarum, ingens fortunarum periculum intendebant delatores, qui callidis interpretationibus verba rogationis in tantum extendebant, ut prope modum nulla domus ab ipsorum iniquitate tuta esset.

Sic ferme *interpretandi* verbo utitur. Agr. 15. 'Conferre injurias, et interpretando accendere,' hoc est, extendere, augere, trahere ulterius, quam ex mente inferentium.

Sic et legum sensus cavillatione et calumniis delatorum extenditur, trahiturque ad casus, neque verbis legis neque mente comprehensos. Cicero in Bruto c. 52. 'Quam captiosum esset populo, quod scriptum esset negligi, et opinione quæri voluntates, et interpretatione disertorum, scripta simplicium hominum pervertere.'

[e] *Altius disseram*] Id est, ulterius repetito principio. XVI. 18. et hist. IV. 48. est 'supra repetere,' Sallustiana phrasis.

sine probro, scelere, eoque sine pœna aut coërcitionibus agebant: neque præmiis opus erat, cum honesta suopte ingenio peterentur;[1] et, ubi nihil contra morem cuperent, nihil per metum vetabantur. At, postquam exui æqualitas, et pro modestia ac pudore ambitio et vis incedebat; provenere dominationes: multosque apud populos æternum mansere.[f] Quidam statim, aut postquam Regum pertæsum, leges maluerunt. Hæ primo, rudibus hominum animis, simplices erant: maximeque fama celebravit Cretensium,[g] quas Minos; Spartanorum, quas Lycurgus; ac mox Atheniensibus quæsitiores jam et plures Solon[2] perscripsit. Nobis Romulus,[h] ut libitum, imperitaverat: dein Numa[i] religionibus et divino jure populum devinxit: repertaque quædam a Tullo et

que sine supplicio aut animadversionibus agitabant, neque muneribus incitari ad virtutem *opus fuit, cum decora sua sponte ambirentur, et cum nihil contra legem vellent, nihil per formidinem prohibebantur. At ubi æqualitas omitti, et pro modestia ac verecundia, libido et violentia grassabatur, emersere regna, imperia; multasque apud gentes perpetuo duravere. Nonnulli statim leges anteposuere, aut postquam Regum pœnituit. Hæ principio, incultis mortalium animis, simplices fuere: præcipueque historiis commendatæ leges Cretensium, quas Minos condidit; Lacedæmoniorum, quas Lycurgus; ac deinde subtiliores Atheniensibus jam et plures Solon constituit. Nobis Romulus pro arbitrio præfuerat: deinde Numa sacris cærimoniis et divinis legibus vulgus obstrinxit, inventaque nonnulla a Tullo et Anco regibus:*

1 Acidalio et Mureto placet, *peterent.* Eleganter; at nihil mutandum, libris reclamantibus. *Suopte ingenio,* id est, sua natura. *Brotier.*—2 Ms. Flor. *Solo.*

NOTÆ

[f] *Æternum mansere*] Hoc est usque ad auctoris ætatem, perpetua neque usquam interrupta successione.

[g] *Cretensium*] Creta insula maris Mediterranei, ad orientem et meridiem Græciæ: hodie Candie in Turcico imperio Europæo. In ea aliquid adhuc possidet Respublica Veneta. *Tillem.*

[h] *Nobis Romulus*] Hoc est quod scribit Pomponius in l. II. de Origine Juris: 'Initio civitatis nostræ populus sine certa lege, sine jure certo, primum agere instituit: omniaque manu a regibus gubernabantur.' Idem testatur Halicarnasseus l. II. Tulit tamen Romulus quoque leges quasdam, sed perquam paucas.

Romulus] Romanis vero Romulus cum liberrima potestate imperitaverat, ita ut ejus libita pro legibus essent, seu 'pro ratione voluntas.'

[i] *Dein Numa*] Instituit collegium Pontificum, Virgines Vestales, Feciales, Flamines, multa templa condidit, multa sacra, multos ritus ac cærimonias instituit.

Anco:[j] sed præcipuus Servius Tullius[k] sanctor legum fuit, quis etiam Reges obtemperarent.

27. Pulso Tarquinio, adversum Patrum factiones[l] multa Populus paravit tuendæ libertatis,[m] et firmandæ concordiæ:[n] creatique decemviri,[o] et accitis, quæ usquam egregia, compositæ duodecim tabulæ, finis æqui juris:[p] nam secutæ

at summus conditor legum fuit Servius Tullius, quibus ipsi reges obsequerentur.

Ejecto Tarquinio, plebs plurima quæsivit adversus ambitionem senatorum, conservandæ libertatis, stabiliendæque pacis causa: *electique decemviri, et accersitis quæ ullibi terrarum eximia* erant, *conscriptæ duodecim tabulæ, post quas nullæ justæ leges conditæ sunt: nam quæ scriptæ postea leges, quamvis aliquando latæ sint in reos ob*

NOTÆ

[j] *A Tullo et Anco*] Legum ab eis latarum nullam extare memoriam puto; nisi quod jura belli Ancus instituisse dicitur. *Muret.*

[k] *Servius Tullius*] Ut divini juris Numa, ita humani præcipuus auctor Servius fuit. Censum instituit, populum divisit in classes, multas leges æquissimas et utilissimas tulit.

[l] *Patrum factiones*] Qui plebem oppressam tenebant. Sallustius I. hist. 'Neque amplius quam regibus exactis, dum metus a Tarquinio, et bellum grave cum Etruria positum est, æquo et modesto jure agitatum; dein servili imperio Patres plebem exercere; de vita atque tergo, more regio consulere; agro pellere, et ceteris expertibus soli, in imperio agere; quibus sævitiis, et maxime fœnoris onere oppressa plebes, cum assiduis bellis tributum simul et militiam toleraret, Aventinum insedit.'

[m] *Tuendæ libertatis*] Ut lex 'de provocatione' a magistratibus ad populum, quam tulit Valerius Poplicola; ut 'lex Servilia,' ne quis civem Rom. æris alieni causa vinctum aut clausum teneret: ne quis militis, donec in castris esset, bona possideret aut venderet: quæ tamen neglectæ ab Appio Claudio Servilii collega: nullam vim habuerunt leges sacratæ.

[n] *Firmandæ concordiæ*] Publicæ, videlicet ordinum, non tantum populi sive plebis, ut quidam acceperunt.

[o] *Creatique decemviri*] Anno 299. missi erant tres legati in Græciam ad petendas leges: anno 302. creati decemviri ad leges ferendas. Unde primo decem, postea duodecim tabulæ, quas veteres mirifice commendarunt.

Crassus apud Ciceronem l. I. de Oratore: 'Fremant omnes licet, dicam quod sentio. Bibliothecas mehercle omnium Philosophorum unus mihi videtur XII. tabularum libellus, si quis legum fontes et capita viderit, et auctoritatis pondere et utilitatis ubertate superare.'

Eas ediscebant pueri, ut carmen necessarium. Idem primo de legibus. Livius l. III. ait, eas, 'nunc quoque in immenso aliarum super alias acervatarum legum cumulo, esse fontem omnis publici privatique juris.'

[p] *Finis æqui juris*] Hoc est, consensu ordinum introducti: *finis* nihil aliud quam extremum tempus designat. Sic II. 34. 'Isque finis rei:' XV. 50. 'finem adesse imperii.' *Freinsh.*

Finis æqui juris] Id est, finis æqui et consensu populi patrumque introducti juris. Vocat æquum jus,

leges, etsi aliquando in maleficos ex delicto, sæpius tamen dissensione ordinum et apiscendi illicitos honores, aut pellendi claros viros, aliaque ob prava, per vim latæ sunt. Hinc Gracchi et Saturnini,[q] turbatores plebis; nec minor largitor, nomine Senatus, Drusus;[r] corrupti spe,[s] aut illusi

scelus, sæpius tamen discordia ordinum, nempe, plebis patrumque, *per vim conditæ sunt, et obtinendi* causa *iniqua imperia, aut ejiciendi* gratia *nobiles viros, aliaque ob flagitia. Hinc Gracchi et Saturnini, concitores multitudinis; nec minus liberalis*

NOTÆ

quod ex æquo omnes cives amplectitur, et ad omnes ordines populi æqualiter pertinet. Hinc supra l. I. Ubi de mutata repub. 'nihil usquam prisci et integri moris: omnes, exuta æqualitate,' &c.

Finis æqui juris] Finis possit ita sumi, ut XII. Tabulæ cum inceperunt, finierint *æquum jus;* nempe jus illud quod sine legibus scriptis aut ære incisis, ex æquo et bono, et ex interpretatione prudentum reddebatur civibus.

Vel ita, ut post illas XII. Tabulas scriptas, jam nullæ aliæ justæ leges, seu quæ æquo jure complecterentur cives, latæ sint, sed dissensione ordinum et per vim; ita ut potius privilegia seu pravæ leges fuerint, (quod Tac. innuit his verbis *aliaque ob prava*,) quam veræ et justæ leges, et quibus æqualitas servaretur.

Itaque hoc sensu XII. Tabulæ fuerint 'finis æqui juris,' quia post illas, etsi nonnullæ aliquando bonæ et justæ leges in maleficos et ex delicto latæ atque conditæ sunt; attamen sæpius, plures latæ vel per favorem, et unius hominis causa, (quod nefas, et vetitum olim, 'privilegia ne irroganto,') ad illicitos honores et ad extraordinaria imperia obtinenda, quod reipub. exitio fuit: vel ad pellendos urbe claros quosdam homines, odio privato, per vim, per seditionem, nulloque consensu ordinum.

Igitur ex æquo conscriptæ duodecim Tabulæ, et ex consensu omnium ordinum conditæ, et ita ut æquo jure omnes omnino cives complecterentur. At post illas, vel paucæ vel nullæ conscriptæ sunt, nisi iniquæ, nisi per vim et dissensionem. Paucæ *in commune, sed in singulos homines latæ quæstiones*, quæ nempe per favorem et ambitum, vel eveherent ad nimios honores, vel per scelus opibus, fortunis, civitate, et ordine dejicerent.

[q] *Saturnini*] L. Appuleium Saturninum significat, qui fuit occisus a populo, cum pœnitentiæ faceret fidem.

[r] *Nec minor largitor, nomine Senatus, Drusus*] Hoc est, nec minor turbator fuit Drusus, per largitiones ab eo, nomine Senatus, factas. Nam Livius Drusus Latinis civitatem, plebi agros, equitibus curiam, senatui judicia permisit, ut ex historiis notum est.

Drusus] Fuit defensor senatus adversus Servilium Cœpionem, repertus domi mortuus. Jactat apud Florum, 'nihil se ad largitionem ulli reliquisse, nisi si quis aut cœnum dividere vellet, aut cœlum.'

[s] *Corrupti spe*] Cum et plebem Gracchanis rogationibus, et socios Latini nominis spe apiscendæ civitatis, ad se traxisset, deinde aliorum intercessione et ipsius nece, socii expectatione sua frustrarentur: unde bellum Italicum.

per intercessionem socii. Ac ne bello quidem Italico,[t] mox civili,[u] omissum, quin multa et diversa[v] sciscerentur; donec L. Sylla Dictator, abolitis vel conversis prioribus, cum plura addidisset, otium ei[1] rei haud in longum paravit; statim turbidis Lepidi rogationibus,[w] neque multo post Tribunis reddita licentia,[x] quoquo vellent, populum agitandi. Jamque non modo in commune, sed in singulos homines[y] latæ quæstiones: et corruptissima Republ. plurimæ leges.

Drusus prætextu senatus; socii solicitati spe civitatis, *aut frustrati per oppositionem. Ac ne* flagrante *quidem bello sociali, deinde civili temperatum, quin plurima et contraria statuerentur; donec L. Sylla dictator, abrogatis vel mutatis veteribus* legibus, *cum plures adjecisset, pacem ei reipub. haud firmam nec diuturnam acquisivit; statim turbulentis Lepidi legibus exortis, et mox restituta Tribunis facultate, plebem quoquo vellent impellendi. Jamque non solum in omnes cives, sed in singulos viros factæ leges, et depravatissima civitate multiplicatæ leges.*

1 *Ejus* Ms. Flor. editiones veteres et recentiores. In intermediis emendatum sine necessitate, *ei rei.* Sensus est, legum ferendarum finem fecit: at otium illud haud in longum paravit. *Brotier.*

NOTÆ

[t] *Italico*] Quod et *sociale* dictum est. Florus l. III.

[u] *Mox civili*] Inter Marium et Syllam. *Muretus.*

[v] *Multa et diversa*] Multæ tamen leges et quidem invicem contrariæ, ut quæque factio prævaluerat, compositæ sunt.

[w] *Lepidi rogationibus*] Qui consul cum Q. Catulo anno 675. acta Syllæ rescindere parabat, et revocare proscriptos, et bona possessoribus eripere. Hic pulsus, in Sardinia morbo ex pœnitentia interiit. Florus. Extat oratio Lepidi hac de re in fragmentis Sallustii, et oratio Philippi adversus Lepidum.

Lepidi] Cum statim exsurgeret Lepidus, et turbulentis rogationibus acta Syllæ rescindere conaretur, unde alii metus, et præcipue Sertorii bellum in Hispania.

[x] *Tribunis reddita licentia*] Paulo post Cn. Pompeio et M. Crasso Coss. tribunicia potestate restituta populo, homines adolescentes summam potestatem nacti, quibus ætas et animus ferox erat, cœpere senatum criminando plebem concitare, dein largiendo atque pollicitando, magis incendere et ad sciscenda quæ libido dictabat perpellere, unde rogationum seges, &c.

Reddita licentia] Primo Pompeii consulatu. *Muretus.*

[y] *In singulos homines*] Cum tamen et sacratis legibus, et XII. Tabulis sancitum esset, ut neve privilegium irrogari liceret, neve de capite, nisi comitiis centuriatis, rogari. Cicero pro Sextio.

Unde lex Ciceronis III. de legibus: 'Privilegia ne irroganto.' Idem pro domo: 'vetant leges sacratæ, vetant leges XII. tabularum, leges privatis hominibus irrogari: id enim privilegium est.' Est eadem lex et apud Platonem. *Muretus.*

28. Tum Cn. Pompeius tertium Consul,[x] corrigendis moribus delectus, et gravior remediis,[a] quam delicta erant, suarumque legum auctor idem ac subversor,[b] quæ armis[c] tuebatur, armis amisit. Exin continua per viginti annos discordia:[d] non mos, non jus: deterrima quæque[e] impune,

Tum Cn. Pompeius, tertium consul, reformandis legibus ascitus, et asperior pœnis, quam culpæ erant, suarumque legum conditor idem atque corruptor, quæ bello defendebat, bello perdidit. Exin perpetua per viginti annos dissensio: non lex, non

NOTÆ

[x] *Cn. Pompeius tertium Consul*] Anno 701. petebant consulatum T. Annius Milo, P. Plautius Hypsæus, Q. Metellus Scipio, non solum largitione palam profusa, sed etiam factionibus armatorum succincti. Cum autem diu tracta comitia consularia essent, perficique ob eas ipsas perditas candidatorum contentiones non possent, et ob id mense Januario, nulli dum neque consules neque prætores essent, ac Milo quam primum comitia confici, competitores ejus trahi vellent, ideoque Q. Pompeius, gener Scipionis, et T. Munatius Plancus, tribuni plebis, referri ad senatum de patriciis convocandis, qui interregem proderent, non essent passi, Milo Lanuvium, ubi dictator erat, proficiscens Clodium occidit.

Magni tumultus, aliique ex aliis interreges secuti. Tandem Cn. Pompeius sine collega consul creatus est, ipse in quinque menses extremos Q. Metellum Scipionem socerum sibi collegam cooptavit. *Muretus.*

[a] *Gravior remediis*] Gravior et periculosior nimirum civitati, dum insolenter aut ambitiose multa constituit, quam ea vitia fuerant, quibus emendandis tantam potestatem acceperat. Videatur Dio, lib. XL. *Freinshem.*

[b] *Auctor idem ac subversor*] Nam leges de ambitu, et judiciis tulit, quas ipse in suis amicis non servavit, immo perrupit. Ex Dione, Asconio, aliis.

Auctor idem et subversor] Ut illius, ne absentium ratio in comitiis haberetur.

Hæc verba, Cæsaris locum, quem hic adducam, non solum illustrant, sed vulgatam etiam ejus scripturam confirmant, quæ dubitari potest, an sincera sit. Sic enim Cæsar libro primo de bell. civil. 'Novum in Repub. introductum exemplum queritur, ut tribunicia intercessio armis notaretur, atque opprimeretur; quæ superioribus annis, armis esset restituta,' &c.

Dubium autem non est, quin Taciti quoque verba ad Tribuniciam potestatem a Cn. Pompeio restitutam referenda sint. Videnda quæ ad Cæsarem eo loco notavimus. *Ursinus.*

[c] *Quæ armis*] Nempe rempub. suis legibus constituerat, et illas leges, seu rempub. sic constitutam tuebatur armis adversus Cæsarem, et uno prælio Pharsalico et leges suas et rempub. quas armis tueri conabatur, armis amisit.

[d] *Per viginti annos discordia*] Rotundus numerus, non verus. Nam a Pompeii secundo consulatu ad Augusti sextum intersunt anni XXIV. *Lip.*

[e] *Deterrima quæque*] Miles Pompeii occidit patrem in prælio: adde pro-

ac multa honesta exitio fuere. Sexto demum Consulatu Cæsar Augustus, potentiæ securus, quæ Triumviratu jusserat, abolevit:[f] deditque jura, quis pace[g] et[1] Principe[h] uteremur: acriora[2] ex eo vincla, inditi custodes,[i] et lege[3]

fas. Pessima quæque impunita, et plurima egregia perniciei fuere. Sexto tandem consulatu Cæsar Augustus, imperii certus, abrogavit quæ triumvir ipse *sanxerat; scripsitque leges, quibus in otio et sub imperatore regeremur. Strictiores ex eo* tempore *nexus inditi, exactores legum* seu delatores *appositi, et lege Papia Poppæa*

1 Opinor, *queis pacem se Principe tueremur.* Heinsius, Misc. Obs. IX. 390. 2 Pichena et Lipsius mallent, *arctiora.* Nonnihil elegantiæ in voce, *acriora,* quam non mutaverim. *Brot.*—3 Emendat Muretus, *custodes lege:* cetera omittit. Tentat Heinsius, *arctiora ex eo vincula indi, ac custodes lege.* In his emendationibus nulla utilitas, nulla auctorum laus. Egregia sunt vulgata. *Brotier.*

NOTÆ

scriptiones, quibus filius necabat patrem, uxor maritum, et hi præmiis ornati. Attamen etiam 'multa honesta exitio fuere,' ut tueri patrias leges, et libertatem; aras et templa vindicasse a scelere et sacrilegiis; servasse cives, parentesque: tunc optimi quique subvertebantur, et deterrimi mortalium florebant.

[f] *Quæ Triumviratu jusserat, abolevit*] Has leges condiderat vel flagranti bello civili, vel corrupto reipub. statu, et nondum satis constituto. Multa scita expresserat necessitas temporum, quæ in pace et sub bono principe, qui securus imperii et rerum esset, exitiabilia et perniciosa reipub. forent: has igitur leges firmato ordinatoque imperio abolevit, ut alias utiliores substitueret.

Abolevit] Uno edicto omnia sustulit. *Muretus.*

[g] *Jura, quis pace*] Tandem jura constituit Augustus ita comparata, ut eorum beneficio certa restitutæ tranquillitatis, bonique principis utilitas ad civitatem pertingeret.

[h] *Quis pace et Principe*] *Pace,* id est, per pacem terra marique ab ipso restitutam, nullo jam civilium armorum metu; eoque non talia, qualia triumviratu jussa, quæ sæpe temporum erant, non justitiæ; præsentis et paucorum, non perpetuæ publicæque utilitatis.

Pace igitur jam reducta, sed et *principe* nempe instituto, introducto, exorto, et summæ rei præposito, velut eorum vindice ac defensore. Per pacem sub principe, quia pacis interfuit omnium potestatem ad unum conferri; cui scilicet ea pax non posset eripi, jamdudum parata, confirmata, succinctaque armis inter victos aut inermes imbellesque. *Gronovius.*

[i] *Inditi custodes*] Custodes sunt observatores et delatores. Ovid. Amor. lib. III. eleg. 4. 'Dure vir imposito teneræ custode puellæ.' Sueton. in Tib. 'Non cessavit efflagitare aliquem cujuslibet ordinis custodem factis atque dictis suis.'

Custodes] Legumque illarum custodes accusatores, per L. Papiam Poppæam præmiis decretis inducti sunt, ut si qui privilegia et præmia destinata patribus negligerent, saltem pœnis et coërcitionibus ad procreandos liberos inducerentur.

Papia Poppæa præmiis[j] inducti,[k] ut, si[4] a privilegiis[l] parentum cessaretur, velut parens omnium Populus vacan-

præda et opibus impulsi, ut si qui privilegia patrum aspernarentur, populus veluti pater communis caduca bona *possideret. Sed penitius irrumpebant* delatores illi;

—4 In Ms. Mediceo pro *ut si* legitur *visi*, unde Lipsius fecit *ut si* sensu optimo et quam minimo ab archetypo recessu. Nihilominus ultimi Editores, asteriscum post hæc verba posuerunt quasi defectus indicem, quem removendum curavi. Sensui enim nihil plane deficit, qui hic: lege Papia Poppæa præmiis inducti, scilicet accusatores vel custodes, sed multo minore cum invidia quam reliquis legibus, quoniam populus in prædæ partem hac lege vocabatur cum accusatoribus. Lege enim Papia constitutum erat, ut cœlibes nihil capere possent ex testamento extranei, orbi vero non amplius quam dimidium. Jam ne quis tacite aliquid capere posset, præmia constituta erant in delatores; et ne hoc videretur nimis durum, pars quam capere cœlebs vel orbus debuerat pro caduca habita, atque ærario assignata est. Et hoc est quod adulter marito imputat apud Juvenalem Sat. IX. 88. 'Jura parentis habes: propter me scriberis hæres, Legatum omne capis, necnon et dulce caducum.' *Ryckius.* Optime emendavit Lipsius. Beroaldus aliique veteres, *visi a privilegiis*, nullo sensu, ut fatetur ipse Beroaldus. *Brotier.*

NOTÆ

[j] *Lege Papia Poppæa præmiis inducti*] Delatores scilicet, accusatoresque. Suetonius Nerone, cap. 10. 'Præmia delatorum Papiæ legis ad quartas redegit.' Ut appareat præmia magna fuisse, et forte tertiam aut semissem bonorum damnati.

[k] *Inducti*] Tac. lib. IV. 'Sic delatores, genus hominum publico exitio repertum, et pœnis quidem nunquam satis coërcitum, per præmia eliciebantur.'

[l] *Ut, si a privilegiis*] Ut si delatores utilitate publica non moverentur, saltem ob suam mercedem, transgressores deferrent. Inter alias autem cœlibum et orborum pœnas constitutum fuerat, ut legata iis, qui privilegiis patrum non gauderent, relicta, vel universa vel ex parte caduca fierent, et ad populum tanquam omnium civium communem parentem devolverentur. *Freinsh.*

Quidam in hunc sensum concordare videntur, iis, qui sine liberis mortui fuissent, rempublicam successisse. Quod maximopere falsum arbitror, cum neque si testati decessissent, hæredes instituti debuissent excludi, neque si intestati, propinqui eorum, puta parentes, fratres, &c.

Quod de testamento dixi, certum ex eo, quod nullibi reperitur interdictum cœlibi testamenti factione: neque credibile est, unquam tam crudelem pœnam fuisse statutam, cum reorum et exulum testamenta manerent, donec Tiberio auctore ea potestas ademta est. Dio lib. LVII. Ac si statuta fuisset, a scriptoribus fuisset annotata.

Si itaque respub. non exclusit institutos hæredes, multo minus eos, ad quos jure gentium hæreditas pertinet.

Superest igitur, ut cum Ferreto, quem et Lipsius probat, dicamus non corruptum modo hunc locum, verum etiam defectum esse. *Vacantia* vero non intelligamus de bonis cœlibum, sed de iis quæ quoquo modo talibus erant relicta. Quod optime docet atque firmat idem Lipsius in excursu. *Freinshem.*

Ab eo tempore, inquit, quo legibus, pace et principe, usi sumus; quo pax

tia[m] teneret:[5] sed altius penetrabant; urbemque, et Italiam, et quod usquam civium, corripuerant: multorumque excisi status:[n] et terror omnibus intentabatur; ni Tiberius statu-

civitatemque, et Italiam, et quotquot ullibi cives Romanos invaserant; plurimorumque subversi status, et pavor omnibus ostentabatur; nisi Tiberius mitigandæ legi

5 Pessime Vertranius, *teneretur.* Brotier.

NOTÆ

reducta et novum imperii nomen, novaque potestas principis introducta locum juri et judiciis dedit; acrius stringebant, et coërcebant leges, severiusque et sævius interdum animadversum et exercita vindicta est in illos qui tenerentur: nec tanta impunitas et suffugia, quanta in libertate aut per motus civicos, vel grassantes vel impendentes.

Neque enim, ut prius, expectatum, donec alicui forte liberet diserto inimicitias exequi nomine deferendo; aut magistratus mulctam diceret, de qua ad populum certaretur: sed 'inditi custodes et præmiis inducti.' Hoc est, capita legibus addita, quibus præmia definiebantur accusatoribus, delatoribus, quadruplatoribus, sycophantis, tanquam bonis viris et custodibus legum et cognitoribus populi ac defensoribus.

Vel Papia Poppæa quam insigniter illos invitat! sed minore invidia, cum populus in partem prædæ vocaretur, et magna specie æquitatis, ut, cum tanta privilegia maritatis et patribus proposita, si tamen ab illis per matrimonia et susceptos liberos appetendis cœlibes cessarent, eorum in relicta et legata juri populus omnium parens succederet, atque iis ut caducis frueretur. *Gronovius.*

Inditi, impositi, ut l. IV. 'Castella rupibus indita,' et l. II. 'vinclis inditis.' *Custodes*, ut IV. annal. 30. Cicero divinat. in Cæcilium de repetundis: 'cujus legis non modo a pop. Romano, sed etiam ab ultimis nationibus severi custodes requiruntur.' Tacitus, si hominem novi, sentiebat non opus esse præmiis; delatores qui non castigat, et esse patitur, satis invitare.

Ceterum non intra æqua stetit delatorum impotentia: neque enim satis habebant ea criminari, quæ palam erat lege obligari: sed velut altius introspicientes et penitius scrutati vim et sententiam legis, casus et criminum genera infinita commenti erant, ut propemodum nemo insons esset.

Et pari vehementia per omnes imperii Romani partes, quicquid ubique civium esset, nihil sæpe minus expectantes in jus raptabant. Tacitus per τὸ *penetrabant* et *corripuerant* intellectum voluit *custodes* isti custodiendi, sive accusatores.

Ut si a privilegiis parentum cessaretur] Certe illi cœlibes qui simul et orbi erant, sic multas hæreditates captabant, quia ipsi et captabantur pari arte. At 'inditi custodes' legis Papiæ, nempe delatores, qui eos urgerent, vexarent, si qua hæreditas ipsis relicta fuisset, ita ut illa bona relicta cœlibibus, tanquam *vacantia* populus obtineret, seu in ærarium cogerentur. Cujus prædæ haud dubie pars non modica perveniebat ad delatores, qui talibus *præmiis* inducti acrius invigilabant.

[m] *Vacantia*] Deficientia, caduca.

[n] *Multorumque excisi status*] Hoc

endo remedio, quinque Consularium, quinque e Prætoriis, totidem e cetero Senatu sorte duxisset, apud quos exsoluti plerique legis nexus[o] modicum in præsens levamentum fuere.

29. Per idem tempus Neronem, e liberis Germanici, jam ingressum juventam, commendavit Patribus, utque 'munere capessendi[p] Vigintiviratus[q] solveretur, et quinquennio matu-

sorte legisset quinque consulares, quinque prætorios, et totidem ex aliis Patribus; apud quos exemta pleraque legis vincula nonnihil ad præsens solatii attulere.

Eadem tempestate commendavit senatui Neronem e filiis Germanici, jam pubertatem egressum, et rogavit, ut eximeretur onere suscipiendi vigintiviratus, et

NOTÆ

est quod antea dixit, 'omnisque domus delatorum interpretationibus subvertebantur.' Et calumniæ multæ in hac lege circa ingenuitatis jura, et similia: ut periclitaretur non dubie multorum status.

Plinius Panegyrico, de iisdem: 'Vidimus delatorum judicium, quasi grassatorum, quasi latronum. Non solitudinem illi, non iter, sed templum, sed forum insederant: nulla jam testamenta secura, nullus status certus, non orbitas, non liberi proderant: auxerat hoc malum principum avaritia. Advertisti oculos,' &c. Templum, id est curiam, senatum. Habebatur senatus in templo aliquo, v. c. Apollinis, Concordiæ, &c.

[o] *Legis nexus*] Hi legis nexus debent intelligi de capitibus quibusdam legis, quibus vincula admodum stricta delinquentibus innectebantur, et quæ magis adhuc obstringebant ipsi delatores, variis et ambiguis suis interpretationibus.

Nexus] Sorte elegit per quos plerique legis nodi explicati sunt, et animis metu periculi æstuantibus, nonnulla ad tempus refrigeratio quæsita est.

[p] *Capessendi Vigintiviratus solveretur*] Non ergo aditus ad majores honores, nisi illo adepto? Apparet ex his verbis, itemque e Dione de Claudio, l. LVIII. 'Generos suos jussit in viginti viris esse, tum et præfectos urbi in feriis Latinis, denique quinquennio maturius magistratus petere indulsit.'

[q] *Vigintiviratus*] Vigintiviri, ad eum numerum redacti sunt ab Augusto, nempe *triumviri monetales,* qui monetam examinabant; *triumviri capitales,* qui supplicia exigebant et capitalia crimina judicabant; *quatuorviri viales,* qui vias curabant; et *decemviri* stlitibus judicandis, qui nempe confiscationibus et subhastationibus præsidebant. Hi omnes a numero sic appellati sunt, *triumviri,* quia tres viri, *quatuorviri,* quia quatuor erant, ita et *decemviri,* quia decem.

Vigintiviratus] Dio lib. LIV. 'Absente adhuc ab urbe Augusto, senatusconsultum fuerat factum, ut vigintiviri (magistratus hoc nomen est) ex equitibus constituerentur, quorum deinde nullus in senatum est allectus, nisi quem etiam alium magistratum, cujus ratione senator posset fieri, gessisset. Porro hi vigintiviri in locum viginti et sex virorum successerunt; eorum tres ad capitalia judicia sunt ordinati; alii tres cudendo numismati præsunt; quatuor vias urbanas curant; decem judiciis; quæ ad centumviros sorte deferuntur, præficiuntur: duo enim illi, qui vias extra urbem curabant, et quatuor in Cam-

rius,[r] quam per leges,[s] Quæsturam[1] peteret,'[t] non sine irrisu audientium postulavit. Prætendebat, 'sibi atque fratri decreta eadem, petente Augusto:' sed neque tum fuisse dubitaverim, qui ejusmodi preces occulti illuderent:[2] [u] ac

quinquennio prius, quam permitterent leges, Quæsturam postularet, *irridentibus qui talia audirent: prætexebat*, concessa eadem sibi, atque fratri Druso, orante Augusto. *Sed neque dubitaverim, tum etiam extitisse, qui talia postulata*

1 Beroaldus aliique veteres, *quæsituram*. Melius recentiores, *quæsturam*. Passim alibi in Taciti libris occurrit, *quæstura*. Brotier.—2 Amicus malebat,

NOTÆ

paniam mittebantur, tunc abrogati erant.

[r] *Quinquennio maturius*] Legitima seu legibus constituta certa ætas quæsturæ fuit. Ita et Spartianus in Juliano: 'Quæstor, ante annum quam legitima ætas sinebat, designatus est.' Sueton. in Calig. c. 1. 'Quæsturam quinquennio antequam per leges liceret, et post eam, consulatum gessit.'

[s] *Quam per leges*] Quinquennio maturius quam per leges annarias liceret, &c.

[t] *Quæsturam peteret*] Quæstura janitrix fuit reliquarum dignitatum. Cicero III. de leg. 'nam ad Ædilitatem, et Præturam, et Consulatum viam faciebat.' Sic in Albino Capitolinus: 'Quæsturæ gratia illi facta est, qua concessa ædilis non amplius quam decem diebus fuit, quod ad exercitum festinanter mitteretur. Deinde Præturam egit sub Commodo famosissimam. Consul a Severo declaratus est.'

Vides ordinem dignitatum qui necessario servandus erat. Nam sic Livius l. XXXII. 'Comitia per M. Fulvium et Man. Curium tribunos plebis impediebantur, quod T. Quintium Flamininum consulatum ex quæstura petere non patiebantur. Jam ædilitatem præturamque fastidiri, nec per honorum gradus documentum sui dantes nobiles tendere ad consulatum, sed transcendendo media, summa imis continuare.'

Quæsturam] Ætatem qua peti potuit, puto Augusti ævo, et deinceps, fuisse annum vigesimum quintum, sed incipientem. Vigesimus quartus, inquam, expletus sufficiebat. Nam Tiberius 'quæstor fuit undevicesimum annum agens,' ait Velleius: atque ille ipse non nisi 'quinquennio maturius quam per leges,' ut Dio l. LIII. et Tacitus statim notat: ergo ille legitimus annus.

Certe non intra: argumento Quintiliani verborum l. XII. 'Calvus, Cæsar, Pollio, multo ante quæstoriam omnes ætatem, gravissima judicia susceperunt.'

Atqui anno 'uno et vigesimo Cæsar Dolabellam, altero et vigesimo Asinius Pollio C. Catonem, non multo ætate antecedens Calvus Vatinium iis orationibus insecuti sunt, quas hodieque cum admiratione legimus,' ait alibi idem scriptor.

Nec multum citra: quia reperio Catonem anno vigesimo nono ætatis, Gracchum vigesimo septimo quæsturam gessisse. Dio senatoriæ ætati definit annum vigesimum quintum. Quæstura autem primus gradus in senatum: illa ergo etiam Quæstoria ætas.

[u] *Illuderent*] Mihi dubium non est,

tamen[3] initia[v] fastigii Cæsaribus erant: magisque in oculis[w] vetus mos, et privignis cum vitrico levior necessitudo,[x]

Augusti etiam tum secreti irriderent: sed tamen hæc tum exordia summæ fortunæ Cæsaribus erant, magisque in aspectu prisca instituta, et minor conjunctio privigno.

occulte inluderent. Ryckius.—3 Mallet Muretus, *Hæc tamen.* Nihil mutandum. *Ac tamen* sic VI. 30. Heinsius scribit, *jacta* vel *jacti tamen initia fastigii.*

NOTÆ

tum quoque fuisse aliquos, quibus ea res ludibrio haberetur, eum qui omnem imperii legumque vim in se traxisset, ejusmodi precibus, in rebus nullius momenti, vanam libertatis imaginem præbere senatui, &c.

[v] *Ac tamen initia*] Tres causas Tacitus affert, quibus ostendit Augusti preces, pro minimis etiam privignorum honoribus, fuisse excusabiliores, minusque dignas quæ illuderentur. Prima, quia ipsius imperium recens: Tiberii contra diuturnitate firmatum. Secunda, quia tum magis in oculis vetus mos, ut scilicet honores a senatu tribuerentur. Tertia, quia minus incongruens vitrico, ob leviorem necessitudinem, privignis honores precari, quam avo, nepoti. Poterat enim Tiberius accusari, si ipsemet, absque auctoritate senatus, Neroni nepoti talia concessisset. Secus, si Augustus privignis. *Pichena.*

Hoc dicit, etiam Augusti ævo fuisse, qui preces ejusmodi illuderent, quasi simulatas, cum id peterent Cæsares, quod cogere poterant, confirmata jam etiam in majoris momenti rebus potentia.

Quanquam, ait, tum temporis nondum in hoc fastigium excreverant: sed id etiam tum erat initium fastigii Cæsaribus: præterea in oculis, in conspectu, in recenti memoria, vetus mos antiqua et libera Repub. usitatus, ut scilicet leges annales observarentur.

Deinde etiam Augustus plus causæ habebat privilegium excusandi, quod privignis peteret, quam haberet Tiberius pro nepote eadem postulans. Quippe huic quo arctior necessitudo, sic excusatius quicquid eo intuitu molitur.

Ac tamen] Tum tamen temporis illud negotium rationi magis congruebat, quia nondum ita adulta erat Cæsarum auctoritas, ac tum ea *initia* principatus.

[w] *Magisque in oculis*] Quasi dicat: Tamen alii non illudebant, et attendebant hæc initia et gradus ad principatum esse. Quæsturam, inquam, extra ordinem aut ætatem datam, et solutionem a Vigintiviratu.

Itemque attendebant vetus, et ab Augusto institutum, non recens a Tiberio: quod si ille fecisset, qui vitricus tantum istorum erat (Tiberii et Drusi) cur non Tiberius in nepotibus usurparet, magis junctis? Nepotibus nempe, adoptione: cum sanguine propatruus eorum esset. *Lips.*

[x] *Levior necessitudo*] Accedit quod Augustus non pro nepote suo, ut jam Tiberius, sed pro privignis suis ea postulabat, atque ideo liberius a Patribus decerni quibat, quia Augustus tantum vitricus, non tam ægre laturus videbatur, si privignis non impetrasset. Cum ad se privigni illi non tam strictâ propinquitate pertinerent, pro eis rogandi serio locum habuit Augustus, et tanto magis quod

quam avo adversum nepotem. Additur Pontificatus,[y] et, quo primum die[z] forum ingressus est, congiarium[a] plebi, ad-

rum cum vitrico, quam avi erga nepotem. Adjicitur dignitas pontificis, et quo primum die forum introiit, donativum populo, qui non mediocriter lætabatur, quod

NOTÆ

tum fierent omnia per senatum, aut saltem fieri videri vellet. Nec tam deridendus Augustus, licet omnia in seipsum traxisset, quia sincerius Patres consulebat, eosque meliori fide in partem curarum vocabat, quam Tiberius, qui in rebus etiam bonis, et quas sincere vellet, atrox et abstrusus erat.

[y] *Additur pontificatus*] De Nerone agit Germanici filio, quem tamen ego *Pontificem* in lapidibus, qui data opera honori ejus et memoriæ positi sunt, non lego. Extat urna (a Caligula, ut e Suetonio colligas, dicata) Romæ:

OSSA.
NERONIS. CÆSARIS.
GERMANICI. CÆSARIS. F.
DIVI AUG. PRON. FLAMIN.
AUGUSTALIS. QUÆSTORIS.

Et in Hispania marmor, quod amicus noster Carolus Clusius descripsit:

NERONI. CÆSARI.
GERMANICI. F.
TI. AUGUSTI. N. DIVI. AUG.
PRON. FLAMINI. AUGUSTALI.
SODALI. AUGUSTALI.

Ubi cum *Flamen* utrobique insculpatur, non Pontifex, subvereri in mentem venit, ne in cognato honore Tacitus si forte aberrarit. *Lipsius.*

Additur pontificatus] Quanquam non peteretur Pontificatus, adjectum a Patribus indigitat. Idque per adulationem Patrum in Cæsares, ut alia multa.

[z] *Quo primum die*] Id est Tirocinii die, sive togæ virilis; quo, auspicii causa, tirones a patre, proximisque solenni officio in forum deduci, et inde in Capitolium solent. Notat Plutarchus in Bruto. Et Valerius Max. v. 4. 'M. Cotta eo ipso die, quo togam sumsit virilem, protinus ut e Capitolio descendit, C. Carbonem, a quo pater ejus damnatus fuerat, postulavit.'

Suetonius in Augusto: 'Duodecimum et tertiumdecimum consulatum magno, id est, XVII. annorum intervallo, ultro petiit, ut Caium et Lucium filios amplissimo præditus magistratu, suo quemque tirocinio, deduceret in forum.' In Tiberio: 'Romam reversus, deducto in forum filio Druso.'

Munera etiam, sportulasque dari tirocinio solere, observabis hic ex Tacito, et Suetonii Nerone, c. 7. 'Deductus in forum tiro, populo congiarium, militi donativum proposuit:' et Calig. 10.

Nec in principum modo liberis, sed vulgo id servatum, disco ex Plinio l. x. Epist. 'Qui virilem togam sumunt, vel nuptias faciunt, vel ineunt magistratum, solent totam bulen, atque etiam e plebe non exiguum numerum vocare, binosque denarios vel singulos dare.' *Lipsius.*

[a] *Congiarium*] Pecunia in congiarium plebi distribuenda, quæ quidem distributa est eo die, quo primum virili toga sumta, in forum deductus est.

Congiarium] Plin. Paneg. 'Datum est his, qui post edictum tuum in locum erasorum subditi fuerant: æquatique sunt ceteris illi etiam, quibus non erat promissum. Negotiis aliquis, valetudine alius, hic mari, ille fluminibus distinebatur: expectatum est, provisumque, ne quis æger, ne quis occupatus, ne quis denique longe

modum lætæ, quod Germanici stirpem jam puberem aspiciebat.[4] Auctum dehinc gaudium, nuptiis Neronis[b] et Juliæ, Drusi filiæ. Utque hæc secundo rumore, ita adversis animis acceptum, quod filio Claudii[c] socer Sejanus destinaretur: polluisse nobilitatem[d] familiæ videbatur,[5] [e] suspectumque jam nimiæ spei[f] Sejanum ultra[6] extulisse.

30. Fine anni concessere vita insignes viri, L. Volusius, et Sallustius Crispus. Volusio vetus familia, neque tamen

Germanici prolem jam adultam intueretur. Cumulata posthac ea lætitia matrimonio Neronis et Juliæ, Drusi filiæ. Utque hæc prospera fama, ita infensis animis auditum, quod Sejani filia destinaretur uxor filio Claudii; contaminasse claritudinem domus credebantur, et Sejanum jam suspectum nimiæ cupidinis ultro evexisse.

Exeunte anno e vivis excessere illustres viri, L. Volusius et Sallustius Crispus; Volusio antiqua prosapia, neque tamen supra prætoriam dignitatem evecta. Ipse

4 *Adspiciebant* rectius Heinsius. *Brotier.*—5 Beroaldus aliique veteres, *videbantur*. Bene recentiores, *videbatur*, scilicet Tiberius. *Brotier.*—6 Ms. Flor. et Beroaldus, *ultra*, quod retinent Jac. Gronovius et Ernestus, et explicant, *ultra, quam oportuit, quam par esset, quam illi sperandum esset.* Rhenanus et ceteri recentiores, *ultro*: Latinitati et sententiæ magis convenit. Dureau et Ernestus, *ultra*. Sic ille vertit: *Tibère avait beaucoup trop élevé un favori.* Brot.

NOTÆ

fuisset: veniret quisque, cum vellet; veniret quisque, cum posset.'

Idem Plin. 'Adventante congiarii die, observare principis egressum in publicum: insidere examina infantium, futurusque populus solebat. Labor parentibus erat ostentare parvulos, impositosque cervicibus, adulantia verba blandasque voces educere. Reddebant illi qui monebantur, ac plerique irritis precibus, surdas principis aures astrepebant: ignari, quid rogassent, quid non impetrassent, donec plane scirent, differebantur: tu ne rogari quidem sustinuisti.'

[b] *Nuptiis Neronis*] Quod igitur supra legitur: 'Silani filiam Neroni vetustissimo liberorum Germanici pactam,' l. II. pactam desponsamque fuisse credimus, nuptam deductamque non fuisse. Aut si fuit, fatum abstulit, et locum huic fecit. *Lipsius.*

[c] *Quod filio Claudii*] Sueton. Claudii c. 27. 'Drusum Pompeius impuberem amisit, piro per lusum in sublime jacto, et hiatu oris excepto: cui et ante paucos dies Sejani filiam despondisset.' Vide infra initium l. IV.

[d] *Polluisse nobilitatem*] Nam ii, quibus auctoribus id gestum erat, affinitate municipali nobilitatem Claudiæ familiæ fœdavisse videbantur. *Freinshemius.*

[e] *Videbatur*] Nempe Tiberius. Vulgo legitur *videbantur*: sed quod Freinshemius intelligit, 'ii, quibus auctoribus id gestum erat,' non videtur hic locum habere. *Gronovius.*

Videbatur] Sic vulgo de imperitantibus, seu de ministris, vel magistris dominationis vulgo loquimur; neque enim solus Sejanus se socerum destinarat Claudii filio, sed ipse simul cum suo Tiberio et aliis gratiosis.

[f] *Jam nimiæ spei*] Sejanum, qui jam

Præturam egressa: ipse Consulatum intulit, Censoria etiam potestate[g] legendis Equitum decuriis functus, opumque, quis domus illa immensum viguit, primus accumulator. Crispum, Equestri ortum loco, C. Sallustius, rerum Romanarum[1] florentissimus auctor, sororis nepotem in nomen ascivit: atque ille, quanquam promto ad capessendos honores aditu, Mæcenatem æmulatus, sine dignitate Senatoria,[h] multos triumphalium consulariumque potentia anteiit: diversus a veterum instituto,[i] per cultum et munditias; copiaque et affluentia[j] luxu propior:[k] suberat tamen vigor animi,

consulatum domum *invexit*, *censorium quoque munus obiit in recensendis equitum decuriis, et divitias quibus familia hæc diutissime floruit, prior ipse aggessit.* C. *Sallustius, historiæ Rom. scriptor celeberrimus, in vocabulum suum adoptavit Crispum equestri stirpe editum, nepotem sororis* suæ. *Atque ille licet facilem aditum haberet ad obtinendas dignitates, tumen imitatus Mæcenatem, sine honore senatorio, plerosque triumphalium et consularium auctoritate opibusque antecelluit: dissentiens ab antiquis moribus, per delicias et elegantiam amœnitatemque vitæ; abundantiaque et copia tamen ad luxum, quam ad elegantiam propius accedebat; inerat tamen*

1 *Romanorum* Homer.

NOTÆ

ante suspectus erat, quasi haud æquo animo in inferiore gradu se contineret, sed ad summam rerum aspiraret, hac conjunctione, sponte sua, ad majorem dignitatem auctoritatemque evexisse.

[g] *Censoria etiam potestate*] Munusne illud intelligit, quod Augustus instituit, Triumviratum recognoscendi equites? de quo Suetonius c. 37. An potius lectas ab eo decurias judicum vult, (quod censorium olim munus) honore a Principe dato? *Lips.* Potius censorium fuit recognoscere equites.

[h] *Sine dignitate Senatoria*] Sic intra locum equestrem sistebant, ut gratia principis præpollerent. Sic enim magis apti secretis aulæ, ministeriisque dominationis, quam si consulatus et provincias obtinuissent; sic enim suspecti fuissent imperitantibus; et tamen in hoc ordine, illustriores opibus, gratia, et auctoritate erant, quam consulares, quam triumphales.

Id vocatur Tacito 'præpostera ambitio,' infra, ubi de Mella fratre Senecæ, qui etiam Mæcenates et Sallustios æmulabatur sub Nerone. Tac. XVI. 17. 'Mella, &c. petitione honorum abstinuerat, per ambitionem præposteram, ut eques Rom. consularibus potentia æquaretur: simul acquirendæ pecuniæ brevius iter credebat per procurationes, administrandis principis negotiis.'

[i] *Diversus a veterum instituto*] Hic errat interpres Gall. qui vertit, quasi Sallustius eo luxu a suis patribus deflexisset; sed absolute, et generice id capiendum, nempe *diversum* fuisse a *veterum* Romanorum *institutis.*

Quod intelliges ex l. v. 1. ubi de Livia Augusta. 'Sanctitate domus priscum ad morem, comis ultra quam antiquis fœminis probatum.'

[j] *Affluentia luxu propior*] Sic paulo infra: 'simul sexum natura invali-

ingentibus negotiis par, eo acrior, quo somnum et inertiam magis ostentabat. Igitur, incolumi Mæcenate, proximus; mox præcipuus, cui secreta Imperatorum innitcrentur, et interficiendi Postumi Agrippæ conscius, ætate provecta, speciem magis[m] in amicitia Principis, quam vim tenuit, idque et Mæcenati acciderat; fato potentiæ, raro sempiternæ,[n] an satias capit,[o] aut illos, cum omnia tribuerunt, aut hos, cum jam nihil reliquum est quod cupiant.

vis, roburque ingenii magnis rebus idoneum, eoque is vehementior et intentior, quo magis præferebat soporem atque ignaviam. Itaque florente Mæcenate secundus ab illo, mox summus fuit, cui arcana principum committerentur, et occidendi Postumi Agrippæ particeps, provectus annis, imaginem potius in gratia principis, quam rem ipsam habuit. Idemque Mæcenati contigerat, sive fatali sorte potestatis raro æternæ, sive quia satietas capit, aut principes, cum omnia concessere, aut amicos, *cum jam nihil superest quod appetant.*

NOTÆ

dum deseri et exponi suo luxu:' et hist. l. II. 'Luxu et saginæ mancipatus, emtusque.' Sexto casu pro tertio usus videtur, ut Virg. Æn. VI. 'Siste gradum, teque aspectu ne subtrahe nostro.' Plaut. Amph. 'neque nox quoquam concedit die.' Et *facie* pro *faciei*, antiquis dictum testatur Gellius IX. 14. Tacitus tamen alibi, *luxui* dixit.

[k] *Luxu propior*] Non omnino deditus luxui, sed inter luxum et antiquam parcimoniam constitutus, et tamen illo propendens. Sic 'propior ignaro,' 'miseranti,' &c. apud nostrum: qui magis eo accederet, ut pro ignaro et miserante, &c. haberetur; quanquam adhuc dubitari possit.

Ita Tertullianus alicubi Christianum ex vita abire ait 'optanti propiorem;' non quod omnino optet, quod non est Christiani, cujus vota in Dei, non in sua potestate sunt; sed quod tamen huc inclinare videatur.

Luxu propior] Cultu corporis et elegantia lautiorem vitam exegit, quam antiqui moris hominibus probatum erat, copiæque et abundantiæ omnium rerum ita studuit, ut haud procul abesse a luxu videretur.

[m] *Speciem magis*] Jam senior speciem quidem adhuc inter primos Cæsaris amicos retinuit, sed revera haud validus in animo ipsorum fuit.

[n] *Raro sempiternæ*] Cic. post reditum: 'homini nihil est magis optandum, quam prospera, æquabilis, perpetuaque fortuna, secundo vitæ, sine ulla offensione, cursu.' Sed cui mortalium hoc contigit? quis inconstantiam rerum humanarum clavo adamantino defixit unquam? quis felicitatem propriam possidet? Deus; non homo. Terent. 'Ego vitam Deorum propterea sempiternam esse arbitror, Quod voluptates eorum propriæ sint:' *propriæ*, id est inseparabiles, æternæ.

Raro sempiternæ] Plin. VII. 40. 'Si verum facere judicium volumus, ac repudiata omni fortunæ ambitione decernere, mortalium nemo est felix. Abunde igitur, atque indulgenter fortuna decidit cum eo, qui jure dici non infelix potest. Quippe ut alia non sint, certe, ne lassescat fortuna, metus est; quo semel recepto, solida felicitas non est.'

[o] *An satias capit*] Sic Lucretius l. V. 'Juvabunt cum satiate cibi.' Livius l. XXX. 'satias amoris in uxore, ex

31. Sequitur Tiberii quartus, Drusi secundus Consulatus, patris atque filii collegio insignis:[p] nam biennio ante Germanici cum Tiberio idem honor, neque patruo lætus, neque natura tam connexus[1] [q] fuerat. Ejus anni principio Tiberius, quasi firmandæ valetudini, in Campaniam concessit, longam et continuam absentiam paulatim meditans:[r] sive, ut, amoto patre, Drusus munia Consulatus solus impleret. Ac forte parva res, magnum ad certamen progressa, præbuit juveni

Sequitur quartus Tiberii consulatus, Drusi secundus, patre filioque collegis eximius: nam duobus ante annis eadem dignitas Germanici cum Tiberio, neque patruo tam grata, neque sanguine tam conjuncta fuerat. Initio hujus anni Tiberius Campaniam petiit, tanquam corroborandæ valetudini; sive jam tum agitans animo, sensimque proludens diuturno perpetuoque recessui; sive ut, absente patre, Drusus consulis partes solus sustineret. Ac fortuito modica res ingentem ad contentionem provecta est, suppeditavitque adolescenti occasionem conciliandi sibi studia animos-

1 Gronovius conjicit, *connexis.*

NOTÆ

multa copia cœpit.' Sane et *satias*, et *sonor*, et *apiscor*, et *anquiro*, *quando*, et *propter*, quibus hic noster utitur, verba sunt e vetustate repetita, quæ, ut ait M. Fabius, non solum magnos assertores habent, sed etiam asserunt orationi majestatem. 'Nam et auctoritatis antiquitatem habent, et quia intermissa sunt, gratiam novitati similem parant,' inquit ille.

[p] *Insignis*] Ille annus insignis patris filiique consulatu: nam licet biennio ante idem contigisset Germanico decus, qui etiam filius Tiberii; quia tamen filius ejus tantum adoptivus esset, eumque odio haberet Tiberius, hinc factum, ut hic consulatus Germanici, neque tam lætus esset Tiberio, ut neque filius ille collega non tam conjunctus animo et natura erat, fuitque infaustum collegium illud Germanico, ut et omnibus aliis, quibus id obtigit.

[q] *Neque natura tam connexus*] Ille tamen consulatus Germanici haud perinde insignis est habitus, quia Tiberius illi non natura, sed adoptione pater; neque fratris filium eo honore efferri tam lubens aspiciebat, quam nunc Drusum proprium et sui sanguinis filium: qui consulatus, seu genio pessimo Tiberii, seu Germanici fato, infaustus et exitialis ei fuit, neque minus Druso. Observant periisse omnes Tiberii collegas. Sic Piso, Varus, et ceteri alii.

[r] *Meditans*] Vim hujus vocis *meditans*, haud scio an satis perceperint. Id enim non est, cogitans, sed in antecessum experiens, prætentans, prægustans, et ei quasi proludens. Ut *meditari* dicimur, in quo nos exercemus ad discendum.

Et morbi genus in difficultate respirandi 'meditationem mortis' vocat Seneca Ep. 34. Pro eo *discere* ponit in Hercule Furente, Somnum alloquens: 'genus humanum cogis longam discere mortem:' id est, meditari.

Sic alibi dixit Tac. 'otium lacessere;' id est paulatim assuescere solitudini, quod facilius est regibus, quam purpuratis.

materiem apiscendi favoris.[2] Domitius Corbulo, Prætura functus, de L. Sylla, nobili juvene, questus est apud Senatum, 'quod sibi inter spectacula[s] gladiatorum loco non decessisset.' Pro Corbulone ætas, patrius mos, studia seniorum erant: contra Mamercus Scaurus et L. Arruntius aliique Syllæ propinqui nitebantur: certabant[3] orationibus,[t] et memorabantur 'exempla majorum,[u] qui juventutis irreverentiam gravibus decretis notavissent:' donec Drusus apta temperandis[v] animis disseruit: et satisfactum Corbuloni[w]

que civium. Domitius Corbulo, qui præturam exercuerat, expostulaverat apud Patres de L. Sylla illustri adolescente, quod sibi inter ludos gladiatorum sede non abscessisset. *Stabant pro Corbulone major ætas, patrium institutum, et favor natu grandiorum: contra Mamercus Scaurus, et L. Arruntius, aliique Syllæ affines et consanguinei contendebant. Pugnabant concionibus, et afferebantur* documenta veterum, qui juvenum impudentiam severis consultis castigassent: *donec Drusus accommodatam mitigandis animis sententiam protulit, et redditus honos*

2 Ita Ms. Flor. editiones veteres et Gronovius. Ceteri, *materiam.* Brotier.
3 *certabantque* Gronovius.

NOTÆ

[s] *Quod sibi inter spectacula*] In theatro olim discreta loca: nondum, ut vides, in Circo aut Amphitheatro. Alias, causa non fuisset huic querelæ. Discrevit primus Claudius Imp. et 'In Circo,' (Suetonii sunt verba c. 21.) 'propria senatoribus constituit loca, promiscue spectare solitis.' Tamen Augusti temporibus decretum Patrum fuit, 'ut quoties quid spectaculi usquam publice ederetur, primus subselliorum ordo vacaret senatoribus,' ait idem Suet. in August. 44. Sed id extra urbem duntaxat fuit firmum.

[t] *Certabant orationibus*] In senatu nempe, et coram Patribus, talia licet levia disceptabantur; arguebanturque juvenes senatorii, si quid minus honestum commisissent. Sic Vespasianus apud Sueton. 4. arguitur apud Patres emunxisse pecuniam juveni; 'convictus quoque dicitur ducenta H. S.' (sunt quinque millia coronatorum) 'expressisse juveni, cui latum clavum adversus patris voluntatem impetrarat, eoque nomine graviter increpitus;' in senatu nempe.

[u] *Memorabantur exempla majorum*] In Plutarchi Gracchis scribitur, C. Veturio mortem illatam, quia Tribuno in forum venienti non decessisset.

[v] *Apta temperandis*] Modesta sententia Drusus eo rem deduxit, ut Corbulo satisfieri sibi pateretur, deprecante Scauro, qui ducta in matrimonium fratris sui uterini vidua, patruus simul et vitricus erat Syllæ. *Freinsh.*

[w] *Et satisfactum Corbuloni*] Cepit Interpres Gall. quasi Drusus disseruerit jam satisfactum fuisse Corbuloni per Mamercum. Mens Taciti est disseruisse Drusum, seu habuisse orationem appositam temperandis Patrum animis.

Qua sententia nempe, temperamenti causa, suasit Scauro Mamerco, ut satisfaceret Corbuloni irato, pro Sylla; et simul Corbuloni, ut satisfactionem Scauri reciperet, approbaretque.

Sicque egregio temperamento com-

per Mamercum, qui patruus simul ac vitricus Syllæ, et oratorum ea ætate uberrimus[x] erat. Idem Corbulo, 'plurima per Italiam[y] itinera,[z] fraude mancipum[a] et incuria ma-

Corbuloni per Mamercum, qui patruus Syllæ, simul et vitricus, et oratorum hujus ævi copiosissimus erat. Idem Corbulo sæpius ingerens, plerasque per Italiam vias

NOTÆ

posita res est; disseruitque Drusus non satisfecisse Scaurum, sed ut satisfactionem persuaderet: quod factum.

[x] *Oratorum ea ætate uberrimus*] Non omnes eloquentiæ numeros ei tribuit, quod versiones faciunt; verum hoc tantum, quod fuerit in dicendo copiosus, cui ubertim afflueret oratio. Sed hoc uno perfecti oratoris laus minime absolvitur.

Quod patet ex Tullio in Oratore c. 28. 'Hic autem copiosissimus, si nihil est aliud, vix satis sanus videri solet. Qui enim nihil potest tranquille, nihil leniter, nihil partite, definite, distincte, facete dicere, præsertim cum causæ partim totæ sint eo modo, partim aliqua ex parte tractandæ; si is non præparatis auribus inflammare rem cœpit, furere apud sanos, et quasi inter sobrios bacchari violentus videtur.'

[y] *Plurima per Italiam itinera*] Dio scribit, Corbulonem magistratibus et Senatui molestum fuisse, quod frequenter de istis itineribus quereretur: verum sub Caligula eam ob rem consulatum meruit. Fuit autem veteribus Romanis magna itinerum cura.

Nam lex Viaria Sempronii nota est, lata a Caio Sempronio, Q. Cæcilio Metello Balearico et Tito Quintio Coss. qua cautum erat, ut viæ Italiæ munirentur, lapidibusque milliaria discernentibus notarentur, pontibusque struerentur. Plutarch. in Gracchis.

[z] *Itinera*] De itineribus per Italiam questus est, quorum pleraque interrupta et impervia essent, tam fraude eorum qui munienda redemerant, quam negligentia magistratuum municipalium. *Freinsh.*

[a] *Fraude mancipum*] Mancipes hic, qui vias publicas reficiendas quæstus sui causa redimebant. Hyginus: 'Viæ publicæ et Curatores accipiunt, et per redemtores muniuntur.'

Lapis Romæ in hortis Carpensibus.

CN. CORNELIO
CN. F. SAB.
MANCIPI. VIÆ. APPIÆ.

Sed qui magistratus? credo, intelligit minores; id est, Curatores viarum, qui ab Augusto instituti. *Lips.*

Fraude mancipum] Olim Censoribus viarum cura. Cicero de legibus: 'Censores urbis templa, vias, aquas, ærarium, vectigalia tuentor.' Deinde Quatuorviri instituti: quorum proprie id munus. Pomponius de origine juris: 'Eodem tempore et Quatuorviri, qui curam viarum gererent, constituti:' tempus intelligit, post creatum prætorem peregrinum, qui fuit annus urbis DX. Ii videntur a Varrone non inconcinne dicti 'Viocuri.'

Antiqui ergo Quatuorviri viarum, sed non sufficientibus iis, additi duo, factique Seviri, uti docebo mox ex Dione. Etiam Curatores extra ordinem reperti, quos destinabant singulis viis. Ita Cæsar 'Curator viæ Appiæ' Plutarcho dicitur: Thermus Flaminiæ, Ciceroni.

Augustus deinde, 'quo plures partem administrandæ Reipub. cape-

gistratuum,[b] interrupta et impervia,' clamitando, executionem ejus negotii[c] libens suscepit: quod haud perinde publice[d] usui habitum,[e] quam exitiosum multis, quorum in pecuniam[f] atque famam damnationibus et hasta sæviebat.

32. Neque multo post, missis ad Senatum literis, Tiberius, 'motam rursum Africam incursu Tacfarinatis,' docuit; 'judicioque Patrum deligendum pro Consule[1] gnarum mi-

flagitio doloque redemtorum, et negligentia magistratuum, abruptas atque inaccessas, *ultro recepit ejus rei munus; quod non tam utile in publicum existimatum est, quam perniciosum multis privatis, quorum in opes atque existimationem judiciis et publicatione prædiorum invehebatur.*

Haud multo post scriptis ad patres epistolis Tiberius monuit, turbatam iterum Africam irruptione Tacfarinatis, et decreto senatus legendum proconsulem, peritum belli, robustum corpore, et expeditioni parem futurum: *quam occu-*

1 Ms. Flor. Beroaldus, Gronovius, et recentiores, *proconsule.* Alii plurimi, *proconsulem.* Recte quidem. In Mss. enim passim occurrit, *proconsule,* pro *proconsul, proconsulem.* Optimi quique editores, *proconsul, proconsulem* exhibent. Altero scribendi modo scriptores obscurantur, non illustrantur. *Bro-*

NOTÆ

rent,' ait Suetonius, 'nova officia excogitavit, Curam operum publicorum, Viarum, Aquarum.' Sed quomodo nova, si jam ante Quatuorviri viarum, si Curatores? Curatores ante Augustum erant, fateor: sed nec perpetuum id, nec certum munus. Fecit utrumque Augustus.

Quod ad Quatuorviros: scito discretum a Curatoribus eorum munus. Quatuorviri vias urbis curabant; Curatores, eas quæ extra urbem. Docuit me hoc Dio l. LIV. de Vigintiviris: ubi clare scriptum, e Seviris viarum, separatos ab Augusto duos, qui vias curabant extra muros, retentos quatuor, qui in Urbe.

Ergo sub Augusto et Curatores viarum, et Quatuorviri, quorum munera locis regionibusque distincta. Et digniores sane Curatores, quia in vias illas grandes extra Urbem, sumtus, et moles major.

[b] *Incuria magistratuum*] Quidam intelligunt de magistratibus coloniarum et municipiorum: forte potius intelligendum de Seviris, seu Curatoribus viarum, quos instituerat Augustus, et præcipue de his qui curabant extra urbem. Nec certe vias curabant magistratus municipales.

[c] *Executionem ejus negotii*] Non nunc tantum, sed et postea iterum sub Caio: et vir cetera magnus, hæsit in his calumniæ sordibus, bonis omnibus invitis. Vide Dionem l. LIX.

[d] *Haud perinde publice*] Rem eam tam acerbe executus est, ut utilitate publica non putarentur pensari damna tantæ multitudinis, cujus famam damnationibus probrosis, et facultates subhastationibus evertebat.

[e] *Publice usui habitum*] Auctor opponit privata damna publicæ utilitati: hanc quidem affuisse non negat, sed nimio cum multorum incommodo.

[f] *Quorum in pecuniam*] In possessorum videlicet pecuniam, qui agros haberent viæ vicinos. Quasdam enim vias collaticia pecunia tueri finitimi

litiæ, corpore validum, et bello suffecturum:' quod initium Sex. Pompeius agitandi adversus M.[2] Lepidum odii nactus, 'ut socordem, inopem, et majoribus suis dedecorum, eoque etiam Asiæ sorte depellendum,'[g] incusavit, adverso Senatu,

sionem aucupatus Sex. Pompeius exercendæ contra M. Lepidum simultatis, in eum invectus est, tanquam ignavum, egenum, et ab avorum gloria degenerem; ideoque etiam Asiæ sorte dimovendum; *improbante senatu, qui censebat* Lepidum

tier.—2 Ryckius edidit *M. Lepidum*, id est, *Manium Lepidum.* Male, veteribus libris refragantibus. *Brotier.*

NOTÆ

debebant: ut vulgo hodie. Hyginus: 'Viæ publicæ auctorum nomina obtinent &c. quarundam tutelæ a possessoribus, per tempora, certa summa exigitur.' Etiam in mancipum forte et Curatorum bona famamque sæviebat, qui neglectis viis pecuniam publicam in proprium usum verterant.

[g] *Asiæ sorte depellendum*] In provincias, quæ populo relictæ, missos sorte, missos in annum recte annotatum est, item provincias consulares duas, Asiam et Africam; reliquas prætorias, quas decem enumerat Strabo in ipso fine operis elaboratissimi.

Sed hoc addendum, et sortitos eas provincias consulares, et prætorios secundum ordinem, quo eos magistratus in Urbe gessissent. Nam et Asiam et Africam sortiti anno suo consulares duo, qui antiquiores ceteris consularibus.

Anno suo, dico, quia id arcanum imperii ab Augusto repertum, ne imperia continuarentur, ut magistratus, deposito honore, manerent in Urbe, saltem quinquennium, ante quam provinciam sortirentur. Dio, Suetonius. Itaque non statim ejurato magistratu, prætores aut consules ibant in provincias, sicut in veteri republica, sed post quinquennium; interdum etiam post sexennium, septennium, aut eo tardius. Id fiebat, quia non, ut ante, duo tantum consules quolibet anno, sed suffectis aliis post paucos menses, crescebat numerus consularium.

Itaque duo consulares antiquiores sortiebantur eas provincias Asiam et Africam, sicuti prætorii secundum ordinem gesti magistratus etiam ceteras sorte ducebant: in quibus, si pluribus ejusdem anni magistratibus locus non esset, prælati in sorte mariti iis qui essent cœlibes, parentes orbis, ex legibus Juliis et Papia.

Apud Tacitum sæpius videbis referri, quis et quo anno Asiam, quis Africam rexerit: observa fastos: videbis eo ordine mitti in eas provincias, quo consules fuere: clareque id Tacitus ipse indicat, fine hujus libri; 'ita sors Asiæ in eum, qui consularium Maluginensi proximus erat, collata.'

Inde est, quod paulo ante idem Maluginensis anno suo sortiri vult Asiam, quamvis Flamen Dialis. Inde quod hic Lepido sine sorte datur Asia, quia Africa extra ordinem exemta sorti. Inde, quod in Suetonii Galba, 'prohibitus a Tiberio sortiri anno suo Proconsulatum.' Inde apud Tacitum in Agricola: 'Aderat jam annus, quo Proconsulatum Asiæ et Africæ sortiretur;' hoc est, sorte duceret, utram earum regeret. Hæc pro more solenni sic fiebant.

qui 'Lepidum mitem magis, quam ignavum, paternas ei angustias, et nobilitatem sine probro actam, honori quam

lenem magis quam socordem, et paternam ei paupertatem, claritudinemque

NOTÆ

At factum interdum extra morem et ordinem, urgentibus provinciarum rebus, ut dilata in proximum annum sorte unius e consularibus, altera provincia extra ordinem judicio principis vel senatus mandaretur: quod in Asia, nescio an factum, pacata et quieta provincia.

In Africa turbidiore non semel accidit. Apud *Suetonium* Galba Africam *Proconsule* biennio obtinuit, 'extra sortem electus ad ordinandam provinciam et intestina dissensione et barbarorum tumultu inquietam.' Idem exemplum hic, ubi Blæsus extra ordinem electus Africæ pacandæ, et sequenti anno continuatus.

In Sueton. Vitellio causa alia, quod ille duobus annis in Africa: nam priore sortitus eam ex consulatu ordinario; altero legatus fratris, qui in consulatu suffectus ipsi; et ideo sequenti anno sortitus consularem provinciam.

Causa alia imperii extraordinarii apud Xiphilinum in Tiberio, penuria consularium aut prætoriorum, qui exhausti ejus tyranni sævitia. 'Tanta multitudo et aliorum civium senatorumque periit, ut magistratuum sorte electorum, prætorii quidem ad tres annos, consulares vero ad sex annos, præfecturas provinciarum obtinerent, defectu successorum.' *Mercerus.*

Exponunt tanquam adhuc sortiendum esset. Sed si hæc vera foret sententia, non addidisset auctor, *Asiæ;* cur enim illa potissimum exciperetur? nam qui ita loquitur, ad alias sortes, puta Bithyniæ, Cretæ, &c. admissum intelligeret; deinde et *depellendi* verbum arguit, eripi debuisse, quod jam habebat, in cujus possessione erat.

Sortitus igitur fuerat Asiam, et ubi prior proconsul decessisset, eo profectus erat. Pompeius autem id concedendum negat: verum sortem eam illi adimendam esse, non ob hoc quia Asiam sortitus erat, sed quamcumque provinciam obtinuisset; non quod ad sortem confirmandam eripiendamve quidquam pertineret.

Itaque versionum, a quibus dissentimus, opinio, non aliter locum habere possit, quam si statuamus de una provincia plures simul in sortem mitti solitos: tum enim fieri potuisset, ut unus aliquis excluderetur.

Sed hoc nunquam factum esse puto. Quin sicut olim in libera rep. tot magistratus fuisse, quot sortes, tot autem sortes, quot provincias, ut ita singulis, qui sortirentur, sua eveniret.

Liv. XXXII. 27. 'Sex prætores illo anno primum creati: crescentibus jam provinciis et latius patescente imperio:' et mox: 'prius de prætoribus transacta res, quæ transigi sorte poterat. Urbana Sergio; peregrina jurisdictio Minutio obtigit. Sardiniam Acilius, &c. est sortitus.'

Eundem igitur morem sub Augusto et postea in sortiendo fuisse, planissime docet Dio l. LIII. 'Tot viros quot et provinciæ sunt;' inter quas hanc ipsam Asiam modo numeraverat; 'quos ipsi visum eligere, sortiri jubet.'

Non igitur plures de una provincia, et si de pluribus provinciis totidem viri sortiti sunt, antequam perfecta

ignominiæ habendam' ducebat. Igitur missus in Asiam.[3] Et ' de Africa' decretum, ' ut Cæsar legeret, cui mandanda[4] fore.'

sine flagitio toleratam, decori potius quam probro tribuendam esse. *Itaque impositus est Asiæ. Et statutum* de Africa, ut Tiberius ipse deligeret, cui permittenda esset.

3 Cl. Lallemand, *missus est in Asiam;* sine auctoritate ac necessitate. *Brotier.*—4 Sic Gronovius: at Ryckius et Homerus *mandata.*

NOTÆ

esset sortitio, non poterat dignosci, quid cuique esset obventurum. Et proinde Asiæ sorte nullo modo depelli potuit Lepidus, nisi illa jam obtigisset. *Freinshem.*

Ego vero non sortitum nec sortiendum habuisse censeo. Sortiri solebant Asiam et Africam. Sed quia extra ordinem deligebatur, cui mandaretur Africa, restabat Asia sola. Quid igitur sorte opus?

Porro de his sortiebantur duo consularium omnium vetustissimi. Horum priorem fuisse Man. Æmilium Lepidum accipimus: ita ad hunc jam Asia sine sortitione pertinebat. Hactenus etiam obtinuisse potest dici, nempe spe ac destinatione et sua et omnium, qui non essent ei malevoli; et ea si careret, veniente anno, inde depellebatur; spe certa nempe.

Quid ergo est? impedivit virum doctissimum vocabulum *sors,* quod putavit locum non habere, nisi utique urna intercessisset. At *sors* nihil aliud hic Tacito, quam provincia, sive sorte sive sine sorte haberetur: ideo, quia rite ac solenniter non nisi per sortem habebatur: ut sæpe apud Livium.

Sic l. XLII. ' Illud quoque præcipuum datum sorti Macedoniæ, ut centuriones militesque veteres scriberet, quos vellet,' &c. Sic cum Cicero ' conjunctionem sortis,' ' necessitudinem sortis,' dicit, nihil aliud dicit quam communis provinciæ conjunctionem et necessitudinem. L. II. Epist. 19. ' Ad eam necessitudinem, quam nobis sors tribuisset, consuetudinem quoque accedere:' hoc est, provincia conjuncta. *Depellere,* id est, dejicere honore, sorte, seu provincia, non sane quam jam haberet, aut in cujus possessione esset, sed quam petebat, quam spe et voto sibi jure despondere potuit. *Gronovius.*

Asiæ sorte depellendum] Cum duæ tantum provinciæ Asia et Africa sortiendæ essent inter duos consulares qui vetustiores erant, et Africa daretur sine sorte ob bellum imminens, restabat sola Asia, de qua sic sors intervenire nulla debuit, sed statim sine urna dari debuit vetustiori consulari; et hic dicit Lepidum ' Asiæ sorte depellendum,' quia certe *sors Asiæ* et *Asia* unum et idem est; ' Asiæ sorte depellendum,' id est, provincia Asia; nihil aliud.

Depellendum] Olim etiam ob flagitia prohibiti ire in provincias, licet hæ sorte obtigissent. Valer. l. VI. de Cornel. Scipione Hispalli filio: ' Cum ei Hispania provincia sorte obvenisset, senatus, ne illuc iret, decrevit, adjecta causa, quod recte facere nesciret. Itaque Quæstor Cornelius propter vitam inhoneste actam, sine ullo provinciali ministerio, tantum non repetundarum lege damnatus est.'

33. Inter quæ Severus Cæcina censuit,[h] 'ne quem magistratum, cui provincia obvenisset, uxor comitaretur;'[i] multum ante repetito, 'concordem sibi conjugem, et sex partus enixam: seque, quæ in publicum statueret, domi servavisse, cohibita intra Italiam, quanquam ipse plures per provincias quadraginta[j] stipendia explevisset. Haud enim frustra placitum olim, ne fœminæ in socios aut gentes externas traherentur: inesse mulierum comitatui, quæ pacem luxu, bellum formidine morentur,[k] et Romanum agmen ad similitudinem barbari incessus[l] convertant. Non imbecil-

Interea Severus Cæcina disseruit, statuebatque, ne cui magistratui provincia obtigisset, comes uxor adesset; *multis verbis ante memorato*, ex sententia sua habere uxorem, et quæ sex liberos sibi peperisset: seque quæ in commune censeret, in penatibus suis observasse, retenta uxore intra Italiam, quamvis ipse per plures provincias quadraginta annis meruisset. Non enim abs re cautum antiquitus esse, ne mulieres in socios aut populos extraneos ducerentur. Inesse fœminarum agmini, quæ otium luxuria, expeditionem metu impediant, quæque Romanum exercitum in speciem barbari agminis commu-

NOTÆ

[h] *Cæcina censuit*] Cæcina egressus relationem postulavit statui, ne quis magistratus cui provincia obvenisset, secum uxorem suam duceret.

[i] *Uxor comitaretur*] Olim id insolens. Declamatores apud Senecam patrem, lib. IX. Controv. de Flaminino: 'Hic est Flamininus, qui exiturus in provinciam, uxorem a porta dimisit:' et alius: 'In hoc tecum uxorem non misimus? ut salva provincia sit, optemus meretrici bonam mentem.'

Nec in crebro usu, etiam temporibus Augusti, ut ex Suetonii verbis apparet, c. 24. 'Disciplinam severissime rexit; ne legatorum quidem cuiquam, nisi gravate, hybernisque demum mensibus, permisit uxorem intervisere.' Sed irrepsit: et Germanico Agrippina in provinciis comes, ipsi Augusto Livia. *Lipsius.*

Discrimen est; nam qui interviserent uxorem, provincias et exercitus relinquebant, non sine damno et periculo Reipub. non item alii, qui in comitatu haberent uxorem.

[j] *Quadraginta*] De quo lib. I. 'Quadragesimum id stipendium Cæcina parendi aut imperitandi habebat.'

[k] *Quæ pacem luxu, bellum formidine morentur*] Male vulgo interpretantur. Non dicit Tacitus, seu Cæcina, *pacem impediri a mulieribus.* Sed *in pace mulieres*, si viros in provinciis comitentur, *impedire* ne res ex præscripto legum et commodo sociorum administrentur.

Pacem luxu] Nam in pace, luxu earum bonas leges bonosque mores subverti; belli vero tempore, eas tam suo metu, quam solicitudine pro ipsis agenda, consilia rationesque ducum præpedire.

[l] *Barbari incessus*] Germani, Galli, Persæ, uxores et concubinas secum in bella ducebant, ut Cæsar, Tacitus, et alii referunt. *Muretus.*

Barbari incessus] In ipsis etiam itineribus muliebri mollique comitatu

lum tantum et imparem laboribus sexum, sed, si licentia adsit, sævum, ambitiosum, potestatis avidum: incedere inter milites, habere ad manum Centuriones: præsedisse nuper fœminam[m] exercitio cohortium, decursu legionum. Cogitarent ipsi, quotiens repetundarum aliqui arguerentur, plura uxoribus objectari:[n] his statim adhærescere deterrimum quemque provincialium: ab his negotia suscipi, trans-

tent. Non infirmum solum, et ad munia invalidum sexum muliebrem; sed etiam, si facultas detur, immanem, atrocem, opumque et potentiæ inexplebilem: ingredi per manipulos et cohortes, habere ad nutum centuriones obnoxios: haud ita pridem præfuisse mulierem exercitationi cohortium et decursioni legionum. Reputarent ipsi, quoties aliqui incusarentur interceptæ pecuniæ, plura fœminis exprobrari: his statim se adjungere flagitiosissimum quemque provincialium, eas negotia in se recipere et componere. Duorum

NOTÆ

efficere, ut non Romanus ille exercitus, sed barbaræ cujusdam nationis agmen videatur. *Freinsh.*

Barbari incessus] Per barbaros intelligit præcipue reges orientis, Medos, Persas, Parthosque, qui in libidinem effusissimi. Sic Darius fœminarum comitatum totumque aulæ gynæceum, universumque principalis fortunæ paratum pompamque secum bello invehebat.

Quamvis idem etiam fecerint septentrionales populi, sed cum hoc discrimine, quod fœminæ essent his, non libidinis, sed fortitudinis incitamenta; hortabantur ad virtutem uxores, matresque vulnera a filiis ultro exigebant.

Quod mirum est, post cladem fœminæ Cimbrorum recipi inter Vestæ virgines postularunt a Mario duce, quod cum non impetrassent, constantiam maritorum moriendo impavide secutæ sunt.

[m] *Præsedisse nuper fœminam*] Tangit Plancinam. Supra: 'Nec Plancina se intra decora fœminis tenebat, sed exercitio equitum, decursibus cohortium interesse.'

Præsedisse] Sic lib. XII. 37. ubi de rege et aliis captivis regiis: 'Atque illi vinclis exsoluti, Agrippinam quoque haud procul alio suggestu conspicuam, iisdem quibus principem laudibus gratibusque venerati sunt. Novum sane, et moribus veterum insolitum, fœminam signis Romanis præsidere. Ipsa semet parti a majoribus suis imperii sociam ferebat.' Sic et legatos Armeniorum audire parabat ex tribunali Agrippina, nisi astu Senecæ depulsa esset, annuentis Neroni, ut matri, et dedecori publico obviam iret.

[n] *Plura uxoribus objectari*] 'Proficisci autem proconsulem melius est sine uxore: sed et cum uxore potest, dummodo sciat, senatum, Cotta et Messalla Coss., censuisse, futurum, ut si quid uxores eorum, qui ad officia proficiscuntur, deliquerint, ab ipsis ratio et vindicta exigatur.' L. Observare. D. De offic. Procos. Sic Juven. Sat. VIII. 'Si tibi sancta cohors comitum, si nemo tribunal Vendit acersecomes; si nullum in conjuge crimen; Nec per conventus, et cuncta per oppida curvis Unguibus ire parat, nummos raptura Celæno.' Vocat harpyias, illas Proconsulum uxores.

igi: duorum egressus coli,[o] duo esse prætoria:[p] pervicacibus magis et impotentibus mulierum jussis; quæ Oppiis quondam[q] aliisque legibus constrictæ, nunc vinclis exsolutis[1] domos, fora, jam et exercitus regerent.'

34. Paucorum hæc assensu audita, plures obturbabant, 'neque relatum de negotio,[r] neque Cæcinam dignum tantæ rei censorem.' Mox Valerius Messallinus,[2] cui parens

egressus celebrari, duo esse palatia; contumacibus magis et superbis fœminarum imperiis, quæ Oppiis olim, et aliis rogationibus coërcitæ, nunc exemtis legum vinclis, familias, fora, jam et legiones præsiderent.

Hæc pauci æquis animis accepere; multi obstrepebant; neque relatum de ea re fuisse apud Patres; neque Cæcinam idoneum tantæ constitutionis auctorem. *Dein Valerius Messallinus, cui pater Messalla, ineratque specimen eloquen-*

1 Frustra Acidalius, *exsolutæ.* Brotier.

2 Et alibi, *Messalinus* et *Messala* pro *Messallinus* et *Messalla.* Homer.

NOTÆ

[o] *Duorum egressus coli*] Sic lib. IV. 68. de Sabino: 'neque enim omiserat conjugem liberosque (Germanici) percolere, sectator domi, comes in publico.' Neque enim illustriores viri fœminæque sine magna comitantium deducentiumque frequentia, in publicum prodire solebant: non domesticorum modo, verum etiam aliorum, qui officii causa vel negotii eos sectabantur.

Unde Labeo 'in l. XV. §. 16. de injur. 'Comitem definit, qui frequentandi cujusque causa, ut sequeretur, destinatus est.'

Sed solitus ille comitatus ferme consistebat ex familiaribus et clientibus: at magistratuum egressus etiam aliorum honestorum virorum, præsertim si qui ipsorum ope gratiaque indigerent, præsentia decorabantur.

[p] *Duo esse prætoria*] Ita pro uno magistratu, duorum, viri et uxoris, egressus coli, eosque in publicum prodeuntes turba salutantum atque clientium deduci, atque duo veluti prætoria esse, in quibus jus reddatur, et causæ transigantur.

[q] *Oppiis quondam*] Lex Oppia quam C. Oppius trib. pleb. bello Punico destringendis mulierum cultibus tulerat, si duntaxat una fuit, quid est quod ejus meminerit Tacitus in numero plurativo?

Sic Tertullianus profert leges Julias, et leges Papias. Sic Ulpianus caducarias leges. Sic Plinius Voconias et Julias leges, ut alias observavi. Equidem usos auctores ea dicendi forma, nihil ob aliud puto, quam ut amplificatione per numerum multitudinis, aliquid majus elocuti fuisse videantur. *Vertranius.*

[r] *Neque relatum de negotio*] Verba sunt obturbantium, qui negabant decernendum esse in re, de qua relatum non foret. Unde intelligitur, initio præcedentis capitis, illa 'inter quæ Cæcina censuit,' accipienda esse de more, qui expositus erat supra II. 38. *Freinsh.*

Neque relatum] Hoc video alibi apud Tac. esse objectum senatoribus relationem egredientibus; nam licet id juris haberet vel modicus senator,

Messalla, ineratque imago paternæ facundiæ,[a] respondit: ' Multa duritie[2] veterum in[3] melius et lætius mutata: neque enim, ut olim, obsideri urbem bellis, aut provincias hostiles

tiæ paternæ, respondit, multa e prisca severitate in melius et amœnius flexa; nec enim, ut quondam, Romam cingi, aut circumdari armis, aut provincias ab

2 *Duritiæ* Brotier. Ms. Flor. editiones veteres, et Ernestus, *duritie.* Muretus et Acidalius emendant, *a duritie.* Quidam, *duritie,* pro *duritiei* dictum putant, ut apud Livium, v. 13. *Insanabili pernicie* pro *insanabili perniciei:* si plures Taciti Mss. codices in *duritie* consentirent, retinerem. At cum unus tantum habeatur, et sæpe vitiosus, recepi cum ceteris, *duritiæ.* Heinsius, *multa duritiæ veteris.* Brotier.—3 Præpositio abest ab editionibus veteribus: in recentioribus recte addita;

NOTÆ

ut loco sententiæ promeret, quicquid e repub. esse censeret, sæpe tamen tales sententias spernebant Consules Patresque, vel pravitate propria, et privata aliqua ratione, vel adulatione in imperitantes, et relationem abnuebant.

Et hocce loco ipsi Patres dicunt non esse relatum; sic neque ipsos posse interrogari de re quam non retulissent consules, et ipsi non sine ratione, quia non licuit incipere decretum, seu constitutionem, quin prius retulisset Consul.

Sed sæpe sic modicos senatores licet boni publici auctores temnebant, volebantque gratiosos consulares, aut principem ipsum auctorem esse constitutionis. Hinc addunt: ' neque Cæcinam idoneum tantæ rei censorem,' ideoque eludebant hujusmodi sententias, uno verbo *abnuendo relatum:* sed de his infra.

Neque relatum] Quilibet senator potuit loco sententiæ proferre quicquid censeret esse e repub. sed sæpe id eludebant alii Patres dicendo non esse relatum; et Consules ipsi connivebant, ne referrent, quamvis hæc referre tenerentur ex officio, ut nempe omni modo reipub. consulerent. Sed hæc et talia sæpe elusa, vel per invidiam, ut hoc loco, vel metu principis, vel adulatione.

[a] *Imago paternæ facundiæ*] *Imaginem* ut alibi, pro levi quadam specie rei, non ipsa re, positam opinor. Præsertim cum Messallæ facundia celebratissima fuerit, et summis oratoribus æmula. Certe ab ipso Cicerone ad Brutum Ep. xv. maximopere commendatur. At de Messallino hoc, nihil usquam simile. *Freinsh.*

Non distinguit Tacitus, an plene an leviter referret facundiam patris. Sed videtur instituere comparationem, qua quemadmodum filius referebat patrem natura, ita et ejus facundiam exprimeret, et ut ejus familiæ et opum, ita et ingenii et facundiæ hæres esset.

Quasi ad filios et posteros transisset eloquentia Messallæ, tanquam naturæ donum; ut in domo Curionum, et Hortensiorum hæreditaria eloquentia fuit, ita ut etiam in fœminas ipsas propagaretur.

Imago paternæ facundiæ] Cic. pro C. Rabirio. ' Hoc generi hominum prope a natura datum est, ut quæ in familia laus aliqua floruerit, hanc fere qui sunt ejus stirpis (quod sermo hominum ad memoriam patrum virtute celebretur) cupidissime persequantur.' Et Philipp. ix. ' Nullum monumentum pater clarius relinquere

esse: et pauca fœminarum necessitatibus[t] concedi, quæ ne conjugum quidem Penates, adeo socios non onerent; cetera promiscua cum marito,[u] nec ullum in eo pacis impedimentum. Bella plane accinctis obeunda: sed revertentibus post laborem,[4] quod honestius, quam uxorium levamentum? At quasdam in ambitionem aut avaritiam prolapsas. Quid? ipsorum magistratuum nonne plerosque variis libidinibus obnoxios? non tamen ideo neminem in provinciam mitti. Corruptos sæpe pravitatibus uxorum maritos: num ergo omnes cœlibes integros? placuisse quondam Oppias leges, sic temporibus Reipubl. postulantibus: remissum aliquid postea, et mitigatum, quia expedierit. Frustra nostram ignaviam alia ad vocabula transferri: nam viri in eo culpam,[v]

hostibus teneri. Et quædam mulierum necessitatibus tribui; et tantum abesse, ut sociis aut provincialibus oneri sint, quæ ne quidem virorum familiæ graves sint. Cetera illis eadem et communia cum conjuge, nec ullam in ea re quietis vel otii moram. Bella sane expeditis gerenda esse, sed redeuntibus post expeditionem, quod magis decorum, quam solatium ex fœmina? At nonnullas in potestatis aut opum cupiditatem pronas fuisse. Quid? ipsorum virorum nonne multos diversis cupidinibus addictos mancipatosque? non tamen propterea nemini provinciam permitti. Sæpe labefactos improbitate fœminarum viros: num igitur omnes nuptiarum expertes incorruptos? Latas fuisse olim Oppias leges; ita temporibus Reip. poscentibus: relaxatum aliquid deinceps et temperatum, quod sic conduxerit. Perperam nostram socordiam in alia nomina refundi ac rejici: quippe mariti in eo delictum esse,

sic enim Tacitus, Hist. I. 50.—4 *Post laborem*, librariorum esse additamentum opinabatur Cl. Bongarsius.

NOTÆ

potest, quam effigiem morum suorum, virtutis, constantiæ, pietatis, ingenii filium.' Τὸ *ingenii* de *facundia* capi possit.

[t] *Fœminarum necessitatibus*] Quæ necessitates mutuæ intelligendæ sunt, nempe viris et fœminis juxta communes. Nam sexus imbecillus custodiendus, nec *suo luxu* aut *cupidinibus alienis* permittendus; et etiam post labores et curas belli 'revertentibus' maritis, non 'honestius quam uxorium levamentum.' Etiam 'male eripi viris,' et fœminis, 'consortia rerum secundarum adversarumque.'

[u] *Cetera promiscua cum marito*] Dilutis iis quæ uxoribus objiciebantur, circa onera et sumtus provincialium, cetera nunc diluit; scilicet 'his statim adhærescere,' &c. 'duorum egressus coli,' 'duo esse prætoria.' *Pichena.*

Cetera promiscua] Cetera ejusmodi sunt, ejusque generis, ut etiam si ipsæ non adessent, tamen maritis tribuerentur.

[v] *Viri in eo culpam*] Si per uxorem aliquod facinus admittatur, viri ta-

si fœmina modum excedat: porro ob unius aut alterius imbecillum animum male eripi maritis consortia rerum secundarum adversarumque. Simul sexum natura invalidum deseri, et exponi suo luxu, cupidinibus alienis: vix præsenti custodia manere illæsa conjugia: quid fore, si per plures annos, in modum discidii, obliterentur?[w] Sic obviam irent iis, quæ alibi peccarentur, ut flagitiorum urbis meminissent. Addidit pauca Drusus de matrimonio suo, 'nam Principibus adeunda sæpius longinqua imperii. Quotiens D. Augustum in Occidentem atque Orientem meavisse, comite Livia? se quoque in Illyricum profectum; et, si ita conducat, alias ad gentes iturum, haud semper æquo animo, si uxore carissima, et tot communium liberorum parente,[x] divelleretur.' Sic Cæcinæ sententia elusa.[y]

35. Et proximi Senatus die, Tiberius, per literas castigatis oblique Patribus, 'quod cuncta curarum ad Principem

si uxor modestiam egrediatur. Ceterum temere ob unius aut alterius *mariti* deminutum ingenium, auferri viris omnibus societatem rerum prosperarum dubiarumque. Etiam genus mulierum suopte ingenio imbecillum destitui, permittique suæ luxuriæ, et libidinibus alienis. Vix præsentis viri vigilantia stare illibata matrimonia: quid futurum, si per multos annos quasi repudio abrumpantur? sic occurrerent iis, quæ alibi delinquerentur, ut scelera civitatis animo reputarent. *Nonnulla adjecit Drusus de uxore sua:* quippe Cæsaribus petenda sæpe extrema imperii. Quoties D. Augustum in Occidentem atque Orientem exiisse, socia Livia? se quoque in Illyricum abiisse, et si ita expediret, alias ad nationes profecturum, non semper lubenti animo, si abstraheretur a conjuge amantissima et tot communium filiorum genitrice. *Sic Cæcinæ sententia frustrata* est.

Et primo die senatus, Tiberius, postquam epistolis indirecte Patres perstrinxisset,

NOTÆ

men culpa est, qui eam ita regere debebat, ne recti honestique limites egrederetur.

[w] *Obliterentur*] Quid futurum est, si plures per annos veluti quodam divortii genere separatæ uxores, caritatis fideique pristinæ oblivisci cœperint?

[x] *Tot communium liberorum parente*] Non plus trium. Infra: 'Esse illi conjugem et tres liberos.'

Duos gemellos nempe, et Juliam quæ nupsit Druso filio Germanici. Gemellorum alter non vixit; alter, Tiberius nempe, a Caligula occisus est.

[y] *Cæcinæ sententia elusa*] Verbum *eludendi* aptissimum huic rei: non enim vi aperta, aut impudenti aspernatione rejectam ostendit; verum specie moris antiqui, et publicæ utilitatis, circumventam atque frustratam. *Freinsh.*

In senatoribus aliqua ratio aut prætextus fuit. Sed consules impudenter abnuebant *relatum*, qui referre quicquid e repub. esset, tenebantur.

rejicerent,' M. Lepidum[z] et Junium Blæsum[a] nominavit, ex quis Proconsul Africæ legeretur. Tum audita amborum verba, intentius excusante se Lepido, cum 'valetudinem corporis, ætatem liberum,[b] nubilem[c] filiam' obtenderet: in-

quod omnia negotia ad Cæsarem remitterent, *designavit Manium Lepidum, et Junium Blæsum, quorum alter proconsulari imperio Africam obtineret. Tum audita utriusque oratio, impensius* id muneris *deprecante Lepido, cum* tenuem valetudinem, *tenerum* ætatem liberorum, maturam viro filiam *causaretur; simulque advertere-*

NOTÆ

[z] *M. Lepidum*] Duone ergo Lepidi eo tempore prænominibus iisdem? nam alius certe ab isto, qui Proconsul Asiæ, pagina superiore. Non censeo: Manium censeo prænomen fuisse huic, non Marcum, facili scriptorum in nota ea lapsu. Et hercle Manium Lepidum supra reperies clare, Lepidæ, quæ damnata, fratrem.

Diversa etiam ingenia istorum, Marcus ignavus, socors: Manius prudens, gravis, sævis aliorum adulationibus adversus; quem Tacitus ex professo laudat lib. IV. Repono ergo ubique Manium, in eo Lepido qui in senatu et in urbe. *Lipsius.*

[a] *Junium Blæsum*] Obiter annotabo locum Velleii quem hactenus nemo intellexit: nempe lib. II. 116. haud dubie scripserat Velleius: 'Nam et Sejani avunculus, Junius Blæsus, vir antiquissimi moris,' &c. Idem ipse est qui infra apud Vell. c. 125. ornamenta triumphalia meruit in Africa Proconsul.

Sed hoc loco 116. contrarium asserere videtur Velleius, cum dicit, 'mox in Africa, &c. non merito, sed materia adipiscendi triumphalia defectus est.' Certe sibi convenit Velleius, si bene intelligatur, et ex Tacito res elucidabitur.

Igitur apud Tac. lib. III. Junius Blæsus Proconsul Africæ legitur a senatu; et certe per totum hunc annum, quo duravit Proconsulatus ille Blæsi, nulla bella memorantur, nulla materia fuit triumphalia adipiscendi: et de eo tempore, de illo anno intelligendus Velleius primo loco 116. quia tum temporis nullum bellum in Africa gessit Blæsus, neque gerendi occasionem habuit.

'Itaque provincia Africa Junio Blæso prorogata' apud Tac. III. 58. et tum *triumphalia* obtinet Blæsus, teste eodem Tac. III. 72. 'Neque multo post Cæsar cum Junium Blæsum Proconsulem Africæ triumphi insignibus attolleret, dare id se dixit honori Sejani, cujus ille avunculus erat. Ac tamen res Blæsi dignæ tali decore fuere.'

Et de eo anno, quo prorogata est provincia Blæso, intelligendus Velleius secundo loco, nempe c. 125., ubi de Blæso sic habet: 'Post paucos annos Proconsul in Africa ornamenta triumphalia, &c. meruit:' sicque conciliatur Velleius cum Velleio, ope et subsidio Taciti. Ob brevitatem et festinationem Velleius sæpe obscurus est.

[b] *Ætatem liberum*] Adultos intelligunt, contrario sensu. Facile enim perspici potest, ad excusationem hoc nihil esse profuturum, si filios adultos se habere diceret. Itaque *ætas* hic, de tenera ætate liberorum est intelligenda. *Freinsh.*

[c] *Nubilem*] Valer. IV. 4. 'Itaque cum secundo Punico bello Cn. Scipio ex Hispania senatui scripsisset, petens, ut sibi successor mitteretur, quia filiam virginem adultæ jam ætatis haberet, neque ei sine se dos expediri

telligereturque etiam, quod silebat,[d] avunculum esse Sejani Blæsum, atque eo prævalidum. Respondit Blæsus, specie recusantis,[e] sed neque eadem asseveratione, et consensu adulantium[f] haud jutus[1] est.

tur quod reticebat, Blæsum esse avunculum Sejani, ideoque præpollentem. Respondit Blæsus in speciem, quasi honorem renueret, sed neque eadem affirmatione; et consensu assentantium, idemque cum illo volentium, *auditus est.*

1 In Ms. Flor. *haud justus est.* Optime emendavit Jac. Gronovius, in quo Ernestus et nos acquiescimus, *haud jutus est.* Sic Annal. XIV. 4. *solertia, tempore etiam juta.* Pessime et contra Taciti mentem, *auditus est.* Æque infeliciter alii, *adjutus est.* Bipontini quoque ipsi promunt conjecturam suam, *haud nisus est.* B. C. 11. VI. 62. *Brotier.*

NOTÆ

posset; senatus, ne respub. bono duce careret, patris sibi partes desumsit.'

[d] *Etiam, quod silebat*] Alia etiam recusandi ratio satis conjiciebatur, quamvis eam ipse reticeret, illum nimirum nolle contendere cum Blæso, qui avunculus Sejani esset, et ejus potentia subnixus, potuit æmulos potestatis facile subvertere.

[e] *Specie recusantis*] Blæsus etiam imaginem recusantis præbuit, sed neque ita intente, neque ita perseveranter se excusavit; sed post aliquam cunctationem, provinciam se suscepturum esse professus est: ideoque a Patribus, qui per illum Sejani favorem adulationibus quærebant, consensu laudibusque excepta est ejus oratio. *Freinsh.*

Specie recusantis] Blæsus neque pari asseveratione provinciam recusavit ac Lepidus, neque etiam pari affectu auditus a Patribus, a quibus magis intellectus est ut sentiebat, quam ut loquebatur; et magis ut res erat, accepere Patres, quam ut dicebatur, et in eo par consensus Patrum, ut rem offerrent, quæ recusabatur. In speciem recusabat Blæsus, nec pari asseveratione ac Lepidus, et consensu adulantium Patrum auditus, intellectusque est.

[f] *Sed neque eadem asseveratione, et consensu adulantium*] Prius membrum pertinet ad ea, quæ de Blæsi excusatione dixerat auctor: speciem quidem eum recusantis præbuisse, sed non pari ac Lepidum asseveratione nixum esse.

Asseveratio est serium et constans persuadendi, quæ proposueris, studium et contentio. Sic apud nostrum aliquoties. Dein audita est ejus oratio consensu applausuque eorum, qui ipsi adulabantur; adulabantur autem omnes, ut avunculum Sejani. *Freinsh.*

Et consensu adulantium] Non eadem asseveratione se excusabat Blæsus, et perinde auditus ab adulatoribus ut se excusabat, molliter nempe, et quasi non rejiceret honorem illum. Eodemque sensu auditus seu intellectus; in eam mentem pari consensu adulantium exceptus; quia scilicet non satis recusantem eum illi etiam non satis excusabant, immo ultro adulationibus impellebant: itaque illi consentiebant inter se et cum Blæso, ita ut audirent eum, quo modo loquebatur.

Et consensu] Respondit Blæsus quasi recusaret provinciam, sed non pari constantia ac Lepidus. Neque etiam

36. Exin promtum, quod multorum intimis questibus tegebatur. Incedebat enim deterrimo cuique[g] licentia, impune probra et invidiam in bonos excitandi, arrepta imagine Cæsaris;[h] libertique etiam ac servi,[i] patrono vel domi-

Postea patefactum prolatumque quod multorum secretis questibus abscondebatur. Quippe pessimum quemque incessebat audacia, nullo pœnæ metu contumelias et odium adversus probos incitandi, apprehensa effigie principis; et liberti quoque ac

NOTÆ

eodem modo auditus est, immo promto adulantium consensu; tacitus consensus illius exceptus est. Consentiebant invicem adulantes in Blæsum, ut Blæsus etiam molliter dissentiebat. Nec professus est, se acceptu rum provinciam, nisi postquam consensu patrum auditus atque impulsus est.

[g] *Deterrimo cuique*] Optimum quemque contumeliis afficiebant, imagine Cæsaris apprehensa. Nam eos lædere nemo sustinebat, cum ob legem majestatis vererentur homines, ne ea res a delatoribus eo detorqueretur, quasi imagini principis, seu principi ipsi illata contumelia esset.

[h] *Arrepta imagine Cæsaris*] Græci moris fuit, ad vim injuriamque arcendam, confugere ad templa, statuas, aras. Eo genere tutelæ frequenter supplices utebantur, frequentissime servi. *Lipsius.*

Imagine] Euripides: Ἔχει γὰρ καταφυγὴν θὴρ μὲν πέτραν, Δοῦλοι δὲ βωμοὺς Θεῶν: 'Quippe suffugium habet vipera lapidem Servi vero aras Deorum.' Servulus apud Plautum: 'Ego interim hanc aram occupabo.' Tibullus alludens: 'Et Veneris sanctæ considam victus ad aram.'

Et bene, *considam;* quia supplicum fuit sedere. Nec Diis modo is honos, sed etiam heroibus quibusdam; ut Theseo Athenis, Plutarchus: 'posita est ara in media urbe prope nunc gymnasium, et est perfugium servis et omnibus infirmioribus, et qui potentiores formidant.' Itemque Regibus; uti Decium Magium Cyrenas tempestate delatum, ad statuam Ptolemæi Regis confugisse Livius tradit l. XIII.

Romæ haud ita frequens ille mos; nec libera Rep. quicquam reperio, præter Romuli Asylum. Initium ei mori fuit a templo Julii Cæsaris, quod Triumviri exstruxere, cum hoc jure, ut perfugium in eo cunctis esset.

Dio l. XLVII. 'Edixere etiam Triumviri, ne quis, qui impunitatis causa in templum D. Julii confugisset, inde ejici vel abripi posset. Quod ante, ne Deo quidem cuiquam concessum, exceptis iis quæ ad Romuli Asylum pertinent.' Quæ postrema Dionis caute lege. Vereor enim ut erret. Nam præter Romuli Asylum, etiam Dianæ in Aventino monte templum idem jus habuit: quod clare notat Dionysius Halicarnas. IV. Antiq.

Sed sub Impp. tamen maxime invaluit: nec templa solum, sed statuæ eorum imaginesque passim perfugium servis. Seneca de Clementia l. I. 'Servis ad statuam licet confugere. Cum in servum omnia liceant, est aliquid quod in hominem licere, commune jus animantium vetat.'

Ulpianus in Pythœanis fragmentis: 'Ideoque cognosce de querelis illorum, qui ex familia Julii Sabini ad statuam confugerunt, et sive durius habiti quam æquum, vel infami injuria affectos cognoveris, venire

no cum voces, cum manus intentarent, ultro metuebantur. Igitur C. Cestius, Senator,[1] [j] disseruit: 'Principes quidem[2] instar Deorum esse: sed neque a Diis, nisi justas, supplicum preces audiri, neque quenquam in Capitolium[k] aliave urbis templa perfugere, ut eo subsidio ad flagitia utatur. Abolitas leges et funditus versas, ubi in foro,[l] in limine curiæ, ab Annia Rufilla, quam fraudis[m] sub judice damnavis-

famuli ipsi formidabantur ultro, cum patrono vel domino minas manusque intenderent. Itaque C. Cestius unus e Patribus censuit, principem quidem imaginem esse Deorum; sed neque a Diis ipsis exaudiri, nisi legitima supplicantium vota; et neminem in Capitolium confugere, aut alia civitatis delubra, ut eo patrocinio perfugioque ad scelera abutatur. Abrogatas leges et penitus eversas, postquam in foro, in vestibulo senatus, Annia Rufilla, quam falsi

1 Tentat Lipsius *senior*, vel *senatu*. Leviora quam ut a Ryckio ita diligenter confutentur. *Brotier.*—2 Mallet Heinsius *et quidem*. Nec bene, nec

NOTÆ

jube, ut in potestatem Sabini non revertantur.

Etiam ingenuis, injuria affectis. Sueton. in Aug. 'Antonium juvenem simulacro Divi Julii, ad quod post multas, et irritas preces confugerat, abreptum interemit.' In Tiberio de Agrippina: 'novissime calumniatus, modo ad statuam Augusti, modo ad exercitus confugere velle.' Resque eo evasit, ut non periculi solum fuga imago imperatoris esset, sed calumniæ occasio. Ea arrepta, inferre injuriam licebat, non solum vitare.

[i] *Libertique etiam ac servi*] L. II. D. De his qui sui juris sunt. Vox *ultro* maxime rem aggravat. Satis enim foret, nimiumque, si liberti et servi, etiam injuria lacessiti, metuendi essent: sed jam, *ultro*, hoc est, sponte, non lacessiti neque provocati metuebantur. *Freinsh.*

[j] *C. Cestius senator*] Sic l. I. 'Pius Aurelius senator questus.' Sic modicos senatores designat, et qui honorem alium adepti non essent.

Nec frustra sic vocatur Tacito, quia nempe jus id senatoris fuit, proferre 'loco sententiæ,' quicquid e repub. esse censeret: et pro jure suo, tanquam senator hanc nunc orationem habuit Cestius de impudentia Rufillæ.

[k] *Capitolium*] Mons Saturnius, postea Tarpeius, demum Capitolinus, alias Capitolium, fuit in octava regione Romæ antiquæ: hodie Campidoglio Italis, et Capitole Francis, in regione ab ipso dicta Campitello, et in parte fere media Romæ modernæ. In hoc monte sita fuerunt olim varia Deorum templa, præcipue vero Jovis Capitolini, &c. *Tillemonius.*

[l] *In foro*] Forum Romanum fuit inter montem Capitolinum et Palatinum, et in octava regione Romæ antiquæ, quæ ab ipso dicta, Forum Romanum: hodie pars illa Campi Vaccino, quæ est inter septentrionem et occidentem, in regionibus Campitelli et Ripa, inter Ecclesias vulgo dictas, Sancta Maria Liberatrice, Sant Adriano, arcum Septimii Severi, et circa Ecclesiam Santa Maria della Consolatione. Ex Roma Antic. Nardini l. v. c. 2. p. 215. et imaginibus seu planis Romæ modernæ Gregorii de Rossi et Joan. Faldæ. *Tillemonius.*

[m] *Quam fraudis*] Cum ipsi acciderit, ut convitiis incesseretur ab An-

set, probra sibi et minæ intendantur, neque ipse audeat jus experiri,[n] ob effigiem Imperatoris oppositam.' Haud dissimilia alii, et quidam atrociora circumstrepebant; precabanturque Drusum, 'daret ultionis exemplum,' donec accitam convictamque[3] [x] attineri publica custodia[o] jussit.

37. Et Considius Æquus, et Cœlius Cursor, Equites Rom. 'quod fictis majestatis criminibus Magium Cæcilianum, Prætorem, petivissent,' auctore Principe, ac decreto Senatus puniti. Utrumque in laudem Drusi trahebatur:

sub judice condemnasset, contumelias sibi et minaces voces intentet: neque ipse jure agere audeat, ob imaginem principis objectam. *Haud disparia alii et nonnulli graviora circumfremebant; rogabantque Drusum*, ut vindictæ proponeret exemplum: *donec accersitam compertamque sceleris, conjici in vincula jussit.*

Et Considius Æquus, et Cœlius Cursor, equites Romani, damnati sunt *referente principe, et decreto Patrum,* quod falsa majestatis crimina adversus Magium Cæcilianum prætorem supposuissent. *Utrumque flectebatur in gloriam*

male, sed inutiliter. *Brotier.*—3 Freinshemius pro *convictam*, malebat, *vinctam:* quod nulla iterum cognitione opus, quoniam scilicet fraudis jam ante convicta fuerat. Sed non convicta hic iterum fraudis, sed novi delicti perpetrati, probrorum scilicet et minarum quas Cestio intenderat; et illius maleficii ergo non addicta Cestio, ut alias factum fuisset, juxta nimirum leges, sed publico carceri adjudicata. *Ryckius.*

NOTÆ

nia Rufilla, quam in judicio fraudis convicisset. Neque tamen audeat uti jure suo, et judicatam, donec æstimationem litis solveret, abducere: quod ipsa imaginem principis opponat, tanquam scutum.

Fraudis] Vertit Harlæus *crimine falsi:* forte non damnaverat ipse ut judex, sed, ut a judicibus damnaretur, procuraverat.

[n] *Audeat jus experiri*] A glossa videtur, *jus. Experiri* enim, pro jure agere, frequentissimum priscis. *Lipsius.*

Audeat jus experiri] *Vinctam* quam *convictam* malui. Nec enim aut cognitione opus erat, aut, si fuisset, ille cognoscendi locus, illudve tempus habebatur. Sed ultio poscebatur, in damnata, et manifesto noxia. *Freinsh.*

Nolebat Cestius convinci illam fraudis, quippe eo nomine jam damnata erat. Sed voluit jus experiri, seu injuriarum agere; ideoque accita est a Druso, et a statua Cæsaris abrepta et convicta, publica custodia retenta est. Jam non agebatur de primo facinore, sed de novo crimine, injuriarum nempe, et probri in senatorem, quod senatus universus ultro vindicabat, ut crimen publicum.

[x] *Convictamque*] Quidam intelligunt de crimine, cujus jam damnata erat a Cestio. Sed duplex in ea fœmina crimen, nempe fraudis, dein contumeliarum in Cestium senatorem. Forte ob utrumque crimen, simul et pœnam in carcere retenta fuerit Rufilla.

[o] *Publica custodia*] Publicam custodiam, puto carcerem: discretamque a militari. *Lipsius.*

Publica custodia] Rei aut sibi ipsis,

'ab eo in urbe, inter cœtus[p] et sermones hominum, obversante, secreta patris mitigari:' neque luxus in juvene adeo displicebat: 'huc potius intenderet,[q] diem editionibus,[1] [r]

Drusi; arcanam patris tristitiam leniri ab illo conversante passim in civitate, in colloquiis, et ore hominum: *neque adeo ingrata erat luxuria in adolescente:* huc potius animum conferret, diem spectaculis celebrandis impenderet,

1 Beroaldus et alii veteres *ædificationibus.* Optime Lipsius et recentiores *editionibus.* Diem spectaculis, noctem conviviis trahebat Drusus. Quantum cruentatis etiam spectaculis gauderet animadvertit Tacitus supra Annal. I. 76. Vide et Dionem LVII. Porro sicut spectacula *editiones,* sic qui ea edebant *editores* appellabantur. Vide Vopiscum in Carino XXI. *Brotier.*

NOTÆ

aut fidejussoribus creduntur: iidem aut militibus committuntur, quæ 'militaris custodia' Cornelio, aut in carcerem recipiuntur, Ulpiano auctore. Hos 'in publica vincula conjici' Venuleius et Papinianus dixere.

Lex Julia de vi, 'in vinculis custodiave publica esse,' ut pro eodem accipiamus: *carcere, custodia publica, vinculis publicis attineri.* Alias *vinculorum* appellatio, vel publica vel privata *vincula* significat: *custodiæ* vero nomen, tantum custodiam publicam, auctore Saturnino D. de verborum significatione. *Vertranius.*

p *Inter cœtus*] Hic in urbe degens et in cœtibus hominum sermones audiens attendit et cognoscit, quid in quoque negotio decerni conducat: et patrem suum in secessu agentem, et ipsa solitudine ad tristiora pronum, consiliis suis in humaniorem sententiam flectit.

q *Huc potius intenderet*] Seneca de benef. VIII. 20. 'Si marmora et vestes desideravit, nihil oberit cuiquam id, quo luxuria ejus instruitur: militem et arma non suggeram, si pro magno petet munere artifices scenæ, et scorta et quæ feritatem ejus emolliant, libens offeram. Cui triremes et æratas non mitterem, lusorias et cubiculatas, et alia ludibria regum in mari lascivientium mittam.' Juvenalis Sat. 4. 'Atque utinam his potius nugis tota illa dedisset Tempora sævitiæ: claras quibus abstulit urbi Illustresque animas impune et vindice nullo.'

r *Diem editionibus*] *Editiones* proprie spectacula muneraque. *Editores,* qui ea præbent. Diem ergo trahebat Drusus editionibus, sive spectaculis: noctem, conviviis epulisque.

Notant utrumque id vitium in eo scriptores. Noster supra: 'Edendis gladiatoribus Drusus præsedit, quanquam vili sanguine nimis gaudens; quod vulgus formidolosum et pater arguisse dicebatur.'

Ubi vides describi studium ejus, non in gladiatores modo, sed et histriones, scenicosque. Dio: 'Pantomimis adeo deditus fuit, ut ad seditiones concitaret eos, neque legibus, quas Tiberius super iis tulerat, parere sineret.'

Iterum: 'Druso autem filio, cum petulantissimus et crudelissimus esset, (adeo ut gladii acutissimi, Drusiani ab eo vocentur) vehementer succensuit, eumque publice ac privatim sæpe objurgavit.'

Crudelis ergo Drusus, et ideo cruentis illis spectaculis gaudens: quæ sibi non in publico solum, ut opinor, sed sæpe domi repræsentabat et in hortis. De ebrietate ejus, vide eundem l. LVIII. *Lipsius.*

noctem conviviis traheret, quam solus, et nullis voluptatibus avocatus, mœstam vigilantiam et malas curas exerceret.' Non enim[s] Tiberius, non accusatores fatiscebant.

38. Et Ancharius Priscus Cæsium Cordum, Proconsulem Cretæ, postulaverat repetundis;[t] addito majestatis crimine, quod tum omnium accusationum complementum

noctem epulis *potius*, quam solus et nullis oblectamentis delinitus, tristem vigilantiam, et pravas curas mente agitaret. *Non enim Tiberius, non delatores flagitiis absistebant.*

Et Ancharius Priscus repetundarum arcessiverat Cæsium Cordum proconsulem Cretæ, adjuncto crimine majestatis, qui tum cumulus fuit omnium delationum.

NOTÆ

[s] *Non enim*] Hoc *enim* manifesto indicat προδιήγησιν ejus rei, quam statim erat explicaturus, natam ex verbis præmissis, 'quam malas curas exerceret;' videlicet ut parens ejus, cujus exempla statim subjiciuntur. Neque enim hic aliud narraturus est, quam quod intenderat involveratque iis verbis: 'non enim Tiberius, non accusatores fatiscebant.'

Jam igitur narrat per partes, quid illi, quid Tiberius egerint. Crebrum hoc nostro, et in primis decorum, ut primo veluti summam ejus rei, quam traditurus est, proponat, dein singula exequatur; sed attentum et memorem lectorem requirit.

Illustre exemplum in lib. h. I. 4. quod ad intellectum eorum, quæ dixi, disertius et explicatius tradam. Ait: 'finis Neronis ut lætus primo gaudentium impetu fuerat, ita varios motus animorum non modo in Urbe apud patres, aut populum, aut urbanum militem, sed omnes legiones ducesque conciverat.'

Id deinceps per membra exponit de Patribus quidem statim, 'Sed Patres læti:' de populo, ibidem, 'pars populi integra:' de milite urbano, h. I. 5. 'Miles urbanus.' Et hæc quidem usque ad initium capitis 8. Ubi iterum, quia longior excursus intervenerat, lectorem propositionis suæ admonet: 'Et hic quidem Romæ,' &c. habitus animorum fuit.

Statimque progreditur ad cetera de *legionibus ducibusque* tradenda; 'e provinciis Hispaniæ præerat Cluvius Rufus,' &c. quæ pertinent usque ad h. I. 11. Ubi rursus in memoriam revocat lectori jam evolutam esse omnem istam Syllepsin, atque summam instituendæ narrationis: 'Hic fuit rerum Romanarum status, cum Ser. Galba iterum, T. Vinius consules,' &c.

Idem familiare Suetonio, ut Calig. 25. 'Matrimonia contraxerit turpius, an dimiserit, an tenuerit;' ubi in subjecta narratione, quæ de Livia Orestilla memorat, ad *contrahendum matrimonium* spectant; quæ de Lollia Paulina, ad *dimittendum* præcipue: quæ de Cæsonia, ad *tenendum*. Hæc lectoris attentionem requirunt. *Freinsh.*

[t] *Repetundis*] Prodit Gellius lege XII. Tabul. scriptum esse, ut qui ob rem judicandam pecuniam accepisse convictus esset, capite puniretur: sed mirari subit, cur Cicero in oratione pro Cluentio *Repetundas* vocet, quas diversas fuisse nemo nescit, de quibus etiam propria lege quærebatur: cum de iis, quæ ob rem judicandam essent acceptæ, lege Cornelia de veneno, cognosceretur. Nisi, si pecuniæ *repetundæ* dicebantur, non eæ so-

erat.[u] Cæsar Antistium Veterem, e primoribus Macedoniæ,[1] absolutum adulterii, increpitis judicibus, ad dicendam majestatis causam retraxit,[v] ut turbidum, et Rhescuporidis consiliis permixtum,[w] qua tempestate, Cotye[2] interfecto,[x]

Tiberius Antistium Veterem e proceribus Macedoniæ, postquam culpam adulterii purgasset, objurgatis judicibus, revocavit ad diluendum crimen majestatis, tanquam turbulentum, et Rhescuporidis cœptis innexum, quo tempore, occiso fratre Cotye,

1 Conjiciebat Muretus, *e provincia Macedoniæ ;* Petavius, *e prætoribus Macedoniæ.* Nihil mutandum. Nomine quidem et origine Romana Antistius Vetus; at potuit degere in Macedonia, et inter primores haberi. Infra c. 41. dicetur, *de Galliarum primoribus*, et Annal. VI. 18. memoratur, *Laco e primoribus Achæorum.* Brotier.—2 Gronovius et Homerus *Cotye F. fratris;* Ryc-

NOTÆ

lum, quas provinciarum rectores contra leges accepissent, verum et illæ, quarum causa, qui ob judicandum eas cepissent, in judicium vocarentur. Quodam enim modo, cum adversus eos ageretur, judicio repeti pecunia videbatur. Ideo facilius crediderim, quia lege Julia de repetundis, non rectores modo provinciarum, sed eos etiam, qui pecunia corrupti aliquid in judicio vel commisissent vel omisissent, esse comprehensos jurisconsultorum libri demonstrant. Nec sane video quid intersit, utrum a sociis publico fungens munere, pecunias contra leges, an a civibus aliquis accipiat.

[u] *Complementum erat*] Plin. Paneg. 'Unicum crimen eorum, qui crimine vacabant.'

[v] *Ad dicendam majestatis causam retraxit*] Mos in vetere rep. fuit, quo in aliquam invidiam aut crimen vocati, sua voce respondendum haberent, ut ait auctor Dialogi de Oratoribus. Quod prius Græcis vetustissimis usitatum comperio, ex Pausaniæ Atticis; cum, Halirrhotio occiso, Mars Athenis causam dixerit, eo ipso loco, qui exinde Areopagi nomen habuit.

Sic olim jam Romæ T. Manlio indictæ causæ dictio et filii opera remissa legitur. Livii VII. Unde est quod idem ait: 'Nihil tam æquandæ libertatis esse, quam potentissimum quemque posse dicere causam.'

Item apud Tranquillum Tiberius 'præfectum alæ, de vi et rapinis reum, causam in senatu dicere coëgit:' et alibi, 'citati ad causam dicendam.'

Ideoque Seneca Declamat. VI. 5. sic habet; 'omnia legitime peracta sunt: accusator suo loco dixit, reus suo respondit.' Quare quod ita moris esset, supra Cornelius scripsit: 'Piso relatus domum, tanquam defensionem in posterum meditaretur.'

Et hoc loco Antistium veterem ad causam dicendam a Tiberio coactum. Et supra l. IV. 'Lucilius Capito, reus ipse causam dixit:' et infra l. XV. 'Ubi ad dicendam causam introissent, lætatum erga conjuratos.' *Vertranius.*

[w] *Rhescuporidis consiliis permixtum*] *Consilia* sunt institutum, propositum, decretum cujusque. *Consiliis permixti* non præcise, qui consilia subministrant, sed omnino idem institutum spe, voto, ope, opera promoverunt: etiamsi consilium nunquam suggesserint. *Freinsh.*

[x] *Cotye interfecto*] Minime hercle fratre, sed, Tacito ipsi si fides, *fratris*

bellum adversus nos volverat.[y] Igitur 'aqua et igni interdictum reo,' appositumque, 'ut teneretur insula, neque Macedoniæ neque Thraciæ opportuna.'[z] Nam Thracia, diviso imperio in Rhœmetalcen[a] et liberos Cotyis, quis ob infantiam tutor erat Trebellienus Rufus, insolentia nostri[b] discors agebat; neque minus Rhœmetalcen, quam Trebellienum, incusans, popularium injurias[c] inultas sinere. Cœ-

bellum contra nos agitaverat. Igitur aqua et igni reus arcetur, *adjectumque* ut clauderetur insula, neque Macedoniæ neque Thraciæ commoda. *Quippe Thracia, distributo regno in Rhœmetalcen et filios Cotyis, quibus ob pueritiam tutor erat Trebellienus Rufus, insueta ac inscia imperii nostri dissentiebat; nec minus insimulabat Rhœmetalcen quam Trebellienum, quod illatas popularibus, id est, Thracibus injurias non ulciscerentur, sed impunitas eas relinquerent. Cœlaletæ Odru-*

kius *Cotye fratre*, sed in margine *fratris filio;* cui hanc notulam subjungit: Assentior Mureto pro *fratre* legenti *fratris filio:* quod cum per notas, FR. F. scriptum esset, a librariis in τὸ *fratre* mutatum. Nisi enim hoc sequamur,

NOTÆ

filio. Ita enim l. II. scriptum: 'Omnem eam nationem Rhœmetalces tenuerat, quo defuncto Augustus partem Thracum Rhescuporidi fratri ejus, partem filio Cotyi permisit.' Et Velleius: 'Qua ille prudentia Rascupolim interfectorem fratris sui filii Cotyis evocavit.' Quin humani ergo aliquid Tacitus hic passus sit, nemo negaverit. *Lipsius.*

Cotye] Cum ille, Cotye fratre suo, an fratris filio, interfecto, bellum adversus Romanos meditaretur. *Freinshemius.*

[y] *Volverat*] A volvo: sic l. I. hist. 'bellum volvebat.'

[z] *Opportuna*] Unde nec in Macedoniam nec in Thraciam commoda navigatio esset.

[a] *In Rhœmetalcen*] Defuncto Rhœmetalce Thracia divisa est inter Rhescuporim fratrem ejus, et inter filium Cotyn. Hunc interfecit Rhescuporis, qui postea Romam adductus, et damnatus est: Thracia divisa inter Rhœmetalcem filium, et liberos Cotyis.

[b] *Insolentia nostri*] Et H. III. 53. 'obsequii insolens:' hoc est, non assuetus parere.

Insolentia nostri] Est qui vertat *insolentia*, seu injuria nostri militis. Sed injuriæ et contumeliæ in socios non solius militis sunt. Immo quandoque innocenter agit miles, dum legati et magistratus sæviunt, et depeculantur provincias.

'Insolentia nostri,' id est, quia inscii et impatientes erant nostræ dominationis, nondum virgas, secures, et tributa ferre didicerant. Quamvis haberent reges, non tamen adductum imperium patiebantur, ut neque fere septentrionales barbari: 'discors agebat' Thracia, non inter se, sed in Romanos regemque; id est, seditiose agebat.

Insolentia nostri] Quia Romanis parere non consueverat; sic apud Sueton. Tib. 'quasi ab impatientibus Romæ dominii, &c. accipi volebat.'

[c] *Popularium injurias*] Ipsa Thracia discors perinde utrumque incusabat, quod illi popularium suorum, id est,

letæ[3] [d] Odrusæque[4] [e] et Dii,[5] [f] validæ nationes, arma cepere, ducibus diversis,[g] et paribus inter se per ignobilitatem:[h] quæ causa fuit, ne in bellum atrox coalescerent: pars turbant præsentia, alii montem Hæmum[i] transgrediuntur, ut remotos populos concirent: plurimi ac maxime compositi, Re-

sæque et Dii, præpollentes populi, bellum suscepere, diversis ducibus et similibus invicem per obscuritatem loci; quod in causa fuit, cur in grave bellum non convalescerent; alii commovent loca præsentia seu regionem suam, alii juga Hæmi transiliunt, ut longinquas nationes excitarent; multi ac maxime ordinati obsidione cin-

statuendum Tacitum sibi contra dicere, Supra enim II. 64. 3. Rhescuporidem Rhœmetalcis fratrem, *Cotyn* Rhœmetalcis filium facit. *Ryckius. Fratre* Gronov.—3 Libri omnes editi, *Cœlaletæ.* Corrupte, ut recte animadvertit eruditus Harduinus. Cœletas enim appellant Livius, XXXVIII. 40. et Plinius, IV. 11. Ptolemæus quoque, III. 2. Κοιλητικὴν στρατηγίαν, præfecturam Cœleticam memorat. *Brotier.*—4 Brotier et Homerus *Odrysæ;* et ille quidem sic rem exponit: 'In vulgatis libris, *Odrusæ.* At Plinius ceterique, *Odrysas* nominant.'—5 In libris editis, *et alii.* Inepte; sed facili librariorum aut lectorum errore. Antiquitus enim scriptum, *et Dii.* Qui Mss. codices versant, norunt, quam facile irrepserit, *et alii.* Dios illos, suis legibus viventes et ensiferos, quorum pars maxima Rhodopen incolebat, memorat Thucydides, II. 96. Παρεκάλει δὲ καὶ τῶν ὀρεινῶν Θρακῶν πολλοὺς τῶν αὐτονόμων, καὶ μαχαιρο-

NOTÆ

Thracum, injurias inultas sinerent.

[d] *Cœletæ*] Populi e Cœletica præfectura Thraciæ regionis, circa Hebrum et Melam amnes: ex Ptolemæo et Ortelio. *Tillemon.*

[e] *Odrusæ*] Vel Odrysæ, populi Thraciæ regionis intus, et circa Hebrum fluvium: ex Ortelio. *Tillemon.*

[f] *Et Dii*] Varie legunt: *Alii,* etiam *Secalii,* et *Astii. Dii* Thraces montani sunt. Sed quidni scripserit Tacitus 'Cœlaletæ, Odrusæque et aliæ,' nempe Thraciæ, 'validæ nationes?' an debuit Tacitus omnes Thraciæ gentes nominatim tradere? si quid tamen mutas, repone *Dii* cum Lipsio.

[g] *Ducibus diversis*] Diversi, non quia diversa sentirent, præsertim quoad summam belli; sed quia multi erant, et perinde ignobiles, nec satis in commune consulebant, quod illis exitio fuit. Ut in commune consulerent saluti patriæ, uno rectore opus fuit, non diversis factionum capitibus: et quod pejus fuit, duces ignobiles loco erant, at bella fama et auctoritate constant.

Diversis] Diversis ducibus electis, qui cum ex æquo ignobiles essent, nec cujusquam auctoritas alios præmineret, æmulatione contemtuque mutuo effectum est, ne tantæ molis bellum exoriretur, &c. Nunc autem aliis alio tendentibus, quidam proxima et vicina loca incursant vastantque, alii Hæmum montem transeunt, &c.

[h] *Per ignobilitatem*] Ne accipias, quasi virtute, armis, famaque belli ignobiles essent: intellige obscuros loco fuisse tantum. Forte tantum clari per seditionem et miscere turbas periti, ut fit, concitata plebe.

[i] *Hæmum*] Is mons Thraciæ et Mœsiæ regionum, hodie Monte Argentaro, vel de Costegnas et Balkan Turcis, est in Macedonia, Romania,

gem urbemque Philippopolim,[j] a Macedone[6] Philippo sitam, circumsidunt.

39. Quæ ubi cognita P. Velleio,[k] (is proximum exercitum præsidebat) alarios equites ac leves cohortium[l] mittit in eos,[m] qui prædabundi, aut assumendis auxiliis, vagabantur. Ipse robur peditum ad exsolvendum obsidium ducit. Simulque cuncta prospere acta: cæsis populatoribus, et dissensione orta apud obsidentes, Regisque opportuna eruptione, et adventu legionis: neque aciem aut prælium dici decuerit, in quo semermes ac palantes trucidati sunt, sine nostro sanguine.

gunt regem, et urbem Philippopolim structam a Philippo Macedonum rege.

Quæ postquam comperta sunt P. Velleio (is proximis copiis præerat) auxiliarem equitem et expeditos cohortium adversus eos immittit, qui populationibus intenti, aut asciscendis auxiliis, palabantur. Ipse lectos pedites ducit ad solvendam obsidionem. Simulque omnia feliciter gesta, profligatis prædatoribus, et seditione orta inter obsidentes; cumque rex etiam erupisset in tempore, advenissetque simul legio: neque pugnam aut discrimen appellari convenerit, in quo fere inermes ac vagi obtruncati sunt sine nostro cruore.

φόρων, οἱ Δῖοι καλοῦνται, τὴν 'Ροδόπην οἱ πλεῖστοι οἰκοῦντες. *Brotier.*—6 Frustra Freinshemius, *Macedoni Philippo.* Brotier.

NOTÆ

et Bulgaria, provinciis imperii Turcici Europæi. *Tillemon.*

[j] *Philippopolim*] Philippopolis, urbs Thraciæ regionis ad Hebrum fluvium, hodie nomen retinet; urbs Romaniæ provinciæ ad Marizam fluvium, in Turcico imperio Europæo. *Tillemon.*

Philippopolim] Quam Philippus Alexandri Magni pater condiderat.

[k] *P. Velleio*] Sunt qui illum velint esse, cujus Breviarium historiæ in manu: serium, doctum quantumvis opus, sed plenum adulationis fœdissimæ, cujus me pudet; nec abnuerim, quin ille sit. Meruit servitio tam projecto evehi ad res magnas: quanquam modicus originis, ut ipse fateri videtur, et diu tantum tribunus militum; postea præfectus Tib. Cæsaris per novem annos aut legatus, ait ipse l. II. Prænomen tamen illi in vulgatis libris est, Caius: nec id moveor. Nam Priscianus l. VI. eundem Marcum appellat: noster hic Publium. Quam confundi illa soleant, doctus scio. *Lipsius.*

[l] *Leves cohortium*] Non proprie *levis armaturæ*, ut vertunt, sed hæ auxiliarium cohortes, quæ loco *levium* priscæ militiæ successerant; non tamen proprie *leves* erant, quamvis distinctæ essent ordine armisque a legionariis. Per *leves*, intellige expeditos (*leves* veterum exoleverant). Tacit. 'nihil validum in exercitibus, nisi quod externum:' et lib. hist. octo cohortes Batavorum legionem quartamdecimam provocant, cujus auxiliares erant.

[m] *Mittit in eos*] Mittit qui partim

40. Eodem anno Galliarum civitates ob magnitudinem æris alieni rebellionem cœptavere: cujus exstimulator acerrimus, inter Treveros[n] Julius Florus, apud Æduos[o] Julius Sacrovir: nobilitas ambobus et majorum bona facta,[1] eoque Romana civitas[p] olim data, cum id rarum,[q] nec nisi virtuti pretium esset. Ii secretis colloquiis, ferocissimo quoque assumto, aut quibus ob egestatem ac metum ex flagitiis maxima peccandi necessitudo, componunt, Florus Belgas,[r]

Eodem anno urbes Galliarum defectionem agitavere, ob gravitatem immensi fœnoris: hujus belli *concitor vehementissimus apud Treveros Julius Florus, inter Æduos Julius Sacrovir; claritudo utrique et patrum merita, ideoque jus civitatis olim eis tributum, cum id infrequens, nec nisi fortitudini præmium esset. Illi occultis sermonibus promtissimo quoque ascito, vel quibus ob pauperiem ac formidinem ex sceleribus maxima delinquendi necessitas* erat, *constituunt, Florus Belgas, Sacro-*

1 Rhenanus frustra conjicit, *bene facta.* Brotier.

NOTÆ

illos qui præsentia turbabant, partim illos qui trans Hæmum socios cœptis quærebant, adorirentur.

[n] *Treveros*] *Treveri*, populi Belgicæ primæ, ad Mosellam et Rhenum amnes in Gallia, hodie Archiepiscopatus Trevirensis, vel pars ducatus Luxemburgensis, Luxembourg, aliquid Electoratus Coloniensis, partes Electoratus Trevirensis, Treves, et Palatinatus Rheni, et aliquid Lotharingiæ, &c. in circulis Burgundiæ et Rheni superioris et inferioris. Ex Chartis Sansonis. *Tillemonius.*

[o] *Æduos*] Ædui, populi Lugdunensis primæ, ad Ararim fluvium, in Celtica seu Lugdunensi Galliæ regione, hodie Episcopatus Autun, vel pars major et meridionalis ducatus Burgundiæ, partesque provinciarum Bresse, Beaujolois, Bourbonnois, et Nivernois, in regno Franciæ. *Tillemonius.*

[p] *Romana civitas*] Qui jus civitatis Rom. adepti erant, etiam tum cum raro, nec nisi virtuti concederetur, puto, vetere Rep. florente; cum se fratres Romanorum appellarent: serius Julio Cæs. parante, vel faciente bellum in Galliis, forte etiam et sub Augusto, qui raro talia, nec nisi meritissimis donabat.

[q] *Cum id rarum*] Proceres Gallorum Germanorumque civitate Rom. donati, et etiam in equestre fastigium assumti, in quibus Arminius Germaniæ vindex, et decus: et Italus, qui mox rex Cheruscorum ex Urbe arcitus. Verum etiam Parthi ipsi nobiles, si quando transfugerent ad Romanos. Tac. VI. 37. 'Ornospades, &c. exul quondam et Tiberio, cum Dalmaticum bellum conficeret, haud inglorius auxiliator, eoque civitate Rom. donatus.'

[r] *Belgas*] Belgæ populi Belgicæ; Belgica vero fuit regio Galliæ Comatæ ad mare Britannicum; hodie pars septentrionalis regni Franciæ, omnis Belgica Regia, vulgo les Pays Bas Catholiques, pars meridionalis Belgii Fœderati, seu les Provinces Unies, cum regionibus quibusdam Imperii Allemaniæ, citra et ad Rhenum flu-

Sacrovir propiores Gallos concire. Igitur per conciliabula et cœtus[s] seditiosa disserebant, 'de continuatione tributorum, gravitate fœnoris,[t] sævitia ac superbia præsidentium:' et 'discordare militem, audito Germanici exitio: egregium resumendæ libertati tempus, si ipsi florentes,[u] quam inops

vir citeriores Gallos concitare. Itaque per concilia et conventus turbida disserebant, de perpetuo onere vectigalium, magnitudine æris alieni, immanitate et arrogantia præfectorum; *et* dissentire legiones, nuntiata Germanici morte; opportunam recuperandæ libertatis datam occasionem, si ipsi affluentes opi-

NOTÆ

vium, &c. Vide Chartas Sansonis, Galliæ antiquæ, et regni Franciæ. *Tillemonius.*

[s] *Per conciliabula et cœtus*] Scio quidem nunc vulgo ita loqui etiam doctos homines, ut *conciliabula* dicant per contemtum, quantumvis magna et frequentia concilia: sed ubi quis veterum ita locutus sit, etiamnum quæro.

Romanis vicorum aut oppidulorum, quæ jus nundinarum haberent, numero erant, ut cum *fora et conciliabula* jungunt. Extra hæc *conciliabulum*, haud dubie concilium minus, aut minus frequens est.

Nec *conciliabula*, et cœtus aliter dicuntur quam *concilia et cœtus*. Cicero in Somn. Scip. 'concilia cœtusque hominum jure sociati.' Item, 'in illud divinum animorum concilium cœtumque proficiscar.'

De Finibus l. II. 'opiniones, quæ apud populum, quæ in omni cœtu concilioque proferendæ sunt.' Idem pro domo: 'quoniam plebi quoque urbanæ majores nostri conventicula et quasi concilia quædam esse voluerunt.'

Non magis apud Tacitum *conciliabula* vel per contemtum, vel tantummodo de clandestinis his dicuntur, quam Ciceroni *conventicula*. Sed nec *concilii* tam honesta appellatio est, ut non et interdum de clandestinis cœtibus usurpetur.

In Tacito igitur ut non excludo congressus quoque secretos, ita expressum censeo id ipsum, quod Florus ait de Vercingentorige: 'ille festis diebus et comitialibus, cum frequentissimos in lucis haberet, ferocibus dictis ad jus pristinum libertatis erexit.'

Sed tempus Florus, loca Tacitus designat. Per minora et majora populorum concilia, per vicos et oppida mercatuum aut sacrorum tempore, per loca, et tempora, ubi quibusque magno aut aliquo numero coire ipsis inter se licebat. *Gronovius.*

[t] *Gravitate fœnoris*] Ita hoc habet: provinciales et oppida, cum tributis gravibus premerentur, aliisque extra ordinem oneribus, pecuniam mutuam capiebant a divitibus illis Romanis, idque grandi fœnore. Unde hæc querela, et in Cicerone exempla jam tunc sunt; et Dio scribit, 'Senecam causam rebellioni Britannicæ, sub Nerone, dedisse, quod quadringenties HSS. grandi fœnore creditum, subito universum repetiisset.' *Lipsius.*

Fœnoris] Cum civitates Galliarum nimiis oneribus tributisque premerentur, fœnori accipiebant pecuniam ab ipsis Romanis opulentioribus; hinc malum immensum, nam quotidie crescit et rebellandi materies, spe exactores fœneratoresque importunos excutiendi.

[u] *Si ipsi florentes*] Si cogitarent,

Italia, quam imbellis urbana plebes, nihil validum in exercitibus, nisi quod externum, cogitarent.'

41. Haud ferme ulla civitas intacta seminibus ejus motus fuit: sed erupere primi Andecavi[v] ac Turonii:[w] quorum Andecavos Acilius Aviola,[x] Legatus, excita cohorte, quæ Lugduni[y] præsidium agitabat, coërcuit. Turonii legionario milite,[z] quem Visellius Varro,[a] inferioris Germaniæ[b] Lega-

bus reputarent, quam egena Italia, quam belli inscia vernacula multitudo, nihil firmum in castris Rom. nisi quod extraneum esset.

Nulla fere provincia illibata aut immunis seminibus hujus belli fuit; sed exarsere primi Andes ac Turonenses: ex quibus Andes compressit Acilius Aviola præfectus, evocata cohorte, quæ Lugduni præsidio erat. Turonenses debellati a legionariis copiis, quas Visellius Varro, qui inferiorem Germaniam curabat, immiserat ductu

NOTÆ

quantopere armis virisque floreant Galliæ, nempe si sibi relinquantur, si libertas semel restituta sit, si virgæ, et secures, tributaque amoveantur.

Florentes] Si ubertatem regionis et opes spectarent, nimirum si eas præbere Romanis desinerent, si sibi divitias suas retinerent, si hostes sudore et sanguine suo pascere semel dediscerent.

[v] *Andecavi*] Vel Andegavi, populi Lugdunensis Tertiæ ad Ligerim fluvium, in Celtica sive Lugdunensi regione, hodie Episcopatus Angers; vel Anjou, provincia fere integra, in regno Franciæ versus occidentem. *Tillemonius.*

[w] *Turonii*] Vel Turones, populi Lugdunensis Tertiæ, &c. ad Ligerim fluvium, hodie diœcesis archiepiscopatus Tours, vel Touraine, provincia fere integra, in regno Franciæ versus medium et occidentem. *Tillemonius.*

[x] *Acilius Aviola*] Hic ille ipse, quem Plinius insigni exemplo elatum in rogo revixisse tradidit: et quia subveniri non potuit, vivum exustum. Nam quod Onufrius aliique ad illum Acilium referunt, qui consul extremus Claudio: desinant licet erroris, manifestus ἀναχρονισμὸς est.

Nam ecce Valerius (quem scripsisse omnes scimus Tiberio imperante) I. 8. eandem historiam recensuit. Quomodo autem ille operi suo inseruerit, quod post Claudium gestum? *Lips.* Non potuit uri vivus tempore Tiberii, simul et ævo Claudii.

Legatus] Non legatus legionis, sed provinciæ: nulla enim legio in Gallia, cujus is legatus esset, sed cohortes tantum certis locis dispositæ erant. Custodiebantur Galliæ iisdem legionibus, quæ arcebant barbaros apud Rhenum. Infra hoc lib. adducuntur hinc legiones ad profligandum bellum Æduorum, seu Sacroviri.

[y] *Lugduni*] Lugdunum urbs Segusianorum populorum ad Ararim et Rhodanum amnes, in Lugdunensi Prima, Celticæ seu Lugdunensis regionis provincia; hodie Lyon, urbs primaria provinciæ Lyonnois, in parte orientali et meridionali regni Franciæ. *Tillemonius.*

[z] *Legionario milite*] Ne intelligas legionem aliquam integram, sed vexillarios legionum, seu cohortes expeditas, quæ ad necessitates et ministeria belli urgentia raptim ducebantur.

[a] *Visellius Varro*] Nominatur in lapide Romæ. L. VISELLIUS. C. F. VARRO CURATOR. RIPAR. ET ALVEI. TIBERIS. Hicne, an alius?

[b] *Inferioris Germaniæ*] Hæc pro-

tus, miserat, oppressi, eodem Aviola duce, et quibusdam Galliarum primoribus; qui tulere auxilium, quo dissimularent defectionem, magisque in tempore efferrent: spectatus et Sacrovir, intecto capite, pugnam pro Romanis ciens,[c] 'ostentandæ,' ut ferebat, 'virtutis:' sed captivi, 'ne incesseretur telis, agnoscendum se præbuisse,' arguebant. Consultus super eo Tiberius, aspernatus est indicium, aluitque dubitatione[1] [d] bellum.

42. Interim Florus insistere destinatis, pellicere alam equitum,[e] quæ, conscripta Treveris, militia[f] disciplinaque

ejusdem Aviolæ, et ope quorundam e Galliarum proceribus, qui auxilio fuere, quo rebellionem suam *velarent, magisque pro occasione erumperent. Conspectus etiam Sacrovir aperto capite prælium pro Romanis incitans,* exhibendæ, *ut jactabat,* fortitudinis gratia: *sed captivi incusabant,* ne armis peteretur, sic conspicuum se præstitisse. *Interrogatus de eo* motu, *Tiberius sprevit nuntium, fovitque cunctatione et mora rebellionem.*

Interea Florus urgere cœpta, solicitare alam equitum, quæ delecta apud Tre-

1 Male Heinsius, *dilatione.* Brotier.

NOTÆ

vincia Belgicæ regionis in Gallia; hodie pars meridionalis Belgii Fœderati, seu Provinciarum Unitarum, omnis ducatus Cliviæ, pars Electoratus Coloniensis, integri ducatus Juliacensis et Limburgi, omnisque Episcopatus Leodiensis, seu Lyege, pars ducatus Luxemburgi, et comitatus Hannoniæ seu Hainaut, omnis comitatus Namurci, pars ducatus Brabantii et Geldriæ, et aliquid comitatus Flandriæ, in circulis Burgundiæ, Westphaliæ, et Rheni inferioris: ex Chartis Sansonis. *Tillemonius.*

[c] *Pugnam pro Romanis ciens*] Hoc est, pugnans, nota phrasi, non provocans: licet autem, ut dixi, *pugnam ciere*, idem videatur quod pugnare, subtilis quædam inest diversitas: ob quæ isto etiam sermonis genere voluit uti Tacitus, in homine, de quo non poterat dici cum serio depugnavisse, sed tantum ostentavisse operam. *Freinsh.*

Forte ciebat, incitabat, impellebatque prælium, magis in speciem, quam serio pugnaret. Sed cum hoc Tacitus dicat, non est mens illius temere extendenda.

[d] *Aluitque dubitatione*] Bellum quod in ipso exordio sublatis factionum capitibus extinguere potuisset, aluit, dum dubitaret quid optimum factu esset, et sic seditiosi ad ulteriores turbas spatium animosque ceperunt.

[e] *Alam equitum*] Alam, quæ militia, armaturaque Rom. exercebatur, ad occidendos negotiatores nostros inducebat, ut equites hoc scelere imbueret, et minore spe veniæ, velut sacramento, ad bellum sumendum pertraheret.

[f] *Militia*] Sic barbari auxiliares, qui nova ea militia sub principibus, in locum sociorum asciti, instituebantur militia Rom. et in id præficiebatur ipsis centurio vetus militiæ disciplinæque. Vide Tac. infra.

nostra habebatur, ut, cæsis negotiatoribus Romanis, bellum inciperet: paucique equitum corrupti; plures in officio mansere. Aliud vulgus obæratorum[g] aut clientium[h] arma cepit: petebantque saltus, quibus nomen *Arduenna*,[i] cum legiones utroque ab exercitu, quas Visellius et C. Silius adversis itineribus[j] objecerant, arcuerunt: præmissusque cum delecta manu Julius Indus, e civitate eadem, discors Floro, et ob id navandæ operæ avidior, inconditam multitudinem adhuc disjecit. Florus incertis latebris victores frustratus, postremo, visis militibus,[1] qui effugia insederant, sua manu cecidit. Isque Treverici[k] tumultus finis.

veros, nostro more militiaque Rom. exercebatur, ut interfectis mercatoribus Rom. bellum cœptaret: et nonnulli equites pellecti, plures in obsequio perstitere. Alia multitudo debitorum aut clientium bellum capessiit, tendebantque in sylvas quas vocant Arduenna, *cum legiones ab utrisque castris* excitæ, *quas Visellius et C. Silius per vias diversas opposuerant, eos* saltibus *prohibuerunt. Et præire jussus cum expedito firmoque agmine Julius Indus ejusdem civitatis, infensus Floro, ideoque ad ministeria belli acrior ac promtior, tumultuarium et inconditum vulgus exterruit. Florus incognitis effugiis cum victores elusisset, demum conspectis militibus, qui latebras occupaverant, sibi ipse mortem intulit. Isque exitus fuit Treverici motus.*

1 Perperam Heinsius, *obvius militibus*. Brotier.

NOTÆ

g *Vulgus obæratorum*] More Galliæ. Vide Cæsarem, commentar. I.

h *Aut clientium*] Germ. versio alibi etiam *clientes* accipit pro subditis, quales hodie dynastis atque nobilibus parere solent. Sed *clientes*, qui apud Romanos habiti sint, notum est.

Gallica versio quam potuit optime, *Vassaux;* quippe licet non plane iidem sint, horum tamen conditio proxime videtur accedere ad clientelam: unde etiam originem accepisse non immerito videntur. Licet non ignorem, quæ de feudorum initiis diversa sentientium sit varietas. *Freinsh.*

i *Arduenna*] Saltus vel sylva Belgicæ Primæ et Secundæ, atque Germaniæ inferioris, provinciarum Belgicæ regionis, in Gallia: hodie Ardenne, in comitatu Hannoniæ, seu Hainaut, Episcopatu Leodiensi, Lyege, et ducatu Luxemburgico, in Belgica Regia: ex Chartis Sansonis. *Tillemonius.*

j *Adversis itineribus*] Dum in itinere erant, ex utroque exercitu, eo qui inferiori, atque eo qui superiori Germ. præsidebat, a Visellio Varrone et C. Silio legatis missæ sunt legiones, quæ ab utraque parte, contrariis itineribus incedentes, juxta sylvam istam se conjunxerunt, et advenientes Treveros e loco, quem capere destinaverant, absterruerunt.

k *Treverici*] Augusta Treverorum, vel Treveri, urbs Treverorum populorum, in Belgica Prima, Belgicæ regionis provincia: hodie Trier Allemannis, et Treves Francis, urbs Electoratus cognominis in circulo Rheni inferioris. *Tillemonius.*

43. Apud Æduos major moles exorta, quanto civitas opulentior,[l] et comprimendi procul præsidium. Augustodunum,[m] caput gentis, armatis cohortibus Sacrovir occupaverat, et nobilissimam Galliarum sobolem,[n] liberalibus studiis ibi operatam,[1] [o] ut eo pignore[p] parentes propinquosque eorum adjungeret, simul arma, occulte fabricata, juventuti dispertit. Quadraginta millia fuere, quinta[q] sui parte legio-

Apud Augustodunum major motus excitus, quanto erat *civitas potentior, et longe* aberat *miles quo coërceretur. Sacrovir insederat Augustodunum, metropolim provinciæ,* cum *armatis cohortibus, et illustrissimam Galliarum juventutem ibi literis operam navantem retinebat ; ut eo pignore parentes et affines eorum ad se alliceret, simulque tela secreto parata juvenibus distribuit. Quadraginta millia extitere,*

1 Pessime Beroaldus, *occupaverat nobilissimarum Galliarum sobolem liberalibus studiis sibi operatam.* Optime Lipsius, *occupaverat, et nobilissimam Galliarum sobolem liberalibus studiis ibi operatam.* Male Heinsius, *nobilissima Galliarum sobole . . . . operata.* Tricatur Boxhornius, cum emendat, *operantem.*

NOTÆ

[l] *Quanto civitas opulentior*] Hirtius, ad finem librorum de bello Gallico, ait Æduorum inter Gallos summam esse auctoritatem : idem Cæsar l. VI.

[m] *Augustodunum*] Urbs Æduorum populorum, in Lugdunensi prima, Celticæ seu Lugdunensis regionis provincia : hodie Autun, urbs tractus Autunois, in ducatu Burgundiæ, et in regno Franciæ. *Tillemon.*

[n] *Galliarum sobolem*] Cato Censor, II. Originum : ‘ Pleraque Gallia res duas industriosissime persequitur ; rem militarem, et argute loqui.’ Strabo lib. IV. de Gallis ait, eos mercede collata præceptores alere, qui sapientiam profiteantur, et φιλέλληνας nominat, *Græcorum studiosos*, quos imitabantur, pretioque sibi vinciebant et aureis catenis.

D. Hieronym. ad Rust. monach. epistola 4. ‘ Post studia Galliarum, quæ vel florentissima sunt, misit Romam, non parcens sumtibus, et absentiam filii spe sustinens futurorum, ut ubertatem Gallici nitoremque sermonis gravitas Romana condiret.’

[o] *Operatam*] Livius lib. IV. ‘ Rem familiarem saltem acquiescere eo tempore, quo corpus addictum atque operatum reipub. esset.’ Plinius XXVI. 2. ‘ Sedere in scholis operatos.’

[p] *Eo pignore*] Barbaro more, sibi oppignoraverat juventutem, Musis operam navantem : quod a nostris jurisconsultis damnatur, præcipue apud Bartolum, in tractatu de Repræsaliis.

Legi tamen apud Monstreletium, Ludovicum XI. regem Francorum, nobiliores exterarum nationum adolescentes, Parisiis, Navarrico Gymnasio literis operam dantes, pro pignore cepisse. Quod semel factum, semper improbatum est. Et ita, me pro Juribus regiis patrocinante, fuit judicatum a Senatu Parisiensi. *Aurelius.*

[q] *Quinta*] Quorum circiter octo millia, in modum legionariorum instructa armis erant.

nariis armis; ceteri cum venabulis et cultris, quæque alia venantibus tela sunt: adduntur e servitiis gladiaturæ destinati, quibus, more gentico,[r] continuum ferri tegimen, *cruppellarios*[2] vocant,[s] inferendis ictibus inhabiles, accipiendis impenetrabiles. Augebantur hæ copiæ, vicinarum civitatum, ut nondum aperta[t] consensione, ita viritim promtis studiis,[u] et certamine Ducum Romanorum, quos inter am-

quorum *quinta pars legionariis armis instructa fuit, reliqui cum spiculis et cultellis, quæque alia venatoribus arma sunt: adjunguntur e familiis et ergastulis* homines *gladiatura exerciti, quibus ritu nationis inducitur continui ferri lorica* (Cruppellarios *appellant*) *infligendis vulneribus inepti, recipiendis impervii. Illæ copiæ, ut nondum manifesta conspiratione finitimarum nationum crescebant, ita singulorum prono favore, et æmulatione ducum Rom. firmabantur, inter quos certabatur, ambo-*

Brotier.—2 Incassum tentat Lipsius, *clibanarios*. Brotier.

NOTÆ

[r] *More gentico*] Sic etiam l. v. hist. 'Quorum Sceptuchi utrinque donis acceptis, more gentico diversa induere.' De Sarmatis loquitur.

[s] *Cruppellarios vocant*] Non alibi ea vox mihi lecta. Hæsi, ne *Clibanarios* scribendum esset. Nazarius in Laudatione Constantini: 'quæ enim illa fuisse dicitur species: quam atrox visu: quam formidolosa! operimento ferri equi atque homines pariter obsepti. Clibanariis in exercitu nomen est: superne omnibus tectis equorum pectoribus demissa lorica, et crurum tenus pendens, sine impedimento gressus, a noxa vulneris vindicabat.'

Ammianus l. XVI. 'Sparsique cataphracti equites, quos Clibanarios dictitant.' Iterumque: 'Norant enim licet prudentem ex equo bellatorem cum Clibanario nostro congressum, tegminibus ferreis abscondito bellatori nocere non posse.'

Vocem peregrinam et Persicam esse, suadeor Lampridii verbis in Severo: 'Centum millia equitum eorum fudimus Cataphractarios, quos illi Clibanarios vocant.' Alioqui non incommode a Græco κλίβανος deduxeris, quod σκεῦος τι σιδηροῦν, ἐφ' ᾧ τοὺς ἄρτους ὀπτοῦσι, 'vas quoddam ferreum in quo panes coquunt,' definit Moschopulus.

Et Clibanus apud Leonem Imp. passim, pro thorace quo pectus tegitur. At hic tamen nihil mutem: et fortasse Crupellarii pedites fuerunt, non equites. *Lips.*

Cataphracti vox Græca, *Clibanarii* Persica vel etiam Græca, *Crupellarii* vox Gallica: quid mirum? quemadmodum *alauda* et *becco*. *Crupellarii* hi pedites, et gladiatores, sicque diversi a *cataphractis*, seu *clibanariis*. Crupellariis 'continuum ferri tegimen,' unde 'inferendis ictibus inhabiles;' non item *clibanarii*.

[t] *Ut nondum aperta*] Licet nondum publico consilio defectorum causæ se adjungerent, tamen non prohibebant, quo minus privatim viritimque multi ad eos confluerent.

[u] *Viritim promtis studiis*] Tacitus intelligit, publico consilio nulla ipsis missa fuisse auxilia a vicinis civitatibus, sed multos, pro se quemque, ad

bigebatur; utroque bellum sibi poscente. Mox Varro, invalidus senecta, vigenti Silio concessit.

44. At Romæ, 'non Treveros modo et Æduos, sed quatuor et sexaginta[v] Galliarum civitates descivisse: assumtos in societatem Germanos: dubias[w] Hispanias:' cuncta, ut mos famæ, in majus credita. Optimus quisque, Reipubl. cura, mœrebat: multi odio præsentium, et cupidine mutationis, suis quoque periculis lætabantur: increpabantque Tiberium, 'quod, in tanto rerum motu, libellis accusatorum insumeret operam. An Julium Sacrovirum majestatis crimine reum in Senatu fore? extitisse tandem viros, qui cruentas epistolas[x] armis cohiberent: miseram pacem vel bello

bus hoc bellum sibi postulantibus: dein Varro, exacta jam ætate imbellis, florenti Silio cessit.

At in urbe percrebuit, non Treveros solum et Æduos, sed quatuor et sexaginta Galliarum gentes rebellasse, ascitos in societatem Germanos, ambiguas Hispanias; *omnia, pro more famæ, in deterius accepta. Honestissimus quisque Reip. studio indolebat; plerique tædio præsentium, et rerum novarum desiderio, suis etiam discriminibus gaudebant: et incusabant Tiberium,* quod in tanta rerum perturbatione, codicillis delatorum curam et tempus abuteretur. An Julium Sacrovirum majestatis postulatum iri apud Patres? emersisse demum homines, qui sanguineos libellos gladiis comprimerent: infelicem pacem bene,

NOTÆ

eos confluxisse privato studio. Livius IV. 31. 'cum tamen nullam publici consilii societatem movissent, voluntarios undique ad spem prædæ asciverunt.' *Freinsh.*

[v] *Quatuor et sexaginta*] In certas gentes videntur Galliam divisisse. Strabo l. IV. Lugduni aram Augusto exstructam ait, a communi Galliæ, cum inscriptione novem gentium. Quod in nummis etiam M. Antonii legimus, LUGDUNI. A. XL. potius ad gentium numerum retulerim, quam, ut alii, ad annorum coloniæ conditæ. Appianus in Celtico ampliore numero *ἔθνη τετρακόσια*, gentes 400. in Galliis ponit, *πόλεις ὑπὲρ ὀκτακοσίας*, super 800. urbes. *Lipsius.*

Quatuor et sexaginta] Hoc est, universas Galliæ civitates; tot enim fuisse intelliguntur. Sic apud Liv. IV. 23. 'Duæ civitates, legatis circa duos et viginti populos missis:' universus Etruriæ populorum numerus comprehensus est, non pars excepta.

Sic apud Cicer. de nat. Deor. II. 37. 'Unius et viginti formæ literarum.' Discrimen id adjectione articuli, vulgaribus linguis explicare facile est.

[w] *Dubias*] Hispanias etiam nutare et dubitare, utrum ipsis se adjungere, an in officio manere debeant.

[x] *Cruentas epistolas*] Itaque Cornelius Tacitus inquit, quod cum Tiberius libellis accusatorum frequentem insumeret operam, repertos tandem viros, Florum scilicet et Sacrovirum, qui bellum intentantes, 'cruentas epistolas armis cohiberent.'

Id est, Tiberium averterent a rescriptis pœnalibus, quibus, ob fre-

bene mutari.' Tanto impensius in securitatem compositus, neque loco,[y] neque vultu mutato, sed, ut solitum, per illos dies egit: altitudine animi, an compererat modica esse et vulgatis leviora.

45. Interim Silius, cum legionibus duabus incedens, præmissa auxiliari manu, vastat Sequanorum[z] pagos, qui finium extremi, et Æduis[a] contermini sociique, in armis erant. Mox Augustodunum petit propero agmine, certantibus inter se signiferis,[b] fremente etiam gregario milite:

vel in bellum converti. *Eo intentius in tranquillitatem animi compositus, neque loco aut facie commotus, sed, ut consueverat, per illud tempus agitavit, sive magnitudine animi; sive* quia *resciverat levia hæc esse, et sparsis in vulgus minora.*

Interea Silius cum duabus legionibus iter faciens, præmisso agmine sociorum, exscindit agros Sequanorum, qui regionis hujus ultimi, et Æduis finitimi, fœderatique in eorum partibus militabant. Exin Augustodunum se confert citato incessu, contendentibus invicem signiferis, simul fremente manipulario milite; ne solitam

NOTÆ

quens crimen læsæ majestatis, modo huic modo illi attributum, libellis trucibus et sanguinolentis decretis respondebat; hoc est, quibus pœna sanguinis reis accusatis infligebatur. *Donatus.*

Qui cruentas] Qui sanguinolentas epistolas, quibus absens clarorum virorum condemnationes imperabat, armis reprimere auderent.

[y] *Neque loco*] Neque enim velut rebus in urbe componendis sedandisve Romam profectus est, &c. non excessit loco in quo degebat.

Neque loco] Nempe Campania: de more ejus Sueton. Tib. 38. 'Biennio continuo post adeptum imperium pedem porta non extulit: sequenti tempore, præter quam in propinqua oppida et cum longissime Antio tenus nusquam abfuit.' Sic et 'oppressa conjuratione Sejani, nihilo securior aut constantior per novem proximos menses non egressus est villa quæ vocatur Jovis.' Sueton. Tib. 66. Hinc conjiciunt viri docti duodecim villas Caprearum fuisse XII. Deorum nominibus appellatas. Sed ex Tacito, Dione, aut Sueton. nihil tale evincas.

[z] *Sequanorum*] *Sequani*, populi Lugdunensis, quintæ seu Maximæ Sequanorum, provinciæ Celticæ vel Lugdunensis regionis: hodie diœcesis archiepiscopatus Besançon, vel fere omnis comitatus Burgundiæ, seu la Franche Comté, fuit pars meridionalis circuli Burgundiæ in Allemaniæ Imperio, Regi Catholico etiam paruit; nunc vero Rex Franciæ hanc provinciam tenet. *Tillemon.*

Sequanorum] Proxima Æduis ea regio quam Ducatum Burgundiæ nunc appellamus; sed hi forte et alios ulteriores Sequanos, nempe Comitatus incolas, ad se trahebant.

[a] *Æduis*] Ædui populi Galliæ Celticæ, quorum regio Burgundia ducatus, a Sequanis populis alterius Burgundiæ, Arari fluvio divisi.

[b] *Certantibus inter se signiferis*] *Certare*, non est, *rixari*, sed ipso facto, cum aliis contendere, studiumque et operam suam præ aliis approbare. *Freinsh.*

'ne suetam requiem, ne spatia noctium opperiretur; viderent modo adversos et aspicerentur: id satis ad victoriam.' Duodecimum apud lapidem Sacrovir copiæque patentibus locis apparuere: in fronte statuerat ferratos, in cornibus cohortes,[c] a tergo semermos. Ipse inter primores[d] equo insigni[e] adire, memorare 'veteres Gallorum glorias,[f] quæque Romanis adversa intulissent: quam decora victoribus libertas: quanto intolerantior[1] servitus iterum victis.'[g]

46. Non diu hæc,[h] nec apud lætos: etenim propinquabat legionum acies; inconditique ac militiæ nescii oppidani

quietem, ne intervalla noctium expectaret; intuerentur tantummodo hostes, et viderentur: id sufficere ad vincendum. *Ad duodecimum milliare, Sacrovir et copiæ ejus in apertis locis animadversæ: in prima acie disposuerat Cruppellarios, utroque cornu cohortes; in postremo agmine semermes. Ipse inter proceres, equo conspicuus volitare per aciem, celebrare* antiqua Gallorum decora, quasque Romanis clades importassent: quam gloriosa vincentibus libertas foret, et quanto gravius servitium iterum debellatis.

Haud diu ista dixit, *nec apud hilares: quippe adventabat legionum agmen; tumultuariique ac belli ignari urbicolæ neque aspectu neque auditu satis sui com-*

1 Illustr. Huetius emendabat, *tanto.* At acrior vividiorque oratio, si *quanto* retineatur. Mallet Grotius, *intoleratior*, ut infra Annal. XII. 11. *toleratior:* verum hic etiam in Ms. Reg. *tolerantior.* Brotier.

NOTÆ

c *In cornibus cohortes*] Cohortes illæ *legionariis armis* instructæ, et haud dubie eadem militia disciplinaque institutæ ac exercitæ: nempe, cum jam pridem Galli in castris Rom. auxiliares meruissent.

d *Inter primores*] Inter proceres præcipuosque duces partium.

e *Insigni*] Virg. x. 'Cernis ut insultent Rutuli, Turnusque feratur Per medios insignis equis.'

f *Gallorum glorias*] Sallust. bell. Jug. 'Per idem tempus adversum Gallos ab ducibus nostris Q. Cæpione et M. Manlio male pugnatum: quo metu Italia omnis contremuerat. Illique et inde usque ad nostram memoriam Romani sic habuere: alia omnia virtuti suæ prona esse; cum Gallis pro salute, non pro gloria certari.' Liv. lib. VIII. de Gallis: 'Non me præterit (milites) omnium, quæ Asiam colunt, gentium, Gallos fama belli præstare: inter mitissimum genus hominum ferox natio pervagata bello prope orbem terrarum sedem cepit.'

g *Quanto intolerantior servitus iterum victis*] A. Gellius XIX. 7. inter ea quæ notat ex Nævio: 'item curis *intolerantibus*, pro *intolerandis.*' Et hinc, 'intolerantia morum Tiberii,' qui scilicet ferri nequirent, Suetonio c. 51. *Gronovius.*

h *Non diu hæc*] Hæc breviter monuit, neque enim longius spatium concedebat appropinquans legionum acies: quæ res in causa fuit, cur minus alacribus animis verba ejus acciperentur.

neque oculis[i] neque auribus satis competebant. Contra Silius, etsi præsumta spes hortandi causas exemerat, clamitabat tamen: 'Pudendum ipsis, quod Germaniarum victores adversum Gallos, tanquam in hostem, ducerentur: una nuper cohors rebellem Turonium,[j] una ala Treverum, paucæ hujus ipsius exercitus turmæ profligavere Sequanos: quanto pecunia dites et voluptatibus opulentos, tanto magis imbelles Æduos evincite, et fugientibus consulite.'[1][k] Ingens

potes erant. Contra Silius, quamvis præcepta vindicandi *spes, incitandi militis causas ademerat: clamans tamen admonebat*, turpe et indecorum ipsis, quod Germaniarum victores, pugnare cogerentur contra Gallos, velut in justos hostes. Proxime una cohors desciscentem Turonium, una ala Treveros fudit fugavitque, haud multæ hujus istius exercitus turmæ stravere ac debellavere Sequanos: vos profligate Æduos, qui quo magis opibus et deliciis affluentes, tanto magis invalidi sunt, et terga dantibus simul insilite. *Immanis ad hæc*

1 Τὸ *consilire*, cum vix Latinum, aut, si sit, analogia dictet significare, *simul salire*, convenire huic loco nullo modo potest. Hinc in hujus vocabuli explicatione torserunt se Interpretes. Sed Nicolaus Heinsius, cujus memoria ita me nunc recreat, ut fovebat olim amicitia, docuit me scribendum *consulite*, idque explicandum ex Cæsaris jussu in acie Pharsalica, quo suos manus abstinere a fugientibus voluit, apud Lucanum VII. 318. 'Ne cædere quisquam Hostis terga velit: civis, qui fugerit, esto.' Alius vir doctus pariter vidit *consulite* legendum, sed explicat, Trepidos et tantum non jam fugientes exuite, detractisque armis et insignibus militaribus leviores et fugæ paratiores

NOTÆ

[i] *Neque oculis*] Competere. Sall. Frag. l. I. 'Sic vero quasi formidine attonitus, neque animo, neque auribus, aut lingua *competere*.' Nonius: 'competere, rei cujusque meminisse, aut constanter valere.'

[j] *Rebellem Turonium*] Itane *Turonium*, an verius Andecavum? ipse quidem paulo ante narravit: 'Andecavos Acilius Aviola, excita cohorte quæ Lugduni præsidium agitabat, coërcuit: Turonii, legionario milite, quem Visellius Varro miserat, oppressi.' *Lipsius.*

Turonium] Puto, confundit Turonios et Andegavos, qui modico agmine compressi sunt, et ibi inter concionandum, rem verbis amplificat, ut audaciam suis addat, et terrorem aliis. Et certe legionario milite compressi Turonii, quæ una tantum cohors fuit; sed electissimo quoque, et robore militum firmata; non enim tota legio affuit.

Ibi Gallos Gallis opponit, seu comparat; nec satis accurate distinguit inter Turonios et Andegavos. Minutias non exequitur Tac. et in re certe viribus aut opibus parum differebant Turonii et Andegavi. Sic sæpe Tac. magis attendit ad sensum quam ad verba.

[k] *Fugientibus consulite*] Vulgo legitur *consilite;* et sic video Freinshemium interpretari: 'ite, vincite, aut potius sponte jam fugientes cursu sequimini.' Sed quem auctorem apud alium invenire est *consilire*, pro, cursu

ad ea clamor: et circumfudit eques, frontemque pedites invasere: nec cunctatum apud latera: paulum moræ attulere ferrati, restantibus laminis adversum pila et gladios: sed miles, correptis securibus et dolabris, ut si murum perrumperet, cædere tegmina et corpora: quidam trudibus aut furcis inertem molem prosternere; jacentesque,[l] nullo ad resurgendum nisu, quasi exanimes linquebantur. Sacrovir primo Augustodunum, dein metu deditionis[m] in villam pro-

vociferatio: et circumivit equitatus, et a fronte pedites incurrere: nec dubitatum in cornibus: paulum reluctati sunt Cruppellarii, resistentibus loricis adversus hastas et enses: sed legionarius, raptis bipennibus et dolabris, quasi mœnia perfringeret, scindere et secare laminas simul cum corporibus: nonnulli vectibus aut furcis ignavum pondus proruere; prostratique nullo ad se erigendum conatu, velut exangues omittebantur. Sacrovir primo se confert Augustodunum, exin pavore, ne tradere-

reddite. *Ryckius.* In veteribus omnibus editionibus, *consilite*, quod explicabat Freinshemius, *fugientes cursu sequimini.* Optime Heinsius, *consulite*, id est, *parcite.* Annal. XI. 36. et XIV. 38. Frigide, nec Corneliane Gronovius, qui ait ita consulendum, ut Gallis detrahantur arma, sicque leviores sint ac fugæ paratiores. Illustr. Huetius emendabat, *et fugientes concidite.* Minime probabiliter. Virtutis enim Romanæ erat vincere: clementiæ oppidanis inconditis, militiæ nesciis, et fugientibus consulere ac parcere. Infra c. 52.

NOTÆ

sequi? aut quem apud omnino *consilire?*

Nam et quod Muretus addit ex Livio, fucatum; est enim l. XXIV. c. 28. ubi nihil melius quam omnium codicum *consulere;* et quod afferunt ex nostro VI. 36. non stat bono talo; legendum enim *occultos consilii*, ut Acidalius et Freinshemius viderunt.

Quid si legamus: *et fugientibus consulite*, id est, trepidos et tantum non jam fugientes exuite, detractisque armis et insignibus militaribus, leviores et fugæ paratiores reddite. *Gronovius.*

Et fugientibus consilite] Scripsit *consulite:* et id Silii longe subtilius et acrius ad incitandum suos; quasi diceret, Non est opus pugna adversus dites populos et imbelles; tantum erumpite et statim fugient, sed *fugientibus consulite.*

Quippe sunt dites et se magno pretio rediment. Sunt cives Rom. sunt fratres, idcirco *parcite civibus* et fratribus cum fugerint; certe parati sunt ultro et proni ad fugam capessendam.

[l] *Jacentesque*] Qui enim ita prostrati erant, quia ob gravitatem tegminum nullo nisu resurgere poterant, pro cæsis et profligatis habebantur.

[m] *Metu deditionis*] Verba Taciti magis de Sacroviri deditione, quam urbis, accipienda sunt. Nam hoc metuendum habent omnes duces victi.

Sic in Appiani Punicis: 'Annibal refugit in oppidum, nominatum Thon: ubi cognovit Bruttiorum Hispanorumque multos equites eodem e clade fugisse. Metuens igitur Hispanos, ut Barbaros temerarios, Bruttios vero, ut Italos Scipionis conterraneos, ne, quo facilius veniam erratorum et

pinquam cum fidissimis pergit. Illic sua manu, reliqui mutuis ictibus occidere: incensa[2] super villa,[n] omnes cremavit.[o]

47. Tum demum Tiberius, ortum patratumque bellum, Senatui scripsit: neque demsit aut addidit vero; sed 'fide ac virtute Legatos, se consiliis superfuisse.'[p] Simul causas, cur non ipse, non Drusus profecti ad id bellum forent, adjunxit, 'magnitudinem imperii' extollens; 'neque decorum Principibus,[q] si una alterave civitas turbet, omissa urbe,[1] [r] unde in omnia regimen: nunc, quia non metu duca-

tur hostibus ipse, in proximum prædium cum fidelissimis abit. Illic sua dextra, ceteri mutuis vulneribus occubuere, et cremata super eos *domus omnes combussit.*

Tum tandem Tiberius nuntiavit Patribus simul inceptum confectumque bellum; nilque ademit aut adjecit veritati; sed constantia ac fortitudine legatos, se prudentia superasse: *etiam rationes addidit, cur non ipse neque Drusus eam expeditionem suscepissent, et* majestatem atque amplitudinem imperii *celebrabat;* neque id honestum principibus, si una aut altera gens tumultuetur, relicta civitate, unde in cuncta manat imperium, statim exire aut expedire: nunc

Beroaldus quoque edidit, *dissimilatis*, pro *dissimulatis*. Brotier.—2 Ms. Flor. et editiones veteres, *ingressa*. Optime Rhenanus et recentiores, *incensa*. Male Jac. Gronovius, *ingesta*. Brotier.

1 Emendat Freinshemius, *omisisse urbem*. Heinsius, *omissam urbem*. Verius vel intelligendum vel omissum *ire* aut *proficisci*. Brotier.

NOTÆ

actæ contra Italiam militiæ consequerentur, Scipioni ipsum dederent,' &c. Similia idem de Cn. Pompeio filio. *Freinsh.*

Metu deditionis] Metuens ne ab oppidanis traderetur, in villam proximam contendit.

[n] *Incensa super villa*] Alius castellum, alius vicum reddit: neuter male. Nam et villas in castellorum speciem exædificari solitas scimus; et casis circum eas exstructis, vicos enatos. *Freinsh.*

[o] *Omnes cremavit*] Ignibus, quos ante mortem injecerant villæ, omnes combusti sunt.

[p] *Se consiliis superfuisse*] Vide Gellium I. 22. Noct. Atticar. *Muretus.*

[q] *Neque decorum principibus*] Nam in minoribus bellis, principi, ut Claudianus ait, 'Vindictam mandasse sat est.' Et ipsa Roma huic rei apud eundem vatem, 'Medium non deserit unquam Cœli Phœbus iter, radiis tamen omnia lustrat.' *Lipsius.*

[r] *Omissa urbe*] Nihil deest: sic intellige: Neque decorum principibus, si una alterave civitas turbet, omissa urbe; nempe, proficisci ad bellum. Quod facile suppletur ex verbis præcedentibus et seq. 'cur non ipse, non Drusus profecti ad id bellum forent.' Et mox 'iturum.' Sic multa apud Tac. suppleri debent, vel ex sensu ipso per mentem, vel ex præcedentibus, vel subsequentibus.

tur, iturum,[s] ut præsentia spectaret componeretque.' Decrevere Patres vota pro reditu ejus[t] supplicationesque,[u] et alia decora. Solus Dolabella Cornelius, dum anteire ceteros parat, absurdam in adulationem[v] progressus, censuit, 'ut ovans e Campania urbem introiret.' Igitur secutæ[w] Cæsaris literæ, quibus 'se non tam vacuum gloria prædicabat, ut, post ferocissimas gentes perdomitas, tot receptos

cum nullo timore impellatur, profecturum, ut res præsentes ipse videret constitueretque. *Statuere Patres vota pro regressu ejus, precesque, et alios honores. Unus Dolabella Cornelius, dum præcellere alios cogitat, fœdam in assentationem lapsus, statuit,* ut Tiberius ovans e Campania civitatem iniret. *Itaque allatæ mox Tiberii epistolæ, quis* se non adeo destitutum decore jactabat, ut post fortissimas nationes devictas, tot habitos in adolescentia aut contemtos trium-

NOTÆ

[s] *Nunc, quia non metu ducatur, iturum*] Sueton. Tib. 39. 'Antio tenus nusquam abfuit: idque perraro et paucos dies, quamvis provincias quoque et exercitus revisurum se sæpe pronuntiasset, et prope quotannis profectionem præpararet: vehiculis comprehensis, commeatibus per municipia et colonias dispositis.'

[t] *Pro reditu ejus*] Num, quia dixit se iturum in provincias, ideo vota pro reditu ejus decernunt? quod tamen ridiculum et ineptum, cum nondum profectus esset. Puto, quia tum aberat ab Urbe, per adulationem, Patres decernunt vota pro reditu ejus, et supplicationes simul etiam ob victoriam; illuc fert sententia Dolabellæ, qui 'censuit, ut ovans e Campania Urbem iniret.'

[u] *Supplicationesque*] Utque ad pulvinaria Deorum supplicationes haberentur: quod olim decus par fere triumpho fuit.

[v] *Absurdam in adulationem*] Neque tum incivile fuit adulari: neque novum, in adulatione modum excedere: neque turpiter aut inhoneste adulari insolitum. Nihil itaque horum per 'absurdam adulationem' designare voluit Tacitus.

Sed, ut res et Tiberii subjecta verba docent, inepta atque rudis, tempori personæque cui dabatur disconveniens erat ea adulatio, non modo, quia contra omnem morem erat, sed multo magis, quia inferior majestate senis principis, et propius a contumelia ejus, quam honore. *Freinsh.*

[w] *Igitur secutæ*] Igitur cum decreta senatus principi significata essent, rescripsit Cæsar. *Freinsh.* Non decreta hæc aut senatusconsulta proprie fuere, sed *consensus senatus;* cum enim censuisset Dolabella, ut ovans urbem iniret, id perscripsere Tiberio, simul et aliorum Patrum sententias; et in illa decora omnia Cæsari tribuenda consentiebat senatus, si ea accipere vellet.

Sed respuit nimiam adulationem Dolabellæ Tiberius, et approbat vota et supplicationes, ut alii Patres censuerant. Itaque hæc, et similia, sæpe nondum senatusconsulta erant, nisi cum princeps approbasset, sed consules consensum senatus principi mittebant, fœdo obsequio patientiaque projecta.

in juventa aut spretos triumphos,[o] jam senior peregrinationis suburbanæ inane præmium peteret.'

48. Sub idem tempus, 'ut mors Sulpicii Quirini publicis exequiis frequentaretur,' petivit a Senatu. Nihil ad veterem et patriciam Sulpiciorum[x] familiam Quirinus pertinuit, ortus apud municipium Lanuvium:[y] sed impiger militiæ, et acribus ministeriis, Consulatum[z] sub D. Augusto, mox,

phos, jam ætate provectior profectionis suburbanæ vanum decus ambiret. *Eadem tempestate postulavit a Patribus*, ut funus Sulpicii Quirinii publica pompa celebraretur. *Priscæ et senatoriæ Sulpiciorum genti nequaquam conjunctus Quirinius fuit, natus apud Lanuvium municipium; sed acer belli, et promtus opera navanda*, obtinuit *consulatum D. Augusto principe*; *dein excisis in Cilicia*

NOTÆ

[o] *Triumphos*] Suet. Tib. 9. 'Ducto ad orientem exercitu, regnum Armeniæ Tigrani restituit, ac pro tribunali diadema imposuit. Recepit et signa quæ M. Crasso ademerant Parthi. Post hæc comatam Galliam anno fere rexit,' &c.

'Exhinc Rhæticum Vindelicumque bellum, inde Pannonicum, inde Germanicum gessit. Rhætico atque Vindelico, gentes Alpinas; Pannonico, Breucos et Dalmatas subegit: Germanico,' &c.: 'quas ob res et ovans et curru urbem ingressus est.'

Mox 'nunciata Illyrici defectione, transiit ad curam novi belli, &c. toto Illyrico, quod inter Italiam regnumque Noricum et Thraciam et Macedoniam, interque Danubium flumen et sinum maris Adriatici patet, perdomito, &c. triumphus ei decretus est, quem distulit ipse, mœsta civitate clade Variana; Urbem nihilominus prætextatus et laurea coronatus intravit,' &c.

Dein 'repetita Germania rem prospere gessit; unde post biennium regressus, triumphum quem distulerat egit, prosequentibus etiam legatis, quibus triumphalia ornamenta impetrarat;' teste eod. Sueton.

[x] *Sulpiciorum*] Sulpiciorum alii patricii, alii plebeii fuere; patricii Galbæ, Rufi vero plebeii, qui tamen consulatus, dictaturas, censuram et triumphos obtinuere; præsertim e Quirinis, quæ et familia Sulpiciorum fuit, duo Publii consules fuere anno 712. et 741.

Sic et Sulpicii Galbæ: nam Sueton. de principe Galba: 'haud dubie nobilissimus magnaque et vetere prosapia: ut qui statuarum titulis pronepotem Q. Catuli Capitolini semper ascripserit: Imperator vero etiam stemma in atrio proposuerit, quo paternam originem ad Jovem: maternam ad Pasiphaëm, Minois uxorem, referret.'

[y] *Lanuvium*] Urbs Latinorum populorum, in Latio provincia Italiæ: hodie Civita Lavina, vel Civita della Vigna, urbecula Campaniæ Romanæ ad meridiem et versus urbeculam Ariccia, in statu Ecclesiastico. *Tillemonius.*

[z] *Consulatum*] Consul fuit anno Urbis DCCXLII. cum M. Valerio Messala. Quirinius a Dione, Josepho, Tacito constanter appellatur: ut mirer quod maluerit Onufrius, Quirinus. *Lipsius.*

expugnatis per Ciliciam[a] Homonadensium castellis,[b] insignia triumphi adeptus; datusque rector[c] C. Cæsari, Armeniam obtinenti, Tiberium quoque, Rhodi agentem, coluerat: quod tunc patefecit in Senatu:[d] laudatis in se officiis,[x] et incusato 'M. Lollio,'[1e] quem, 'auctorem C. Cæsari pra-

propugnaculis Homonadensium, ornamenta triumphi assecutus est: appositusque rector C. Cæsari Armeniam curanti, officiis demeruerat Tiberium, etiam Rhodi commorantem. Quod tunc promsit apud Patres, celebratis in se meritis illius, et objurgato M. Lollio *quem* consultorem C. Cæsari improbitatis et dissensionum

1 Pessime Beroaldus aliique veteres, *M. Folio.* Optime Lipsius ex Suetonio emendavit, *M. Lollio.* Brotier.

NOTÆ

[a] *Mox expugnatis per Ciliciam*] Tangit historiam solus, quod sciam, Strabo lib. XII. 'Homonadenses autem Quirinius fame expugnavit, quatuor millia virorum cepit, et in vicinas urbes distribuit, regione spoliata omni juventute.'

At idem is etiam in Africa gessit, si Floro accredam, aut certe veteribus ejus libris. Nam libri ultimi cap. ultimo, legitur: 'Marmaridas atque Garamantas Furnio subigendos dedit:' alter meus scriptus codex, *Curinio,* alter *Quirinio* refert, et puto, recte. *Lipsius.*

[b] *Homonadensium castellis*] De quibus Plinius v. 27. 'Simili modo omnibus, qui eadem composuere, ignorata est illi contermina (Ciliciæ scilicet) gens Homonadum, quoniam intus oppidum Homona. Cetera castella quadraginta quatuor, inter asperas cautes et convalles latent.

Homonadensium] Ii populi Pisidiæ provinciæ, ad montem Taurum, et circa Cestrum fluvium, in Asia minore peninsula: ex charta Gulielmi Sanson. *Tillemon.*

[c] *Datusque rector*] Diu etiam post, in Syriam missus ad census describendos. De qua re multa Josephus XVIII. 1. 11. et seq. Et mentio ejus apud Lucam in historia sacra.

Rector] Virg. VIII. 'Hunc tibi præterea spes et solatia nostri Pallanta adjungam, sub te tolerare magistro, Militiam, et grave Martis opus,' &c.

[d] *In senatu*] Non coram, sed per literas; morabatur enim adhuc in Campania, ut antecedentia, quæque sequuntur, evincunt.

[x] *Officiis*] Putat vir doctus Quirinum coluisse Tiberium per literas tantum: sed certe eodem modo coluit eum Quirinus quo 'datus rector C. Cæsari;' nempe eum coluit Rhodi præsens, cum in orientem transiret. De hoc agitur.

[e] *Incusato M. Lollio*] Suetonius: 'Namque privignum Caium Orienti præpositum, cum visendi gratia trajecisset Samum, alieniorem sibi sensit ex criminationibus M. Lollii comitis et rectoris ejus.'

M. Lollio] Qui non abs re invehebatur in Tiberium, cujus flagitia et libidines jam Rhodi infames, et cujus nimiæ spes a Livia provectæ, quæ vera noverca respectu Caii Cæsaris, quem et forte occidit ipsa. Sed neque Lollius ipse a flagitiis intactus, qui spoliavit orientem gemmis ceterisque opibus.

Illum incusavit apud Caium ipse filius regis Parthorum, multaque ad-

vitatis et discordiarum,'[f] arguebat: sed ceteris haud læta memoria Quirini erat, ob intenta, ut memoravi, Lepidæ pericula, sordidamque et præpotentem senectam.[g]

49. Fine anni, C. Lutorium Priscum,[1] Equitem Romanum, post celebre carmen, quo Germanici suprema defleverat,[h] pecunia donatum a Cæsare, corripuit delator,[i] objectans, 'ægro Druso[j] composuisse, quod, si extinctus foret,

incusabat: verum aliis haud grata memoria Quirinii fuit, propter structa, ut retuli, Lepidæ discrimina, turpemque et præpollentem senectutem.

Sub exitum anni accusator invasit C. Lutorium Priscum, equitem Rom. qui post insigne carmen, quo Germanici mortem celebraverat, liberalitate principis exornatus erat; objiciebat delator ægrotanti Druso id conscripsisse; ut, *nempe,* si interi-

1 Corrupte in veteribus editionibus, *Clutorium Priscum.* Bene Lipsius, *C. Lutorium.* A Dione, LVII. p. 616. Γάϊος Λουτώριος Πρίσκος, ἱππεὺς, ἄλλως τε μέγα ἐπὶ ποιήσει φρονῶν, *C. Lutorius Priscus, eques, et magni nominis poëta,* appellatur. *Brotier.*

NOTÆ

monuit de ejus sceleribus, et satis incertum, quo mortis genere mox perierit. Sicque hoc loco nunc se ipse absolvit pro jure suo Tiberius.

[f] *Pravitatis et discordiarum*] Sic Livius: 'pravitas consulum discordiaque inter ipsos.' IV. 26.

Pravitatis] Quod idem est ac *improbitatis,* quæ etiam pertinacia seu pervicacia in rixando dici potest, quasi sui libiti et sensi nimis tenax fuisset; unde pravitas et discordia perpetua.

[g] *Sordidamque et præpotentem senectam*] Explicant tantum de divitiis: sed pertinet etiam ad ea, quæ ope illarum efficere poterat, si vellet. Cujus rei documentum dedit in Lepida, de qua supra III. 22. Etiam et quæ voto et spe illarum a captatoribus obtinendarum, facere potuit: quippe ea spes et aviditas multos illiciebat amicos, quos tamen sæpe vivax senex 'frustratur hiantes,' non sine irrisu.

Præpotentem senectam] Quod Lepida oppressa sit a Quirino, qui præpotens fuerit, hoc tribuit Suetonius avaritiæ Tiberii, qui hunc orbum senem captabat, ut testamento illius opes invaderet.

[h] *Defleverat*] Tum eum morem receptum fuisse patet ex Sueton. Tib. LXX. 'Composuit et carmen lyricum, cujus est titulus, Conquestio de L. Cæsaris morte.'

[i] *Corripuit delator*] Impietatis, ut qui carmine composito mortem Drusi speravisset. Curtius l. x. 'Rex cognita causa, pronuntiavit, ab accusatoribus unum et id maximum crimen esse præteritum, desperationem salutis suæ: nunquam enim talia ausuros, qui ipsum ex India sospitem aut optassent reverti, aut credidissent reversurum.'

[j] *Ægro Druso*] Forte ægrotaverat Drusus, cum nondum periisset Germanicus, aut circa ea tempora. Sed interveniente morte Germanici, et convalescente Druso, funus deflevit Germanici. Non in eo crimen Lutorii, quod majus præmium sperasset ex Druso, præcise; sed quod in ægri Drusi mortem composuisset carmen, et sic mortem ejus exoptasse videretur.

Quod salutem principum et Reip.

majore præmio vulgaretur.' Id C. Lutorius in domo P. Petronii, socru ejus Vitellia[k] coram, multisque illustribus fœminis, per vaniloquentiam legerat.[l] Ut delator extitit, ceteris ad dicendum testimonium exterritis,[m] sola Vitellia, 'nihil se audivisse,' asseveravit: sed arguentibus ad perniciem plus fidei[n] fuit. Sententiaque Haterii Agrippæ, Consulis designati, indictum reo ultimum supplicium.

50. Contra M.[1] Lepidus in hunc modum exorsus est:

isset Drusus, majore pretio publicaretur. *Illud* carmen *recitaverat C. Lutorius, per ostentationem ingenii, in ædibus P. Petronii, coram Vitellia socru illius, plurimisque claris mulieribus. Ut emersit accusator, reliquis ad ferendum testimonium metu excitis, una Vitellia* nihil sibi auditum *affirmavit; sed accusantibus ad exitium Lutorii magis creditum est: et, censente Haterio Agrippa destinato consule, capite damnatus est.*

Contra Manius Lepidus in eam sententiam disseruit: Si P. C. hoc unum in-

1 *Manius* Gronovius, et alibi.

NOTÆ

promiscuo affectu habuisset, quodque sic rideret Cæsares, et in illorum mortem, spe et voto prævertens fatum, accommodatum carmen in promtu haberet, turpis lucri causa; idque etiam jactaret, durante morbo, ostentaretque in conviviis, et circulis procerum. Sicque, 'mentem suam et aures hominum polluerit.'

Ægro Druso] Dicit Druso compositos versus, sperante auctore, si quidem iste moreretur, qui proprius Tiberii sanguis esset, majus se præmium publicatione carminis istius adepturum: cum autem convaluisset Drusus, id ne omnino periret, mutato tantum nomine, ut in Germanici honorem factum videretur, edidisse.

Ægro Druso] Plutarchus rem fere similem narrat non illepidam. Augustus 'cum sublimis ex Actiaca victoria reverteretur, occurrit inter gratulantes quidam corvum tenens, doctum hæc verba sonare, AVE CÆSAR VICTOR. Hac salutatione delectatus Augustus, avem sex millibus nummum emit. Socius opificis, ad quem nihil ex ea liberalitate pervenerat, indicavit Cæsari, illum et alium habere corvum, quem, ut afferre cogeretur, rogavit; allatus, verba quæ didicerat, expressit, *Ave victor Imperator Antoni.* Augustus nihil exasperatus, tantum jussit, ut munus cum socio partiretur.' Sex *millia* sunt 150. coronati.

[k] *Vitellia*] Affinitatem etiam postea reperio fuisse inter illas domos Petronii et Vitelliorum. Sueton. Vitell. 6. de Vitellio principe, 'uxorem habuit Petroniam, consularis viri filiam, et ex ea filium Petronianum.'

[l] *Legerat*] Capiunt, quasi Lutorius jam tum legisset illud poëma in domo P. Petronii, cum ægrotaret Drusus; quo crimen augebatur: et verisimile est sic legisse per vaniloquentiam. Nam si post publicatum illud in honorem Germanici legisset, licet Druso præparatum, facilius refellere delatorem poterat.

[m] *Ad dicendum testimonium exterritis*] Id est, metu et vi principis, ad confitendum compulsis.

[n] *Plus fidei*] Magis creditum his qui testarentur in perniciem, quam

'Si, P. C. unum id spectamus, quam nefaria voce C. Lutorius Priscus mentem suam et aures hominum polluerit,[o] neque carcer, neque laqueus, ne serviles quidem[p] cruciatus, in eum suffecerint: sin flagitia[q] et facinora sine modo sunt, suppliciis ac remediis Principis moderatio, majorumque[r] et

tuemur, quam scelesto sermone Lutorius Priscus animum suum et aures audientium contaminaverit; neque vincula, neque laqueus, ne servilia quidem tormenta in illum satis superque atrocia fuerint: quod si crimina et scelera modum egrediuntur, clementia principis, veterumque et vestra instituta

NOTÆ

his qui affirmarent in salutem Lutorii.

[o] *Polluerit*] Quam abominabili voce Lutorius Priscus, non modo mentem suam expectatione mortis Drusi infectam fuisse ostenderit, verum etiam aliorum aures rei tam nefariæ commemoratione incestaverit.

[p] *Ne serviles quidem*] Id est, patibula crucesque. *Lipsius.*

Ne serviles quidem] Ne quidem, si in carcerem condito gulam laqueo frangi, aut etiam servilibus cruciatibus affici hominem, flagellisque cæsum, cruci affigi jubeamus, hoc sufficiat.

Ne serviles quidem] Aliud supplicium civis Rom. aliud servorum; laqueo strangulabatur civis in carcere, at servi in crucem agebantur.

[q] *Sin flagitia*] Si autem perpendamus homines ad facinora tam proclives esse, ut omnem modum peccando egrediantur; e contra autem in pœnis ad excessum non procedi, ex ritu majorum, et moderante principe, &c.

Flagitia sine modo] Lepidus non *innumera* volebat intelligi, nec enim hoc ad rem pertinuisset, verum *maxima, immensa, omnem modum egressa:* adeo ut pares iis pœnas invenire non esset. *Freinsh.*

[r] *Majorumque*] Sic Livius, I. 28. de Mettio Suffetio proditore partium; Tullius rex 'duabus admotis quadrigis in currus earum distentum illigat Mettium. Deinde in diversum iter equi concitati, lacerum utroque in curru corpus, qua inhæserant vinculis membra, portantes. Avertere omnes a tanta fœditate spectaculi oculos. Primum ultimumque illud supplicium apud Romanos exempli parum memoris legum humanarum fuit: in aliis gloriari licet, nulli gentium mitiores placuisse pœnas.'

Cic. pro C. Rabirio. 'Misera est ignominia judiciorum publicorum,' &c. Carnifex vero 'et obductio capitis, et nomen ipsum crucis, absit non modo a corpore civium Rom. sed etiam a cogitatione, oculis, auribus. Harum enim omnium rerum non solum eventus atque perpessio, sed etiam conditio, expectatio, mentio ipsa denique indigna cive Rom. atque homine libero est.'

Ibidem Cic. 'Ista laus primum est majorum nostrorum, Quirites, qui expulsis regibus, nullum in libero populo vestigium crudelitatis regiæ retinuerunt: deinde multorum virorum fortium, qui vestram libertatem, non acerbitate suppliciorum infestam, sed lenitate legum munitam esse voluerunt.' Itaque lenitatem suppliciorum tribuit Orator expulsioni regum, libertati civium, clementiæ legum legislatorumque.

Attamen in Virginibus Vestæ modum pœnarum excessere, quas vivas

vestra exempla temperant: et vana a scelestis, dicta a maleficiis differunt: est locus sententiæ, per quam neque huic delictum impune sit, et nos clementiæ simul ac severitatis non pœniteat. Sæpe audivi Principem nostrum conquerentem, si quis, sumta morte, misericordiam ejus prævenisset. Vita Lutorii in integro est;[2] [s] qui neque servatus in periculum Reipubl. neque interfectus in exemplum ibit:[t] studia illi, ut plena[u] vecordiæ, ita inania et fluxa sunt: nec

pœnis et coërcitionibus modum adhibent; et certe inania discrepant a nefariis, verba a facinoribus: potest fieri decretum, per quod neque istius culpa inulta sit, neque nos pigeat lenitatis simul et acerbitatis. Sæpe audivi imperatorem nostrum expostulantem, si quis illata sibi morte clementiam ejus prævertisset. Vita Lutorii adhuc salva est, qui neque venia donatus periculum ullum reipub. importabit, neque interemtus vindicatæ majestatis exemplum erit. Literæ illi, ut plenæ vesaniæ, ita vanæ et leves sunt, nec

2 Mallet Lipsius, *esto.* Nihil peccat vetus scriptura: nec ex usu Corneliano, *esto.* Ex antiquis editionibus, in quibus *Clutorii*, edidi, *C. Lutorii.* Brotier.

NOTÆ

defodiebant, sed *tantum Relligio potuit suadere malorum.*

Excessere etiam humanitatis leges in servorum suppliciis, et in severitate securitatem suam constitutam putarunt. Tac. XIV. 42. 'Cum vetere ex more familiam omnem, quæ sub eodem tecto mansitaverat, ad supplicium agi oporteret.'

At eo loci patet, mansitavisse 400. servos, eosque debuisse omnes in crucem agi simul, et eodem die; quod et factum; ut patet ex Tacito: et hanc reddit rationem immanis et omnem modum excedentis sævitiæ, quia, inquit, 'habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra singulos utilitate publica rependitur.'

[s] *Vita Lutorii in integro est*] Lipsius legit, *in integro esto:* quasi id Lepidus pro sententia censuerit: ego nihil mutarem, propter id quod supra dixit, principem sæpissime conquestum, si quis sumta morte, misericordiam ejus prævenisset.

Ergo subjicit Lepidus, mortem adhuc Lutorius non sumsit, vitaque ejus est in integro, ut nobis cavendum sit, ne nimiæ severitatis auctores simus. Suam ipse postremo sententiam profert, ut cedat urbe. *Pichena.*

Vita Lutorii in integro est] Nondum sumsit mortem, quod optavit sæpe, et nunc optat princeps, qui sæpe questus est, si quis morte spontanea ejus clementiam prævenisset.

[t] *In exemplum ibit*] Quintil. Declamat. 274. 'Omnis enim pœna, non tam ad delictum pertinet, quam ad exemplum.' Cyprian. de Casp. 'Plectuntur quidam, quo ceteri corrigantur. Exempla sunt omnium, tormenta paucorum.' *Aurelius.*

[u] *Studia illi, ut plena*] *Studia* ponuntur hic pro artibus et genere vitæ, cui se addixerat. Id per se honorificum, homo vecors et inanis, ut Lepidus credi vult, amentia implebat ac contaminabat.

Eoque id contemtum, vile, flux-

quicquam grave ac serium ex eo metuas, qui suorum ipse flagitiorum proditor, non virorum animis, sed muliercularum arrepit. Cedat tamen urbe, et, bonis amissis, aqua et igne arceatur. Quod perinde censeo, ac si lege majestatis[v] teneretur.'

51. Solus Lepido Rubellius Blandus[w] e Consularibus assensit: ceteri sententiam Agrippæ secuti: ductusque in carcerem Priscus,[x] ac statim exanimatus. Id Tiberius so-

aliquid molestum aut periculosum ex illo formides, qui sua ipse scelera pervulgat, qui non aucupatur gratiam virorum, sed fœminarum demulcet animos. Pellatur tamen urbe, et opibus exutus, aqua et igni prohibeatur. Quod juxta statuo, ac si majestatis crimen admisisset.

Unus Rubellius Blandus e consularibus Lepido accessit: reliqui idem cum Agrippa censuere: tractusque in custodiam Priscus, ac mox interfectus est. Hoc Tiberius con-

NOTÆ

um, nulliusque momenti reddiderat, ut ne quidem periculum esset, si maxime abuti eo vellet, eum cuivis quicquam esse persuasurum, aut, quod ad probrum sive discrimen principis Reive publicæ pertineret, effecturum. *Freinsh.*

Per *studia*, possint intelligi literæ, et *literarum curæ*, seu *lucubrationes*, sed hic præsertim *carmina*. Sic apud Tac. cupiebat postulabatque a Nerone sordida plebs, ut 'studia sua publicaret,' id est carmina sua.

[v] *Ac si lege majestatis*] Hoc dicit Lepidus, quia adhuc incertum erat, an tale crimen capite aliquo legis hujus contineretur. Erat id crimen *majestatis* tantummodo per interpretationem delatoris; non enim famosum illud carmen, aut in dedecus principis compositum. Erat tantum vana et insolens ostentatio ingenii, et in eo spreta potius, aut despecta majestas, quam læsa erat, ac potius odii quam facinoris reus argui potuit.

[w] *Rubellius Blandus*] Videndum, an hic sit, qui in æreis numismatibus dicitur C. RUBELLIUS BLANDUS III. VIR. A. A. A. F. F. De quo item infra Tacitus mentionem fecit. *Ursin.*

[x] *Ductusque in carcerem Priscus*] *Carcer* ad terrorem increscentis audaciæ, media urbe, imminens foro, Anci Marcii jussu exstructus: a coërcendo et continendo, quasi *coarcer*, nomen habet. In eum conjecti, clausi, non tamen in vinculis omnes fuere, sicut refert Ulpianus CCXVI. D. de verbor. significat.

Habuit autem carcer penitiorem sub tetra locum, quod *Tullianum* a rege Tullio appellatur: habuit et in plano locum alium vinculorum, *ergastulum*, opinor, Nonio dictum. Illo indicta causa et inauditi, qui ducerentur, Tribunorum opem invocabant, vel taciti morem ducenti magistratui gerebant.

Neque vero in carcerem ducti fuere cives, nisi prætextu delicti, quod facinus indignum putarent, si quem in eo deprehendissent: quo casu etiam indemnati carcere clausi sunt, ex vinculis causam dicturi.

Sed et alias quandoque damnati in provincia, vinctique Romam, quo appellassent, missi, ex vinculis iterum causam dixere, uti senatui aut principi magis placuit.

Inibi reus cervicem securi subjiciebat, carnifex reum decollabat: quod

litis sibi ambagibus apud Senatum incusavit, cum extolleret 'pietatem, quamvis modicas[y] Principis injurias acriter ulciscentium;' deprecaretur 'tam præcipites verborum[1] pœnas:'[z] laudaret Lepidum, neque Agrippam argueret. Igitur factum SC. 'ne decreta[a] Patrum ante diem decimum[b] ad ærarium deferrentur;[c] idque vitæ spatium damnatis pro-

suetis sibi simulationum artibus apud Patres increpavit, cum laudaret caritatem illorum qui quanquam leves contumelias principis aspere vindicarent, simul *oraret,* ne tam properis suppliciis dicta punirentur: *etiam extolleret Lepidum, neque Agrippam reprehenderet. Itaque decreto Patrum cautum est,* ne senatusconsulta in ærarium deferrentur, nisi post dies decem; illudque interstitium reis prola-

1 Vulgatam scripturam probat Lipsius: conjicit tamen, sed frustra, *reorum pœnas.* Brotier.

NOTÆ

fuisse Romani moris Livii multiplex scriptum, et Seneca l. IX. Declamat. II. indicat.

Indeque patet, quod dicitur apud Florum, 'Jugurtha necatus in carcere.' Item quod Pomponius refert. D. de Origin. juris, 'necatos in carcere quosdam ex Decemviris.' Sic quoque hic, 'ductus in carcerem statim exanimatus:' et infra lib. V. Paconius in carcere strangulatus.

Et ut semel dicam, in reos, qui alicujus nominis, aut significationis essent, in carcere; in eos qui humilioris fortunæ, palam animadvertebatur. *Vertranius.*

Nonii loco, quem affert Vertranius, vehementer diffido. De ergastulis vide Lipsium Elect. II. 15. *Gronovius.*

[y] *Pietatem, quamvis modicas*] Sic vocabatur tum temporis, quæ veriore vocabulo est 'sæva adulatio' IV. 26. Suet. Aug. 68. 'Laudavit quidem pietatem tantopere pro se indignantium.' Domitiano, 11. 'Permittite, P. C., a pietate vestra impetrari.' Ovidius lib. I. Metam. 'Nec tibi grata minus pietas, Auguste, tuorum, Quam fuit illa Jovi.' Non melior *pietas* Vitellianorum lib. II. histor. cap. 69. *Gronov.*

De L. Vitellio patre principis. Sueton. Vitell. 3. 'Statua pro rostris, cum hac inscriptione, PIETATIS IMMOBILIS ERGA PRINCIPEM.'

[z] *Verborum pœnas*] Recte, quia verba, non facta Lutorii, pœna affecta sunt. Nec male tamen, *reorum pœnas* argumento decreti, quod secutum. *Lipsius.*

[a] *Ne decreta*] Ne decreta Patrum, quibus pœna seu supplicium ultimum decerneretur, ante decimum diem ad ærarium in publicas tabulas referrentur. Puto in atrio libertatis ea deposita.

[b] *Ante diem decimum*] Interciderat nota numeri, quam nos certis auctoribus restituimus Suetonio in Tiber. 75. 'Nam cum senatusconsulto cautum esset, ut pœna damnatorum semper in decimum diem differretur.'

Dione lib. LVII. 'Jussit fieri decretum quo institutum erat, non necari quenquam damnatorum, ante diem decimum; neque senatusconsultum a patribus factum deferri in ærarium ante illud tempus.' Qui et idem repetit, fine libri LVIII. Nec aliud Se-

rogaretur:' sed non Senatui libertas ad pœnitendum[2] erat; neque Tiberius interjectu temporis mitigabatur.[d]

52. C. Sulpicius, D. Haterius coss. sequuntur: inturbidus externis rebus annus, domi suspecta severitate adversum luxum, qui immensum proruperat ad cuncta, quis pecunia prodigitur. Sed alia sumtuum, quamvis graviora, dissimulatis[e] plerumque pretiis, occultabantur; ventris et ganeæ paratus, assiduis sermonibus vulgati, fecerant curam, ne

taretur. *At neque facultas Patribus ad mutandam sententiam erat, neque Tiberius interposito tempore placabatur.*

Post hæc C. Sulpicius, D. Haterius consulatum obtinent. Haud inquies ille annus fuit extraneis motibus, Romæ formidata acerbitate adversus luxum, qui infinitum processerat ad omnia, quibus opes profunduntur. Sed aliæ impensæ, licet grandiores, tegebantur ut plurimum dissimulato valore; at gulæ et epularum sumtus continuis sermonibus exagitati in vulgus, metum intulerant, ne princeps priscæ seve-

2 Ita libri omnes, et recte. Unus Cl. Lallemand edidit, *ad pœnitentiam.* Idem.

NOTÆ

neca sensit, de tranquillitate I. 14. 'Credisne illum decem medios usque ad supplicium dies sine ulla solicitudine exegisse?'

Mansisse videtur id decretum, donec Theodosius Imp. clementissime convicto et damnato reo, dies indulsit triginta vitæ: in l. Si vindicari C. De pœnis. Sidonius ergo non abest quin falsus sit, lib. I. Epist. qui id tribuit SC. Tiberiano: 'Ex vetere,' inquit, 'SC. Tiberiano triginta dierum vitam post sententiam trahit.'

[c] *Ad ærarium deferrentur*] In ærario tabulæ publicæ et acta Senatus. Livius lib. XXXV. 'Verum cum sint notissimæ sibi cum consule inimicitiæ, quid ab eo posse quenquam æqui expectare, qui per infrequentiam furtim factum SC. ad ærarium detulerit?' Nec ante rata SCta, donec delata. Interea Auctoritas dicebatur, non *SC.* ut ex Cicerone et Dione jam alii notarunt. Vide similem in Tacito locum lib. XIII. de multis Ædilium.

[d] *Interjectu temporis mitigabatur*] Tiberius C. Lutorii mortem ægre tulit, non quod supplicio affectus, sed quod a Senatu, se absente, damnatus esset. Quare SCto caveri voluit: Ne quis reus a Senatu damnatus, intra diem decimum necaretur. Neve sententia contra reum lata, ante id tempus publicaretur: ut de sententia admonitus Cæsar, licet absens, causam recognosceret, reo gratificaretur, ex voluntateve de eo judicium proferret. Has causas ferendi Senatusconsulti retulit Dio l. LVII. quas prætermissas a Tacito, nolui silentio præteriisse. *Vertran.*

[e] *Dissimulatis*] Aliæ quidem impensæ, quanquam longe majoris sumtus essent, ut vestium, gemmarum, signorum atque tabularum pictarum, tamen dissimulato pretio occultabantur.

Princeps antiquæ[f] parcimoniæ durius adverteret. Nam, incipiente C. Bibulo, ceteri quoque Ædiles disseruerant,[g] 'sperni sumtuariam legem,[h] vetitaque utensilium pretia

ritatis asperius coërceret. Quippe cœptante C. Bibulo, reliqui etiam ædiles monuerant, temni legem sumtuariam, et æstimationem rerum ad usum vitæ necessariarum, ea lege prohibitam, in dies crescere; nec modicis pœnis cohiberi

NOTÆ

[f] *Antiquæ*] Ipse Tiberius 'princeps antiquæ parcimoniæ;' idcirco timebant, ne durius in luxum animadverteret. Infra l. IV. de Tib. 'Rari per Italiam Cæsaris agri, modesta servitia, intra paucos libertos domus.'

Et Suet. Tib. 34. 'Ut parcimoniam publicam exemplo quoque juvaret, solennibus ipse cœnis, pridiana sæpe ac semesa opsonia apposuit, dimidiatumque aprum, affirmans omnia eadem habere, quæ totum.'

[g] *Disseruerant*] Ne sumas, quasi cœpisset tantum Bibulus, et alii ædiles ante disseruissent. Incœpit Bibulus res proponere apud Patres, et postea alii ædiles etiam disseruerant, &c.

[h] *Sperni sumtuariam legem*] Augusti sumtuariam intelligit, de qua Gellius l. II. 'Postremo lex Julia ad populum pervenit, Cæsare Augusto imperante, qua profestis quidem diebus ducenti finiuntur: Kalendis, Idibus, Nonis, et aliis quibusdam festis, trecenti: nuptiis autem et repotiis HS. millies esse. Etiam dicit Capito Ateius edictum Divine Augusti, an Tiberii Cæsaris,' &c. Quo loco claram mendam per occasionem tollo, legoque: *nuptiis autem et repotiis sestertii mille. Esse etiam dicit Capito*, &c. Sestertium millies ad nuptias, an definiat ulla lex? non potest: nimis immane est. At sestertii mille conveniunt, et proportionem habent cum numero priore, ducentorum trecentorumque.

Ceterum hanc Tiberii curam intellexit Plinius l. XXXIII. c. 11. hoc diversus, quod C. Sulpicium Galbam Ædilem nominat, non C. Bibulum, rejicitque in annum sequentem, quo consules Vetus et Pollio: 'Tiberii demum,' inquit, 'principatus nono anno, in unitatem venit equester ordo, annulorumque auctoritati forma constituta est, C. Asinio Pollione, C. Antistio Vetere Coss. anno urbis conditæ DCCLXXV. quod miremur, futili pæne de causa. Cum C. Sulpicius Galba, dum juvenalem famam apud principem popinarum pœnis aucupatur, questus esset in Senatu, vulgo institores ejus culpæ defendi annulis.' Fieri tamen potest, ut iterata tunc ea inquisitio sit. *Lips.*

Sperni] Contemni legem, qua olim sumtibus impositus fuisset modus, et supellectilium prohibitam taxationem, non modo retineri, verum in dies augescere. *Freinsh.*

Per *utensilia* non tantum intelliguntur *supellectilia*, sed etiam alia omnia ad vitæ usum necessaria. Etiam hoc loco, quæcumque in luxum et elegantiam veniunt, vestes, gemmæ, signa, tabulæ pictæ, libri, lecticæ, sellæ, currus, equi, servi etiam per ætates et nationes dispositi, quæ Plinio *pædagogia* fibulis aureis vincta dicuntur.

Sumtuariam legem] Sueton. Tib. 34. 'Corinthiorum vasorum pretia in immensum exarsisse, tresque mullos 30. millibus nummum (sunt 750. coronati, seu 2250. libræ) venisse graviter conquestus, adhibendum supellectili modum censuit; annonamque macelli, senatus arbitratu, quotannis temperandam, dato ædilibus negotio popinas ganeasque, usque eo inhibendi,

augeri[i] in dies: nec mediocribus remediis sisti[1] posse:' et consulti Patres integrum id negotium ad Principem distulerant. Sed Tiberius, sæpe apud se pensitato, an coërceri tam profusæ cupidines possent? num coërcitio plus damni in Remp. ferret?[j] quam indecorum attrectare, quod non

posse. *Et interrogati Patres rem illibatam ad Cæsarem remiserant. Sed Tiberius sæpius apud se cogitato, an comprimi tam effusæ libidines possent? num remedium plus etiam mali in remp. inveheret? et quam turpe* esset *attentare quod non*

1 In Ms. Flor. *remedii isti posse.* Beroaldus aliique veteres, *remediis resisti.* Optime Pichena et recentiores, *sisti.* Gronov. ad Liv. IV. 12. *Brotier.*

NOTÆ

ut ne opera quidem pistoria proponi venalia sinerent,' &c.

Ex quo loco patet aliud esse *supellectile*, ut sunt *vasa Corinthia*, aliud *annonam macelli*, ut sunt *v*[illegible]*lli* et cetera id genus; et utrumque ex Tacito per *utensilia* significatur.

Utensilia sunt etiam *supellectilia*, at non omnino vice versa; nec tam late extenditur significatio supellectilium, et pretia supellectilium vetita, aut ipsa supellectilia omnino etiam prohibita; at utensilibus, seu annonæ macelli modus seu pretium lege sumtuaria adhibetur, nec ista, utpote necessaria vitæ, nunquam omnino prohibentur.

Forte Tac. per *utensilium pretia*, non tantum intelligit pretium cujusque rei in particulari, sed immensos epularum sumtus, quibus opes prodigebantur. Certe initio lex sumtuaria statuerat modum seu pretium conviviis ipsis, et quantum quolibet impendi debuerit: annonam vero macelli quoad singula cohibere, popinas ganeasque legem illam egressas, coërcere magistratuum ædilium fuit.

[i] *Vetita utensilium pretia augeri*] Freinshemius, *supellectilium prohibitam taxationem non modo retineri, verum etiam in dies augescere.* Mirum omnibus partibus. Tu accipe: et in cibaria et convivia plus plusque in dies, quam concessum sit, impendi. De ganeæ namque paratibus agunt: et *utensilia* quæ sint, diximus ad I. 70. *Gronovius.*

Vetitaque] Vertit interpres Gall. *vetitarum rerum pretia augeri.* Certe luxus in aliquibus rebus, et res ipsæ propter eum luxum prohiberi potuerunt: v. g. vasa auro solida vetare lex potuit. Sed longe plura sunt quorum pretium immensum vetari debuit, non ipsæ res, ut quæ commercio et usui hominum prorsus necessariæ sint.

Itaque pretio utensilium modus adhibebatur ab Ædilibus; sed pretium illud spernebat excedebatque facile libido ventris et ganeæ, in magnificentiam conviviorum, aut potius prodigentiam opum ultro proruens. Hanc libidinem procerum, hunc furorem mortalium cohibere pretium fuit; sed prius cupidinibus, prius animis medendum, quam pretio, quam utensilibus. Mentem Taciti satis intelliges ex Sueton. Tib. 34.

[j] *Num coërcitio plus damni in remp. ferret*] Cur luxus coërcitio majus damnum reip. afferat? cum contra, idque plurimis rationibus, utilissima videatur. Respondet Tacitus infra: 'Si quis legem sanciat, pœnas indi-

obtineret:[2] vel retentum ignominiam et infamiam virorum illustrium posceret: postremo literas ad Senatum composuit, quarum sententia in hunc modum fuit.

53. 'Ceteris forsitan in rebus, P. C., magis expediat, me coram interrogari et dicere, quid e Republ. censeam: in hac relatione, subtrahi oculos meos, melius fuit, ne, denotantibus vobis ora ac metum singulorum, qui pudendi luxus arguerentur, ipse etiam viderem eos, ac velut deprenderem.[1] Quod si mecum ante viri strenui,[k] Ædiles, consilium habuis-

obtineretur; vel quod si obtentum esset, dedecus et probrum nobilium virorum postularet; tandem epistolam ad Patres scripsit in eam fere sententiam.

In aliis forsan negotiis, P. C., magis conducat me præsentem consuli, et proferre quid esse e Rep. sentiam: at in hac re quæ refertur, magis expediebat præsentiam meam vitari, ne demonstrantibus vobis faciemque ac formidinem singulorum, qui turpis luxus incusarentur, ipse quoque aspicerem illos, ac veluti coarguerem. Quod si mecum prius viri seduli ædiles rem

2 Ita Ms. Flor. veteres editiones, Gronovius et recentiores. Rhenanus aliique eum secuti, *obtineretur.* Idem.

1 Sic Ms. Flor. Jac. Gronovius et recentiores, *deprenderem.* In veteribus editionibus ceterisque scriptoribus vulgatam scripturam, (*deprehenderem*) ex Ms. Codice, haud perantiquo, et sæpe mendoso, immutare nolui. *Brotier.* Ryckius, Brotierus et Homerus *deprehenderem.*

NOTÆ

cat, iidem illi civitatem verti, splendidissimo cuique exitium parari, neminem criminis expertem clamitabunt.' *Pichena.*

Plus damni] E numero scilicet periclitantium, et malitia delatorum. Itemque ex infamia, ut addit, tot illustrium. *Lipsius.*

Plus damni] Nempe, ut supra de lege Papia: 'Multorumque excisi status, et terror omnibus intentabatur; ni Tiberius statuendo remedio quinque consularium, &c. apud quos exsoluti plerique legis nexus,' &c.

Hinc infra, remissa hæc cura Ædilibus cap. 56. 'Tiberius fama moderationis parta, quod ingruentes accusatores represserat.'

[k] *Viri strenui*] Intelligit hoc Freinsh. quasi hic titulus seu honorifica hæc appellatio ædilium fuerit, et quasi jam tum tempore Tiberii cœperit illa immensa inanium titulorum vocabulorumque seges, quæ mox in fastidium usque accrevit, non sine summo pudore et flagitio talia approbantium.

Viri strenui] Insanam epithetorum, quibus nunc vulgo utimur, luxuriam reprehendi facile fero; sed principium ejus a Cicerone, vel Tiberio, vel Tacito petere, est jocari. Non dubito, quin *viri strenui* sint, acres, vigilantes, intenti, suique muneris et officii memores, quod in hoc ipso demonstrarunt negotio.

Sic Fabius apud Livium XXVIII. 40. 'quemadmodum jam certa provincia Africa consulis, viri fortis ac strenui, sit.' Et Parmenio apud Curtium l. VII. 'Rex expeditionem parat in Arachosios; strenuum hominem et nunquam cessantem.' Quæ

sent, nescio, an suasurus fuerim, omittere potius prævalida et adulta vitia, quam hoc assequi, ut palam fieret, quibus flagitiis impares essemus:[l] sed illi quidem officio functi sunt, ut ceteros quoque magistratus sua munia implere velim: mihi autem neque honestum silere neque proloqui expeditum, quia non Ædilis, aut Prætoris, aut Consulis partes sustineo: majus aliquid[m] et excelsius a Principe postulatur: et, cum recte fac-

communicassent, vix scio num auctor illis fuissem relinquendi potius coalita et corroborata flagitia, quam id obtinere, ut manifestum esset, quæ vitia vincere aut coërcere non possemus. Sed illi sane munus suum implevere, ut alios etiam magistratus officio suo fungi peroptem: mihi vero neque decorum tacere, neque dicere promtum, quippe ego non impleo munus ædilis, aut prætoris, aut consulis: amplius aliquid et sublimius a Cæsare desideratur: et cum

NOTÆ

non addidissent illi, nisi res præsens eo duceret. *Gronov.*

Adeo tituli rari eo ævo, ut ne Augustus quidem aut filii ejus *domini* vocarentur, ut ne Tiberius quidem princeps, neque *dominus*, neque *Augustus* vocari voluerit, licet ultimum id hæreditarium esset. Non satis licuit tamen appellare principem proprio, seu privato nomine, sine addito decore: sic Britannicus Neronem salutavit, sic Helvidius Vespasianum privato nomine salutabat, et prætor in edictis sine honore transmittebat; quod dominationis magistri in crimen vertebant.

[l] *Quibus flagitiis impares essemus*] Non promiscue dicit, se vitiis inferiores esse; neque enim verum illud aut honestum; sed eo tendit Tiberii oratio, sicut in progressu ejus disertius exponitur: esse vitia, quibus obviam iri possit; esse alia, quibus non possit. Sed vulgo discrimen hoc ignorari, atque ideo etiam in prævalidis vitiis subesse apud homines metum atque diffidentiam: quod si autem hoc jam aggrediantur, tum istud discrimen manifestatum iri, atque neminem deinceps ignoraturum esse, quæ vitia legibus validiora essent, et propterea impune possent exerceri. *Freinshemius.*

Quibus flagitiis impares] Macrob. III. Sat 17. 'Alia lex pervenit ad populum, ferente Antio Restione: quam legem, quamvis esset optima, obstinatio tamen luxuriæ et vitiorum firma concordia, nullo abrogante, irritam fecit. Illud tamen memorabile de Restione latore ipsius legis fertur: eum, quoad vixit, foris postea non recœnasse, ne testis fieret contemtæ legis, quam ipse bono publico pertulisset.'

Impares] Quibus vitiis obnoxii nos cives simus, ita ut illis vincamur ac profligemur, vel quibus vitiis coërcendis nos imperitantes haud pares essemus. Forte utroque sensu simul capiendus Tacitus.

[m] *Majus aliquid*] A principe majus aliquid excelsiusque, quam a reliquis expectatur; et adversus Reipub. morbos, non tantum utile consilium, verum etiam efficax medicina poscitur. Cujus eo quoque respectu dura conditio est, quod cum recte aliquid gestum est, quilibet in partem et societatem laudis venit ultro, tanquam se auctore vel administro factum esset.

torum sibi quisque gratiam trahant, unius invidia ab omnibus peccatur.[n] Quid enim primum[o] prohibere, et priscum ad morem recidere aggrediar? villarumne infinita spatia,[p] familiarum numerum[q] et nationes? argenti et auri pondus?[r]

rerum bene gestarum sibi singuli favorem vindicent, unius odio universi delinquunt. Quid enim primum interdicere conabor, et veterem ad parcimoniam resecare? An prædiorum immensa latifundia, an mancipiorum multitudinem, populosque totos? argenteum aureumque supellectile ingens? ænea-

NOTÆ

[n] *Unius invidia ab omnibus peccatur*] Unius, scilicet principis, cui soli communia vitia imputantur. Aliquid simile dixit Tacitus in vita Agricolæ: 'prospera omnes sibi vindicant; adversa uni imputantur.' Eodem modo, paulo infra Tiberius ait: 'Simultates faciunt, ac mihi relinquunt.' *Pichena.*

[o] *Quid enim primum*] Qua fronte luxum corrigat ille censor eximius? qui, teste Sueton. 42., 'princeps in ipsa publicorum morum correctione cum Pomponio Flacco et L. Pisone noctem continuumque biduum epulando potandoque consumsit:'

Qui 'Sestio Gallo libidinoso ac prodigo seni, &c. cœnam ea lege condixit, ne quid ex consuetudine immutaret, aut demeret: utque nudis puellis ministrantibus cœnaretur:'

Qui 'Asellio Sabino HS. ducenta donavit,' (sunt nostro more quinque millia coronatorum, seu 15. millia librarum,) 'pro dialogo, in quo boleti et ficedulæ et ostreæ et turdi certamen induxerat.'

[p] *Villarumne infinita spatia*] Adversum leges agrarias. Horat. 'Agri quantum nec milvus oberret.' Lex Licinia plus quingenta jugera agri habere civem Romanum vetabat. Varro I. de Re Rustica. Ipse sua lege damnatus, cum substituta filii persona, amplius possideret. Plin. XVIII. 'Verum confitentibus, Italiam latifundia perdidere.' Idem ejusdem lib. c. 6. *Muretus.*

Villarum] Prisci duces Rom. non in immensum auxere villas, sed egregie et ex arte eas disponebant. Plin. XVIII. 6. 'Nec hoc sine arte quadam est. Novissimus villam in Misenensi posuit C. Marius septies Consul, sed peritia castra metandi, sic ut comparatos ei ceteros etiam Sylla felix cæcos fuisse diceret.'

Villarum] De quibus sic Plin. XVIII. 6. 'Verumque confitentibus latifundia perdidere Italiam: jam vero et provincias. Sex domini semissem Africæ possidebant, cum interfecit eôs Nero princeps: non fraudando magnitudine hac quoque sua Cn. Pompeio, nunquam agrum mercatus est conterminum.'

[q] *Familiarum numerum*] Numerum servorum Romanis eum reperio, qui non facile fidem inveniat moribus nostris. Tacitus l. XIV. Pedanio Costæ tribuit quadringentos: Plinius Cœcilio cuidam Isidoro quinquies mille. Et hi nihil dicunt præ Athenæo, cujus ipsa ponam verba, e l. VI. c. 7. Post hæc reversus Larentius ait: At Romanorum unus aliquis, quanto plures possideat servos, tu nosti, optime Massuri. Nam ad decem et viginti millia, immo plures etiam, multi habuerunt: nec tamen ut quæstum ex iis faciant, sicut Græcorum ditissimus ille Nicias, sed plerique Romani anteambulones eos habent comitesque maxima ex parte.'

Seneca de Demetrio: 'Feliciorem-

æris,[s] tabularumque miracula?[t] promiscuas viris et fœminis

rum imaginum, tabularumque prodigia? eadem viris et mulieribus tegmina,

NOTÆ

ne tu Demetrium Pompeianum vocas, quem non puduit locupletiorem esse Pompeio? numerus illi quotidie servorum, velut imperatori exercitus, referebatur: cui jamdudum divitiæ esse debuerant duo vicarii et cella laxior.'

Tot servi, si Deo placet, uni servo. Ut non injuria queratur et culpet Plinius; 'mancipiorum legiones, et in domo turbam externam, et servorum quoque causa nomenclatorem adhibendum.'

Fuerunt etiam olim Athenis 400. millia servorum. Thucydides auctor est, ex ea urbe, bello Peloponnesiaco, idque uno tempore, transfugisse ad hostem super viginti millia: et quidem servorum, qui manuarias operas exercerent.

Quantam vim in urbe suspicari debemus fuisse reliquam? verba ejus, hæc l. VII. 'Quippe Athenienses universa regione exuti ejectique sunt, ac servorum viginti millia et amplius transfugerant; et hi maxima ex parte operarii seu artifices.'

Familiarum numerum et nationes] Omnia hæc proprie accipienda. Constat enim dites illos atque luxuriosos in servis emendis, plurimum etiam ad nationis delectum respexisse, atque proinde, cum diversas in familia nationes haberent, in eas tanquam classes, ipsam distribuisse. Vide auctores, quos Pignorius adducit, et nostrum XIV. 44. *Freinsh.*

Familiarum] Luxus ille auctus statim nec toto sæculo sese prorsus effudit. Valer. l. IV. 'Cato superior pellibus hædinis pro stragulis utebatur, tribusque servis comitatus Hispaniam rexit, eodem cibo, eodemque vino, quo nautæ, contentus. At multum, a prisca continentia, spatio annorum, posterior Cato discedit, utpote in civitate jam divite, et lætitia gaudente natus. Is tamen cum bellis civilibus interesset, filium secum trahens, duodecim servos habuit, numero plures, quam superior, temporum diversis moribus, pauciores.'

[r] *Argenti et auri pondus*] Cornelius Rufinus Senatu motus est a Fabricio, quod 10. pondo vasa argentea comparasset. Val. Maximus l. II. Livius l. XIV. Virgil. 'Sunt auri pondera facti, Infectique mihi.' Silius l. XIII. 'Nec modus argento, cœlataque pondera facti Tantum epulis auri.' *Aurelius.*

Argenti] An vasa aurea atque argentea immensi ponderis? an æreorum signorum tabularumque pictarum, ostento proximam elegantiam curamque?

[s] *Æris*] 'Objecit accusator Camillo, quod ærata ostia haberet in domo,' ait Plin. l. XXXIV. c. 3. Ovid. VI. Fast. 'Quæ nunc ære nitent, stipula tunc tecta virebant.' Luxuries æris in candelabris, in columnarum capitellis, et pedibus; etiam in columnis, in lectorum mensarumque pedibus, in tricliniis, et abacis.

Per *τὸ æris*, præcipue intelligit signa ænea.

[t] *Tabularumque miracula*] O egregium censorem! qui, teste Sueton. in secessu Capreensi, 'cubicula plurifariam disposita tabellis ac sigillis lascivissimarum picturarum et figurarum adornavit, librisque Elephantidis instruxit: ne cui, in opera edenda, exemplar impetratæ schemæ deeset:' Qui 'Parrhasii quoque tabulam, in qua Meleagro Atalanta ore morigeratur, legatam sibi sub conditione, ut

vestes?[u] atque illa fœminarum propria, quis, lapidum causa, pecuniæ[v] nostræ ad externas aut hostiles gentes[w] transferuntur?

et illa solis mulieribus vindicata, quibus, gemmarum gratia, opes nostræ ad extraneas aut infensas nationes transmittuntur.

NOTÆ

si argumento offenderetur, decies pro ea acciperet; (sunt 25000. coronati) non modo prætulit, sed et in cubiculo dedicavit.'

Tabularum] Quas colebant venerabanturque mira superstitione. Plin. Epist. Caninio suo: 'Plures iisdem in locis villas possidebat, &c. Multum ubique librorum, multum statuarum, multum imaginum, quas non habebat modo, verum etiam venerabatur. Virgilii ante omnes, cujus natalem religiosius, quam suum celebrabat,' &c.

[u] *Promiscuas viris et fœminis vestes*] *Sericas* intelligit, *Coasque*, quibus nec abstinebant viri. Carpit non semel gravissimus auctor Seneca, ut Epist. 123. 'Non videntur tibi contra naturam vivere, qui commutant cum fœminis vestem? non vivunt contra naturam, qui expetunt, ut pueritia splendeat tempore alieno?'

Et 114. 'Quod vides istos sequi, qui aut vellunt barbam aut intervellunt: qui labra pressius tondent et abradunt, servata et submissa cetera parte: qui lacernas coloris improbi sumunt, qui perlucentem togam.'

Et Plinius: 'Nec puduit has vestes, (de Cois loquitur,) usurpare etiam viros, levitatem propter æstivam. In tantum a lorica gerenda discessere mores, ut oneri sint etiam vestes.'

Vestes] De istis superbis decoctoribus potuit dici, quod alio sensu Virg. Æn. VIII. 'Rerumque ignarus imagine gaudet, Attollens humero famamque et fata nepotum.' Nam qui evertit opes, simul et decus et dignitatem domus amittit.

[v] *Lapidum causa, pecuniæ*] Plinius XII. 19. 'Arabiæ etiamnum felicius mare est. Ex illo namque margaritas mittit: minimaque computatione millies sestertium annis omnibus. Indi et Seres peninsulaque illa imperio nostro adimunt.'

Lapidum causa] Seneca de beneficiis: 'Video uniones non singulos singulis auribus comparatos: (jam enim exercitatæ aures oneri ferendo sunt:) junguntur inter se, et insuper alii bini supponuntur: (forte suppanguntur.) Non satis muliebris insania viros subjecerat, nisi bina ac terna patrimonia singulis auribus pependissent.'

Tertull. acute, de habitu mul. 'Graciles aurium cutes Calendarium expendunt, et in sinistra per singulos digitos saccis singulis ludit.' Augustinus hoc amplius queritur, suo ævo insanisse in turpi isto aurium cultu etiam viros: quem vide, si lubet, epist. 84.

Eum luxuriæ ritum referre quidam conantur ad ævum priscum, ex Valerii verbis l. v. c. 11. de Martio Coriol. exorato a fœminis: 'in quarum honorem, senatus matronarum ordinem benignissimis decretis adornavit. Sanxit namque uti fœminis semita viri cederent, confessus plus salutis reip. in stola, quam in armis fuisse: vetustisque aurium insignibus novum vittæ discrimen adjecit.' Legunt enim, *inaurium insignibus*. Non probo, et fortasse nec notæ quidem tunc Italiæ gemmæ. *Lipsius*.

Quidni fuerint olim *inaures* et gemmæ Romæ, ubi fuit aurum?

[w] *Ad externas aut hostiles gentes*]

54. 'Nec ignoro, in conviviis et circulis[x] incusari ista, et modum posci: sed, si quis legem sanciat, pœnas indicat, iidem illi, civitatem verti,[y] splendidissimo cuique exitium parari, neminem criminis expertem, clamitabunt. Atqui, ne corporis quidem[z] morbos veteres, et diu auctos, nisi per dura et aspera coërceas: corruptus simul et corruptor,[a] æger et flagrans animus, haud levioribus remediis restin-

Nec me fallit, reprehendi ista inter epulas cœtusque civium, et remedium postulari; sed si quis legem statuat, mulctas indicat, iidem illi Remp. subverti, magnificentissimo cuique perniciem strui, et nullum culpa exemtum conquerentur. At ne quidem corporis ægritudines inveteratas et pridem adultas, nisi per rigida et acerba remedia cohibeas; corruptus simul et corruptor, male affectus atque exæstuans libidine animus, haud mitioribus ex-

NOTÆ

Per *externas* Indos et Arabes præsertim intelligit; per *hostiles*, Persas, seu Parthos.

Forte etiam et Æthiopas, qui hostiles erant, ultra 'Elephantinen ac Sienen, claustra olim imperii Rom.'

[x] *In conviviis et circulis*] Cicero l. II. ad Att. 18. 'Hac tamen in oppressione sermo in circulis duntaxat et conviviis est liberior.' Livius l. XLIV. 'In omnibus circulis, atque etiam, si Diis placet, in conviviis, sunt qui exercitus in Macedoniam ducant.'

[y] *Iidem illi, civitatem verti*] Valer. Max. l. II. 'M. autem Antonius et L. Flaccus censores Duronium senatu moverunt, quod legem de coërcendis conviviorum sumtibus latam, tribunus plebis abrogaverat, mirificæ notæ causa. Quam enim impudenter Duronius rostra conscendit, illa dicturus: Fræni sunt injecti vobis, Quirites, nullo modo perpetiendi; alligati et constricti estis amaro vinculo servitutis: lex enim lata est, quæ vos esse frugi jubet: abrogamus igitur istud horridæ vetustatis rubigine obsitum imperium. Etenim quid opus libertate, si volentibus luxu perire non licet?'

Iidem illi] Iidem nempe illi, qui talia in conviviis et circulis disserebant.

[z] *Ne corporis quidem*] Quid ergo faciemus ad vitandam nimiam severitatis invidiam, nisi ut omittamus legem? nam si quis dicat vitia ista, nec impunita esse debere, et tamen moderatam pœnam posse constitui, fallitur: nam sicuti corporis morbi vetusti, &c.

[a] *Corruptus simul et corruptor*] Instituta comparatione inter vitia corporis et animi, hic de animo intelligit, qui corruptus idem simul et corruptor; qui corruptus se ipse adhuc magis corrumpit; crescit enim in immensum libido, et de eodem animo respectu sui ipsius præsertim intelligit, ut patet ex his, *æger et flagrans animus;* ubi *æger* idem est ac *corruptus.*

Nam dum flagrat æstuatque libidinibus, se magis etiam corrumpit; nec obstat quin etiam proxima quæque corrumpat, veluti contactu. Sed præcipua corruptio incipit in ipso et ab ipso ingenio humano, et ibi violentius grassatur, alios exemplo et quasi necessitate mox trahit. Sed præsertim se ipso corrumpitur; neque corrumperent animum voluptates aut cupidines, nisi jam corruptum et æstuantem ultro reperissent.

guendus est, quam libidinibus ardescit. Tot a majoribus repertæ leges, tot, quas D. Augustus tulit: illæ oblivione, hæ, quod flagitiosius est, contemtu abolitæ, securiorem luxum fecere: nam, si velis,[b] quod nondum vetitum est, timeas, ne vetere: at, si prohibita impune transcenderis, neque metus ultra, neque pudor est. Cur ergo olim parcimonia pollebat? quia sibi quisque moderabatur: quia unius urbis cives[c] eramus: ne irritamenta quidem eadem, intra Italiam dominantibus: externis victoriis aliena, civilibus etiam nostra consumere didicimus. Quantulum[d] istud est, de quo Ædiles admonent! Quam, si cetera respicias, in levi habendum! At, hercule, nemo refert, quod Italia externæ

emplis reprimendus est, quam cupidinibus flagrat. Tot ab antiquis inventæ leges, tot quas D. Augustus sanxit, per oblivionem illæ, hæ (quod turpius est) per despectum exolevere, et sic majorem luxui securitatem paravere: nam si cupias quod nondum prohibitum est, metuere potes, ne hoc tibi interdicatur: at si quæ vetita sunt, semel impune transgressus fueris; neque timor amplius est, neque verecundia. Cur igitur olim frugalitas vigebat? quia sibi quisque temperabat: quia unius civitatis incolæ eramus, et ne incitamenta quidem voluptatum paria, dum intra fines Italiæ stetit imperium. Extraneis bellis alienas opes profundere didicimus, intestinis etiam nostras. Quam tenue et leve istud est, de quo ædiles disserunt! Quam in tenui reputandum, si alia spectes! At certe nullus monet, quod Italia externi sub-

NOTÆ

Corruptus] Multo magis animus, qui eo pravitatis pervenit, ut haud minus alios corrumpat, quam corruptus est ab aliis, quique luxuria quasi febre languet flagratque, per dura et aspera coërcendus est.

[b] *Si velis*] Ita fieri solet, ut timidius peccent homines in flagitiis, quibus nondum statuta pœna; metuunt enim, ne peccando, occasionem legi præbeant; cum vero aliquid commiserunt quod lege vetitum erat, jam nullus pudor est.

[c] *Unius urbis cives*] Quasi dicat, at nunc ex omni orbe mixtio sumus. Undique gentes civitate et honoribus donatæ, itemque non donatæ, confluximus.

Unius urbis cives] Alienigenis enim quam plurimis Romana civitate donatis, jam non omnes urbis incolæ, unius urbis Romæ cives erant; sed ex aliis civitatibus oriundi, et quasi gentium colluvies. Non mirum ergo, si diversi mores, diversa luxus irritamenta intulerunt.

Unius urbis cives] Vel quia unam illam olim civitatem possidebant, quod innuit, cum id opponit, *intra Italiam dominantibus;* vel quia non jam urbis unius illi, sed totius orbis cives erant, quia possidebant orbem; etiam quia optimi validissimique provinciarum in civitatem Rom. asciti erant, et toto orbe diffusi cives Rom.

Unius urbis] Donec universus populus Rom. unius urbis mœnibus includebatur, aut intra solam Italiam dominaretur.

[d] *Quantulum*] Hæc igitur quanquam haud levis dissuadendæ legis ratio, non tamen sola est; sunt enim longe

opis indiget, quod vita Populi Romani per incerta[e] maris et tempestatum quotidie volvitur; ac,[1] nisi provinciarum copiæ et dominis et servitiis[f] et agris subvenerint, nostra nos scilicet nemora nostræque villæ tuebuntur? Hanc, P. C. curam sustinet Princeps: hæc omissa funditus Remp. trahet.

sidii eget, quod vita civium Rom. per discrimina pelagi et procellarum quotidie jactatur: ac nisi provinciarum fertilitas atque affluentia frugum præsto sint, et dominis, ac familiis ipsis et ergastulis, ipsisque villis; nos nempe, luci nostri, nostraque suburbana alent, sustentabunt? Hoc munus P. C. princeps in se recipit perfertque: idque si neglectum sit, penitus imperium

1 Mallet Ernestus, *nam nisi.* *Ac*, non displicet. *Brotier.*

NOTÆ

alia Reipub. vitia et incommoda, quibus ante prospiciendum esset: quantulum enim istud? &c.

[e] *Vita Populi Rom. per incerta*] Nam e Sicilia, ex Africa, ex Ægypto frumentum advehebatur. Columella l. I. 'Itaque in hac Latia et Saturnia terra, ubi Dii cultus agrorum progeniem suam docuerunt, ibi nunc ad hastam locamus, ut nobis ex transmarinis provinciis advehatur frumentum, ne fame laboremus: et vindemias condimus ex insulis Cycladibus, ac regionibus Quadicis Gallicisque.'

Tac. l. XII. 'Navibusque et casibus vita populi Romani permissa est.'

Et XV. 18. Frumenti 'pretio nihil additum est, quamvis ducentas ferme naves portu in ipso violentia tempestatis, et centum alias Tiberi subvectas fortuitus ignis absumsisset.'

Vita Populi Rom.] Varro l. II. de R. R. 'Igitur quod nunc intra murum fere patres familiæ correpserunt, relictis falce et aratro, et manus movere maluerunt in theatro ac circo, quam in segetibus ac vinetis: frumentum locamus qui nobis advehat, qui saturi fiamus ex Africa et Sardinia: et navibus vindemiam condimus ex insula Coa et Chia.'

Vita Pop.] Possit dici quod Quintil. Declam. 12. 'salutem publicam vehis, spiritum populi tui reportas, omnium nostrum in ista classe navigant animæ,' &c.

[f] *Provinciarum copiæ et dominis et servitiis*] *Copiæ* accipiendæ, quomodo XV. 16. 'Obsessis adeo suppeditavisse rem frumentariam constitit, ut horreis ignem injicerent; contraque prodiderit Corbulo, Parthos inopes copiarum,' &c.

Sic igitur accipienda *copiarum* vox; *tuendi* vero quomodo Germ. 14. 'Magnum comitatum non nisi vi belloque tueare,' &c. hoc est, alas, sustentes, toleres. *Freinsh.*

Provinciarum copiæ] Cave accipias, ut clariss. Harlæus, pro copiis, seu auxiliis militaribus sociorum. Tac. intelligit fruges, annonam, et alia hujusmodi ad victum necessaria, quibus affluebant Provinciæ, præ Italia.

Quæ nempe jam tota in lacus, piscinas, lucos et alia quæque amœnissima, exculta erat; ita ut ipsæ familiæ servorum et ergastula Italiæ his copiis provincialibus alerentur. Sueton. Vitel. 7. 'posse provincialibus copiis profundam ejus expleri gulam.'

Reliquis intra animum[g] medendum est: nos pudor; pauperes necessitas; divites satias in melius mutet. Aut, si quis[2] ex magistratibus tantam industriam ac severitatem pollicetur, ut ire obviam queat; hunc[3] et laudo, et exonerari laborum meorum partem[4] fateor: sin accusare vitia volunt, dein, cum gloriam ejus rei adepti sunt, simultates faciunt,[h]

subvertet. Ceteris intra mentem subveniendum est: nos, verecundia; inopes, angustiæ; opulentos, satietas in melius convertat. Aut si quis magistratuum tantam vigilantiam ac severitatem promittit, ut mederi luxui possit; hunc et probo, fateorque sic exsolvi parte curarum mearum. Quod si invehi in flagitia cupiunt, et postquam ejus rei famam assecuti sunt, odia movent, atque in

2 Tentat Ernestus, *quod si qui*. Retineri tamen posse vulgatam scripturam fatetur. *Brotier*.—3 Gronovius *hunc ego et laudo*.—4 Heinsius corrigit, *parte*,

NOTÆ

[g] *Intra animum*] Ab animo qui corruptus se ipso, et corrumpit, incipienda medicina est: nos, pudor animi, proceres, mutare debet; dein *æmulandi* principes *amor validior, quam pœna ex legibus, &c.*

Intra animum] Non tam externa legum coërcitione, quam interiore animi modestia, luxui obviam iri potest, si nempe nos pudor, &c.

[h] *Simultates faciunt*] Lego *jaciunt*. Mox etiam, *remissam curam* interpretantur, *permissam*; nam ita Sueton. Tib. c. 34. 'Annonam macelli senatus arbitrio quotannis temperandam censuit, dato Ædilibus negotio, popinas ganeasque usque eo inhibendi, ut ne opera quidem pistoria venalia proponi sinerent.' At hoc sane ad publicum luxum, non ad divitum istorum intemperantiam spectat: potius ad pretia rerum (prior quidem pars): et reliqua ad plebeculæ disciplinam. *Lipsius.*

Simultates faciunt, ac mihi relinquunt] Sensit senatus principis voluntatem, et ædilibus qui emendationem postulaverant, eam curam permisit. Indicio est Sueton. in Tiberio; et quod Tacitus addit, 'remissam ædilibus talem curam,' non est contra.

Permissum enim vult ædilibus, ut in luxum inquirant ex sumtuariis legibus: *Remissa* siquidem, idem quod permissa, ut l. I. 'Remisit Cæsar,' pro permisit, quod asseruit maximus Cujacius.

Symmachus l. IX. Ep. 6. 'Actores absentium, quibus res longinqua remittitur, tanquam soluti legibus vivunt, quoniam procul positis nullus dominorum terror incurrit.' Et alia exempla passim.

Sed quid fiet iis, quæ mox Tacitus addit, luxum illum et profusionem annonæ, ab Actiaca pugna ad Galbæ imperium licentia summa exercitam, tandem post Vespasiani ævum per se exolevisse?

Scilicet ut sumtuariis Augusti ac Tiberii legibus nullus magnus et rigidus vindex, ita quod nunc ædilibus permissum, id exercuere in popinas ac vulgares cœnas, non in procerum et magnatium insana convivia; quod et Plinii locus de Galba ædile, popinarum pœnis famam aucupante, indicio est. *Mercerus.*

ac mihi relinquunt;[5] credite, P. C. me quoque non esse offensionum avidum: quas cum graves, et plerumque iniquas,[i] pro Rep. suscipiam, inanes et irritas, neque mihi aut vobis usui futuras, jure deprecor.'

55. Auditis Cæsaris literis, remissa Ædilibus[j] talis cura;

me refundunt; existimate P. C. me etiam inimicitias effugere velle: quas cum acres et sæpius injustas pro Rep. ultro induam; ita vanas, et inutiles, neque mihi aut vobis profuturas, merito a me amoliri velim.

Acceptis Tiberii epistolis, ejusmodi munus remissum est *ad Ædiles; et sumtus*

ut intelligatur, *me* exonerari.—5 Mercerus et Grotius emendant, *simultates faciundas mihi relinquunt.* Bene, si suffragarentur veteres libri. At nihil peccat vulgata scriptura. *Brotier.* Locus corruptus, sed quem egregie duarum duntaxat literarum mutatione sanavit in secundis curis Mercerus, pro *faciunt ac m. r.* legendo *faciundas m. r.* Taxat Tiberius Ædiles quod generali oratione incusaverant luxum, et ex eo laudem captaverant, singulorum vero correctionem, id est, *simultates faciundas;* in qua tamen remedium hujus mali positum erat, tanquam opus invidiæ plenum non fuerant aggressi, sed per Senatum ad Principem deferri curaverant. *Ryckius*

NOTÆ

Fero vulgatum; ut dicat Tiberius, initium simultatum oriri quidem ab ædilibus: sed excuti statim deinde, et transferri cum augmento in se executorum talium. Simile quod supra, l. II. Ann. c. 38. 'Urgere modestiam senatus, eandem vim in me transmittere,' &c. *Gruterus.*

[i] *Plerumque iniquas*] A pravis causis animisque ortas, non ex merito meo. *Lipsius.*

[j] *Remissa Ædilibus*] Hic, *remissa,* non est, omissa vel neglecta, sed potius, permissa vel rejecta, quasi dicat: reliquerunt Ædilibus, ut ipsi suum munus curarent, quandoquidem neque princeps neque senatus quicquam super eo negotio statuere volebant. Atque ipsorum ædilium alioqui cura erat, ut annonæ præessent.

Eam quoque significationem esse verbo, *remittere,* notat Lipsius ex Cujacii observationibus, in verbis, 'Remisit Cæsar arroganti moderatione.' Ann. l. I. Eodem sensu Tacitus l. III. 'Integramque causam ad senatum remittit.' *Pichena.*

Ambiguum sensum parit vox *remissa:* nam potest intelligi, tanquam ædilibus permissa fuisset; sic supra 18. 'Remisit Cæsar arroganti moderatione.'

Sed ratio suadet, ut potius interpretemur gratiam ejus curæ factam ædilibus: quomodo enim ipsis permissa intelligi potest, quam illi jam ad senatum, hic ad principem detulerant: quamque ipse princeps, ut nimis invidiosam gravemque, declinabat? *Freinshemius.*

Remissa] Ambigua illa vox, et duo importat, nempe et rejectam talem curam ad ædiles, simul et illis veniam ejus datam: ita rejecta res est, ut curæ talis gratia ipsis fieret; et puto distinguendum inter *remissa ædilibus,* et *remissa ad ædiles;* hoc ultimum idem importat, quod *rejecta ad ædiles.*

At cum dicit, *remissam* curam ædilibus, innuit veniam seu gratiam talis curæ ipsis factam esse. *Remittere,* id est, relaxare, indulgere; et sic vere

luxusque mensæ,[k] a fine Actiaci belli ad ea arma, quis Ser. Galba rerum[1] adeptus est,[l] per annos centum profusis sumtibus exerciti, paulatim exolevere. Causas ejus mutationis quærere libet. Dites olim[m] familiæ nobilium, aut claritudine insignes, studio magnificentiæ prolabebantur: nam

paratusque epularum celebrati a pugna Actiaca, centum per annos, immenso luxu, usque ad ea bella, quibus Ser. Galba imperium vindicavit, sensim consenuere. Rationes istius vicissitudinis investigare juvat. Locupletes olim patriciorum domus, vel fama illustres, cupidine splendoris subvertebantur: quippe adhuc fas erat popu-

1 Quidam emendant, *rempublicam*. Immerito. Archaismus enim est, ut recte observat Lipsius; sic infra Annal. VI. 45. *dum dominationis apisceretur*. Brotier.

NOTÆ

explicuimus etiam illa verba l. I. 'Remisit Cæsar arroganti moderatione,' id est, non permisit proprie, sed relaxavit, indulsit, se flexit, ut permitteret. Ita et hic, *remissa*, id est, relaxata, seu data venia talis curæ ædilibus, luxum illum divitum coërcendi.

Itaque sic distinguendum putem; *remissa* est Ædilibus cura coërcendi luxum procerum; simul et ad eos *rejecta*, ut in ganeas et propinas plebis eam pro munere exercerent.

Vel, si vis, rejecta, remissa illis talis cura quocumque modo, et indistincte, nempe ut potestate sua uterentur, eo modo quo possent et soliti essent. Quæ potestas, cum destituta auctoritate primorum et principis esset, luxus duravit a fine belli Actiaci, usque ad motus civiles, quibus imperium orbemque vindicavit Galba.

Remissa] Decretum, ne ædiles ea de re soliciti essent, ad eam ne curam *in proceres* muneris sui ratione teneri putarent. *Freinshemius*.

[k] *Luxusque mensæ*] De tali luxu Plin. IX. 17. 'Asinius Celer e consularibus, hoc pisce, (*Mulleo,*) prodigus, Caio principe, (*alii legunt*, Claudio,) unum mercatus octo millibus nummum, (*sunt* 200 *coronati, seu* 600 *libræ,*) quæ reputatio aufert transversum animum ad contemplationem eorum, qui in conquestione luxus, coquos emi singulos pluris, quam equos quiritabant. At nunc coqui triumphorum pretiis parantur, et coquorum pisces. Nullusque prope jam mortalis æstimatur pluris, quam qui peritissime censum domini mergit.'

[l] *Quis Sergius Galba rerum adeptus est*] Galba oblatam a Tarraconensibus coronam auream librarum XV. conflavit, et tres uncias, quæ ponderi deerant, exigi jussit: apposita largiore cœna ingemuit.

Ordinario dispensatori breviarium rationum afferenti paropsidem leguminis pro sedulitate ac diligentia porrexit. Cano autem choraulæ mire placenti denarios quinque donavit, prolatos manu sua e peculiaribus loculis suis. Suet. Galb. 12.

[m] *Olim*] Intelligo de vetere Repub. etiam et de ævo Augusti, quo nondum cædibus sæviebatur. At sub Claudio et Nerone præcipue, *magnitudo famæ exitio* fuit, unde *ad sapientiora convertere*.

etiam tum plebem, socios, regna colere,[n] et coli licitum: ut quisque opibus, domo,[o] paratu speciosus, per nomen et clientelas[p] illustrior habebatur: postquam cædibus sævitum, et magnitudo famæ exitio erat,[q] ceteri ad sapientiora[r]

lum, socios, reges celebrare et celebrari: prout quisque divitiis, ædibus et sumtu splendidus, per famam et amicitias clarior existimabatur: at ubi cæde nobilium exhausta civitas, cum proceres interfecti sunt malitia principum, et amplitudo nominis perniciei fuit; ceteri ad prudentiora consilia flexere. Etiam novi homines e

NOTÆ

[n] *Plebem, socios, regna colere*] Sic apud Dionem XLV. Augustus ludos edidisse dicitur, 'ut plebem demereretur.' Neque ad solam liberalitatem id hic cum nonnullis restringi debet: quippe omnis generis artes, officia, beneficia, quibus animi conciliari possunt, complectitur. *Freinsh.*

Plebem] Ad rem Val. Max. l. VII. 'Q. Ælius Tubero, a Q. Fabio Max. epulum populo, nomine P. Africani patroni sui, dante, rogatus, ut triclinium sterneret, sacculos Punicanos pellibus hœdinis stravit: et pro argenteis vasis Samia exposuit. Cujus rei deformitate sic omnes offendit, ut cum alioqui vir egregius haberetur, comitiisque prætoriis candidatus in campum L. Paulo avo, et P. Africano avunculo nixus, descendisset; repulsa inde notatus, abierit. Nam ut privatim semper continentiam probabant, ita publice maxima cura splendoris habita est.'

Socios] Cic. in Divinatione: 'Clarissimi viri nostræ civitatis temporibus optimis, hoc sibi amplissimum, pulcherrimumque ducebant: ab hospitibus clientibusque suis, ab exteris nationibus, quæ in amicitia populi Rom. ditioneque essent, injurias propulsare, eorumque fortunas defendere.' Hoc jus personale, et hæreditarium fuit.

[o] *Domo*] Intelligi possit de nobilitate et splendore; sed ad verbum sume hic, de ipsa *domo*, quæ magnorum multorumque hospitum capax esset. Vide Cic.

[p] *Clientelas*] Plutar. in Tito: 'Sic servati Chalcidenses præclarissima et amplissima ornamenta seu anathemata, quæ apud ipsos erant, Tito Flaminio dicarunt, quorum inscriptiones tales adhuc videre licet: Populus Tito et Herculi Gymnasium.'

Et rursus: 'Populus Tito et Apollini Delphinium. Adhuc ævo nostro suffragiis eligebatur sacerdos Titi, et sacrificantes illi, dum libationes fiunt, cantant Pæanem in ejus laudem compositum.'

Siculi Marcellum patronum adoptarant, eique sacrificabant, quoties Siciliam intraret. Plut. in Marcello: 'Hanc legem tulerunt, ut quoties veniret in Siciliam Marcellus, vel aliquis posterorum illius, coronis redimiti Syracusani Diis rem sacram facerent.'

[q] *Magnitudo famæ exitio erat*] Aliter sub *optimo* principe Trajano. Plin. Paneg. 'Tutum est reverentiam, tutum charitatem mereri. Nec ducum quisquam, aut non amari a militibus, aut amari timet, et inde offensæ gratiæque pariter securi instant operibus, adsunt exercitationibus, arma, mœnia, viros aptant. Quippe non is princeps, qui sibi imminere, sibi intendi putet, quod in hostes paretur: quæ persuasio fuit illorum, qui hostilia cum facerent, timebant.'

[r] *Ad sapientiora*] Ceteri aliorum pe-

convertere: simul novi homines e municipiis et coloniis atque etiam provinciis, in Senatum crebro assumti, domesticam parcimoniam intulerunt: et, quanquam fortuna, vel industria, plerique pecuniosam ad senectam pervenirent,[2] mansit tamen prior animus. Sed præcipuus astricti moris auctor Vespasianus fuit, antiquo ipse[s] cultu victuque: obsequium inde in Principem[t] et æmulandi amor, validior quam pœna ex legibus et metus. Nisi forte rebus cunctis inest quidam velut orbis,[u] ut, quemadmodum temporum vices, ita morum vertantur: nec omnia apud priores meliora,[v] sed nostra quoque ætas multa laudis et artium, imitanda poste-

municipiis, et coloniis, atque etiam e provinciis in curiam asciti, sæpe provincialem severitatem invexere, et licet casu, vel ingenio multi opulentam ad senectutem proveherentur, duravit tamen prius institutum. Sed maximus antiquæ parcimoniæ vindex et assertor Vespasianus fuit, prisco ipse cultu victuque: hinc obsequentia in Cæsarem et imitandi ardor, acrior firmiorque quam mulcta ex sanctionibus et timor. Nisi forsitan rebus omnibus inest quidam veluti circulus, ut quemadmodum tempestates vicissim revolvuntur; ita et animorum habitus statis temporibus immutentur: nec cuncta apud veteres feliciora, sed nostrum etiam ævum plurima gloriæ et inge-

2 Mallet Ernestus, *pervenissent*, vel *pervenerant*. Grammatice. Sed haud ita diligens Tacitus. *Idem.*

NOTÆ

riculis edocti, omisso magnificentiæ studio, sapientiora consilia secuti sunt.

[s] *Antiquo ipse*] Cum ipse victu amictuque veterum frugalitatem exprimeret.

Antiquo ipse cultu] Vertit clar. Harlæus: cum ipse antiquum suum vivendi vestiendique morem retinuisset. Non hoc vult Tacitus, sed antiquam parcimoniam moresque majorum servasse illum, neque novo luxui indulsisse.

[t] *Obsequium inde in Principem*] Panegyristes ad Theodosium: 'Tuæ, Imperator, epulæ mensis communibus parciores: hinc certatim in omnes luxuriæ pudor, parcimoniæ cultus inolevit: et quiescentibus legum minis, subiit quemque (*ita lego*) privatim pœnitentia.' *Lipsius.*

[u] *Velut orbis*] Posset tamen dici, fatali quadam periodo, eam morum mutationem intervenisse. Inest enim cunctis rebus, velut orbis et circulus quidam, ita ut, sicut temporum vices volvuntur, aliæque anni partes aliis succedunt; ita morum quoque conditio subinde commutetur.

[v] *Meliora*] Hoc dicit, quia etiam suo ævo parcimonia, et antiqui bonique mores revocati, iterumque virtutes florebant, ut apud veteres, et etiam relictum posteris quod imitarentur, non solum quod ad mores virtutesque spectat, sed etiam quoad decus artium. Puto, hic intelligit *bonas artes* quascunque, non tantum virtutes.

ris, tulit. Verum hæc nobis * majores certamina[w] ex honesto maneant.[3]

56. Tiberius, fama moderationis parta, quod ingruentes accusatores represserat, mittit literas ad Senatum, quis 'potestatem Tribuniciam' Druso petebat. Id summi fasti-

niorum æmulanda nepotibus reliquit. Verum hæc nobis priores exhibuere; *maneat æmulatio ex decore et egregio.*

Tiberius clementiæ laudem adeptus, quod sævientes delatores coërcuisset, componit epistolam ad Patres, qua dignitatem tribuniciam *Druso postulabat. Illud*

3 Sic in editione principe legitur. Sana omnia, et orationem ad majores converti existimant Heinsius et Salinerius. Ceteri vitiata putant, et emendare student. Corrigit Lipsius, *in majores:* Rhenanus, *erga majores:* Faërnus, *adversus majores:* Acidalius, *quorum hæc nobis in majores.* Viam aliam, et perspicaci suo ingenio dignam, iniit Illustr. Huetius: 'quid si legamus,' inquit, *verum hæc nobis major res,* 'hoc sensu: Verum in pristina honestate retinenda vel recuperanda plus nobis erit laborandum, quod plura luxus et corruptelæ exempla habeamus.' At felicior Boxhornius egregie distinxit: *Verum hæc nobis majores. Certamina ex honesto maneant.* Hæc nobis majores ab Actiaca victoria ad Galbam luxus, a Galba ad nos parcimoniæ exempla reliquere. Non ex luxu, sed ex honesto certamina maneant. *Brotier.* Sensus postulat ut legatur cum Vertranio: *Verum hæc nobis in majores c. e. h. m.* id est, sed his non tam gloriandum nobis est quam optandum ut longum duret hæc pulchra æmulatio, et semper cum majoribus de virtute certemus. *Ryckius.*

NOTÆ

[w] *Verum hæc nobis majores certamina*] Sic distingue: *Verum hæc nobis majores; certamina ex honesto maneant.* Plane ad eam formam, qua alibi Tac. 'Maneat gentibus, si non amor nostri, saltem odium sui.' Ann. xv. 'Maneat provincialibus, potentiam suam tali modo ostentandi.' Sententia est: ceterum hæc immensi luxus a fine Actiaci belli usque ad principatum Galbæ, et dein parcimoniæ exempla reliquere nobis nostri majores: nos ea, quæ in eorum moribus honesta sunt, sequi, æmulari, etiam et superare conemur. *Boxhor.*

Verum hæc] Atque utinam nobis honesta hæc cum majoribus certatio constans et perpetua sit. *Freinsh.*

Verum hæc nobis majores] Alii aliter legunt, *Verum hæc nobis in majores certamina ex honesto maneant.* Alii: *erga majores: adversus majores.* Omnes fere eodem sensu. Sed nihil hic deesse puto, sic capio. *Verum hæc nobis majores* tulere; quod supplendum ex præcedenti voce, *tulit:* sic sæpe Tac. brevitatis amans parcit verbis.

Verum hæc] Quasi diceret; Veruntamen hoc imperium majores, has opes nobis sua virtute paravere. Hæc exempla laudis et artium protulere; nobis cum illis maneat certamen seu emulatio de decore, de virtute, laude, et bonis artibus; non de luxu aut prodigentia, vel aliis ejusmodi flagitiis.

Verum hæc] Habuere veteres sua decora, sed non omnia meliora. Nostra etiam ætas multa laudis et artium exempla protulit; de his certandum nobis est cum majoribus, non de luxu et prava libidine.

Verum] Vertit Harlæus: verum omittam hæc de honesto certamina

gii vocabulum[x] Augustus reperit,[y] ne 'Regis,' aut 'Dictatoris' nomen assumeret, ac tamen appellatione aliqua cetera imperia præmineret. M. deinde Agrippam socium ejus potestatis; quo defuncto, Tiberium Neronem delegit, ne successor[z] in incerto foret: sic cohiberi pravas aliorum spes[a] rebatur: simul modestiæ Neronis,[b] et suæ magnitu-

principalis fortunæ nomen invenit Augustus, ne regis *aut* dictatoris *vocabulum usurparet; ac tamen titulo aliquo ceteras dignitates anteiret: deinde M. Agrippam consortem istius potestatis* assumsit; *quo extincto, Tiberium Neronem ascivit, ne* imperii *hæres in dubio foret. Sic existimabat coërceri improbas aliorum cupidines: etiam*

NOTÆ

quæ inter nos et majores nostros intercedunt; non satis apte ad mentem Taciti.

[x] *Id summi fastigii vocabulum*] Is *summi fastigii* titulus principi; sed Cæsaribus, id est, filiis, et generis principum hic primus et supremus gradus fuit ad summum fastigium, seu imperium.

Summi fastigii] Eo vocabulo summus in Repub. honorum atque potentiæ apex intelligebatur ex Augusti instituto. *Freinsh.*

Qui ad hunc honorem evehebantur, sub principe consortes erant tribuniciæ dignitatis, nondum autem principatus. In principe id fuit vocabulum et decus quo distingueretur et præcelleret ceteris potestatibus; at in aliis fuit summus gradus ad principatum et successionem, et quo distingui etiam inciperent ab aliis proceribus. Primus id decus habuit sub Augusto M. Agrippa gener illius, dein illo mortuo Tiberius, qui Juliam Augusti filiam, et Agrippæ viduam duxerat. Dabatur ea dignitas in quinquennium, dein renovabatur pro nutu principis.

[y] *Augustus reperit*] Ita cum Tacito plerique scriptores. At tradit Dio, 'Cæsarem admisisse, ut Dictator in integrum annum diceretur, et tribuniciam potestatem per omne ævum haberet.'

Non ergo *vocabuli* auctor Augustus. Sed verum est, Cæsarem eo titulo publice non usum: usus est primus Augustus, et dedit ei splendorem, sicque origo ejus vere refertur ad ipsum. *Lips.*

[z] *Ne successor*] Nempe quia is gradus ultimus ad imperium, et veluti dispositio prærequisita. Vide post excursus Lipsii Mercerum.

[a] *Pravas aliorum spes*] Sic multis subsidiis munimentisque principatum firmabat; nec certe tam legionibus, quam filiis et certis successoribus munita principis auctoritas.

Pravas aliorum] Sic improbas spes posse coërceri putabat, eorum qui vel post mortem ipsius, tanquam orbam et vacuam rempub. invadere, vel etiam in ipsum florentem conspirare poterant, &c.

[b] *Modestiæ Neronis*] Sive veræ, sive fictæ, certe paucissimi illum imperare voluissent, præ Augusto, præ sanguine Augusti. Is quippe malis artibus Liviæ arrepebat principatui, ideo hæc novercali arte filios Augusti subverterat aut necarat.

Puerum ipse præceptor subinde objurgabat, appellabatque πηλὸν αἵματι πεφυραμένον, *Lutum sanguine maceratum;* quem mater ne quidem amavit: 'dispeream, si te mater amare potest.' Vox Augusti per cubicularios excepta: 'miserum popu-

dini[c] fidebat. Quo tunc exemplo Tiberius Drusum summæ rei admovet: cum, incolumi Germanico, integrum inter duos judicium[d] tenuisset. Sed principio literarum veneratus Deos, 'ut consilia sua Reip. prosperarent,' modica de moribus adolescentis, neque in falsum aucta, retulit: 'esse illi conjugem et tres liberos, eamque ætatem,[e] qua ipse quondam[f] a D. Augusto ad capessendum hoc munus vocatus sit. Neque nunc propere, sed per octo annos capto experimento, compressis seditionibus,[g] compositis bellis,[h] triumphalem[i] et bis Consulem, noti laboris participem sumi.'

57. Præceperant animis orationem[j] Patres; quo quæsi-

moderationi Tiberii, et suæ amplitudini confidebat. Quo tunc instituto, Tiberius ad supremum fastigium sensim promovet Drusum; cum florente Germanico incertam inter utrumque mentem retinuisset. Sed initio epistolæ precatus Deos, ut cœpta sua reip. secundarent, *pauca de ingenio juvenis disseruit; neque in falsum adaucta:* Esse illi uxorem et tres filios, eamque ætatem, qua ipse olim a D. Augusto ad suscipiendam hanc dignitatem accitus sit. Neque nunc festinanter, sed octo annis, multo rerum usu exercitum, compositis dissensionibus, sedatis bellis, triumphalem et bis consulem, compertæ curæ consortem asciri.

Jam ante meditati sententiam erant Patres; hinc major et ornatior assentatio

NOTÆ

lum Rom. qui sub tam lentis maxillis erit.' Suet. Tib.

Modestiæ Neronis] Eum certe oderat Augustus, multaque de cultu habituque ejus, quasi excusaret, publice exprobraverat, sed vel necessitate rerum, vel precibus Liviæ fatigatus, et quia deerant sibi filii, eum tandem delegit, non tamen sine tædio et angore animi.

c *Magnitudini*] Eam enim, tum in sua magnitudine atque auctoritate, tum in Tiberii modestia, fiduciam habebat, ut neque ausurum illum quicquam adversus sese crederet, et si vellet; neque moturum esse, etiam si facultas et occasio adesset. *Freinsh.*

d *Integrum inter duos judicium*] De utrovis, quem successorem destinaret, incertum et adhuc cogitandum reliquerat.

e *Eamque ætatem, qua*] Egit ergo Drusus tunc trigesimum sextum annum. Nam Tiberius natus est L. Munatio Planco, M. Lepido iterum coss. anno urbis 712. A quo die, anni medii triginta sex ad Tribuniciam ejus potestatem; quæ delata ipsi, anno urbis 748. *Lipsius.*

f *Qua ipse quondam*] Primo in quinquennium electus est Tiberius consors tribuniciæ potestatis, dein in aliud quinquennium prorogata illa potestas; ita ut etiam tribunitiæ potestatis compos esset, cum ad imperium evectus est, adoptione et testamento Augusti.

g *Seditionibus*] Pannonicis, nempe.

h *Bellis*] Illyrici et Germaniæ, Maroboduo subverso, receptoque in fidem.

i *Triumphalem*] Ob Marobodnum deditum, ovans Urbem inierat.

j *Præceperant animis orationem*] Fere omnes ita sentiunt Senatum, antequam hæc proponerentur, odoratum fuisse quid esset petiturus Tiberius. Quod quidem verum est: sed non eo

tior[k] adulatio fuit: nec tamen repertum, nisi, 'ut effigies Principum,[l] aras Deum, templa et arcus,' aliaque solita censerent: nisi quod M. Silanus ex contumelia Consulatus honorem Principibus petivit: dixitque pro sententia, 'ut publicis privatisve[1] monumentis, ad memoriam[m] temporum, non Consulum nomina præscriberentur, sed eorum, qui Tribuniciam potestatem gererent.' At Q. Haterius[2] cum, 'ejus diei Senatus consulta aureis literis[n] figenda in curia,'

fuit. Nec tamen aliud inventum est, nisi ut *decernerent* imagines Cæsarum, altaria numinum, delubra, et arcus, *aliaque solennia: nisi quod M. Silanus ex injuria consulum, decus imperatoribus quæsivit; promsitque hanc sententiam,* ut actis publicis privatisve, ad historiam annorum, non vocabula consulum præscriberentur; sed eorum qui tribuniciam dignitatem obtinerent. *At Q. Haterius, cum disseruisset* decreta Patrum hujus diei aureis characteribus inscul-

1 Ita veteres et recentes editiones. In mediis quibusdam, *privatisque.* Quod Mureto quoque placebat. *Brotier.* Muretus, Acidalius, et Pichena malunt, *privatisque.* Si tamen subintelligatur, *vel* ante *τὸ publicis,* non videtur mutatione opus. *Ryckius.*—2 Beroaldus aliique veteres, *atque Haterius.* Op-

NOTÆ

respici puto his verbis; quin potius ulterius aliquid innui, scil. sentientes jam antea, de qua re referendum esset, præcepisse animis orationem, hoc est, præparatos præmeditatosque, quid censerent, accessisse. Quibus omnino respondent, sequentia; 'quo quæsitior adulatio fuit.' *Freinsh.*

Utrumque præceperant Patres, et quid rogaturus esset Tiberius, et quid, aut quo modo conserent, cum rem consules referrent, nomine principis: sed hic Tacitus præcise tantum de præmeditata oratione Patrum intelligit.

[k] *Quo quæsitior*] Quia res ea differebatur fama a morte Germanici, quia proceres illi perrumpebant arcana dominationis, aut etiam quia imperitantes rem sic ultro produnt vulgantque ut eorum voluntates introspiciant, vel etiam ut eos ad approbanda placita sua disponant; etiam quia pauca arcana sunt principum quæ non evulgentur a purpuratis gratiosis.

[l] *Effigies Principum*] An Augusti et Tiberii principum? num potius Tiberii et Drusi qui florebant? sed tamen Drusus nondum princeps, licet jam principatum proxime tangens, ita ut certus princeps haberetur. Potuit tamen statui in Drusi decus, quod postea in gratiam Sejani, qui simul pingebatur, adorabaturque cum Cæsare.

Aras] Sic fere in omni eventu insigni aras dicabant in decus et rei memoriam, in honorem Deorum tamen; sed ita ut monumenta essent rei feliciter gestæ, vel fausti eventus.

Templa, arcus] Puta, *templa* in honorem Deorum, non principum, ut et aras; sed *arcus* puto, in decus Tiberii Drusique decretos structosque.

[m] *Ad memoriam*] Quia nempe nomen consulum præscribebatur omnibus actis publicis privatisque, ut notaretur annus, temporumque sic fieret distinctio.

[n] *Senatus consulta aureis literis*] Ve-

censuisset, deridiculo[o] fuit senex fœdissimæ adulationis, tantum infamia usurus.[3]

58. Inter quæ, provincia Africa Junio Blæso prorogata, Servius Maluginensis, Flamen Dialis, ut Asiam sorte haberet,[1 p] postulavit, 'frustra vulgatum,' dictitans, 'non licere

penda in senatu esse, *irrisui fuit senex, turpissimæ assentationis solummodo ignominia fruiturus.*

Cum interea proconsulare imperium Africæ Junio Blæso prorogatum esset, Servius Maluginensis flamen Dialis petivit, ut Asiam sorte obtineret, disserens, temere

---

time Lipsius et recentiores, *At Q. Haterius.* Brotier.—3 Frustra tentat Heinsius, *ausurus.* Idem.

1 Gronovius emendat, *Asiæ sortem haberet.* Nec male, si tamen locus emendatione indigeat. Licet enim duæ illæ provinciæ, Asia et Africa, sorte haberentur, ac proinde, prorogata Asia, nulla jam pro Asia sors esset, potuit tamen Servius postulare, ut, tanquam consularium antiquissimus, Asiam sorte

NOTÆ

tere Repub. plebiscita ære figebantur, ita et ævo principum senatusconsulta. Infra, 'ipsis in templis figere æra, sacrandam ad memoriam,' et sic alibi, æneis tabulis hæc incisa et insculpta.

At nunc Haterius, audaciori assentatione, vult senatusconsulta hæc inscribi non ære, sed auro, id est, aureis tabulis, non æreis, quod vulgare fuit. Sed hunc deridet Tiberius, prisci moris tenax, 'arguens insolentiam sententiæ, aureasque literas;' et quemadmodum dicebant veteres, *figere æra,* ita et ille, *aureis literis figenda in curia* Senatusconsulta censebat, &c.

o *Deridiculo*] Et tanto magis, quod vir provectæ jam ætatis, ad tam fœdam adulationem provectus esset.

p *Ut Asiam sorte haberet*] Asia et Africa in sortem mittebantur: et de illis sortiebantur duo consularium vetustissimi: sed Africa tum temporis sine sorte prorogabatur Junio Blæso; ergo et citra sortem vetustissimo consularium cedebat Asia.

Is erat Ser. Cornelius Maluginensis: eoque postulabat, *ut Asiæ sortem haberet.* Ita puto scripsisse Tacitum, et intelligo Asiam provinciam.

Quod miror, non animadvertisse Mercerum, qui dicit, eum etiam qui sine sorte haberet, *sorte obtinere,* dictum esse.

Nusquam hoc, sed *sortem,* hoc est provinciam, quæ sorte dabatur ex more. *Ut Asiæ sortem haberet,* id est, ut Asiam alteram provinciarum, quas sortirentur consulares, quando altera earum Africa Junio Blæso prorogata esset, et sic neutra in sortem mitteretur, ipse istam ante omnes alios consulatu functus, citra sortem haberet. Quam etiam nactus esset, nisi Diale Flaminium obstitisset.

Ideo sequenti cap. 71. 'Ita sors Asiæ in eum, qui consularium Maluginensi proximus erat, collata.' Provincia nimirum Asia, sine sortitu. Neque his adversantur illa: 'porro si hi duxissent provincias,' quæ primus recte cepit Mercerus.

Loquitur enim ut pro more, atque ex instituto fiebat, nisi aliquid præter ordinem statuendum esset.

Nam si Dialibus Flaminibus sortiri concessum esset, sequebatur, ut quo-

Dialibus egredi Italia:[q] neque aliud jus suum, quam Martialium Quirinaliumque[r] Flaminum: porro, si hi duxissent[s]

creditum in vulgus, nefas esse Dialibus abscedere Italia, neque aliud sibi fas, quam Martialibus et Quirinalibus Flaminibus: at si illi sortiti fuissent pro-

haberet. Eam enim ipsi sors permittebat. *Brotier.*—2 Perperam emendatur, *direxissent*, *rexissent;* vel *duxissent*, pro *sorte duxissent* accipitur. Melius Rutgersius, Venusin. Lectiones c. 25. observat, *ducere* hic usurpari ut a

NOTÆ

ties sine sorte transibat alterutra harum provinciarum ad primum consularium, si Flamen is Dialis esset, non posset excludi. *Gronovius.*

Ut Asiam sorte haberet] Quandoquidem jam data seu prorogata erat Africa Blæso, tum Maluginensis, ut pote vetustissimus consularis, non opus habuit sortiri Asiam, sed eam habere debuit sine sorte.

Igitur hic Tac. pro more communi loquitur, quia istæ provinciæ Asia et Africa sorte obtinebantur; sed cum hic nihil opus sorte sit, Africa jam occupata, *Asiam sorte habere, et habere Asiæ sortem*, et habere Asiam, unum et idem est.

Ut supra: 'Asiæ sorte depellendum;' id est, *Asia provincia abdicandum, privandum.* Vel, si vis, *Asiam sorte haberet*, id est, suo loco et ordine Asiam obtineret; *suo ordine*, nempe, quia tum vetustissimus consularium erat et solus, et haud dubie illam obtinuisset, nisi sacerdotium obstaret. Recte juxta Mercerum, is dicebatur etiam *sorte habere* provinciam, qui eam etiam sine sorte obtineret; nam quia sic vulgo, pro more sors interveniebat, ita et etiam vulgo loquebantur, et præcipue hoc Taciti loco, licet sors aut urna non esset adhibita; idque per accidens fuit, sorte quippe, ex more, deligi proconsul debuit. Et erat etiam tum aliqua sors, quod prorogata esset Africa alteri consulari, et etiam quod vetustissimus consularium esset ipse Maluginensis. Sed de ea sorte non agitur hic.

[q] *Dialibus egredi Italia*] Adeo non egredi, ut nec urbe abesse iis liceret una nocte; quod lege in Camilli oratione, apud Livium, l. v. 'Flamini diali,' inquit, 'noctem unam manere extra urbem nefas est.' *Lipsius.*

[r] *Martialium Quirinaliumque*] Atqui ne his quidem antiquitus egredi Italia concessum. Valerius I. 1. 'Metellus vero Pont. Max. Postumium consulem, eundemque Flaminem Martialem, ad bellum gerendum Africam petentem, ne a sacris discederet, multa indicta, urbem egredi passus non est, Religionique summum imperium cessit.'

Epitoma Livii, XIX. 'Cæcilius Metellus Pont. Max. A. Postumium consulem,' quoniam idem et Flamen Martialis erat, in urbe tenuit, nec passus est a sacris recedere.

Et de Quirinali, Livius l. XXXVII. 'Priusquam in provincias Prætores irent, certamen inter P. Licinium Pont. Max. fuit et Q. Fabium Pictorem Flaminem Quirinalem, quale Patrum memoria inter L. Metellum et Postumium Albinum fuerat. Religio ad postremum vicit et dicto audiens esse Flamen Pontifici jussus.'

Eadem cærimonia Pontificem Max. tenuisse videtur ex Liviana Epitome LIX. 'Adversus eum P. Licinius Crassus consul, cum idem Pont. Max. esset, quod nunquam antea factum

provincias,[s] cur Dialibus id vetitum? nulla de eo Populi scita, non in libris cærimoniarum reperiri. Sæpe Pontifices Dialia sacra fecisse, si Flamen valetudine aut munere publico impediretur: duobus et septuaginta annis[t] post Cornelii Merulæ[u] cædem neminem suffectum; neque tamen cessavisse religiones. Quod si per tot annos possit non creari, nullo sacrorum damno, quanto facilius afuturum ad unius anni Proconsulare imperium? Privatis olim simulta-

vincias, quare Dialibus id prohibitum? nulla de ea re plebiscita, neque in commentariis rituum inveniri. Sæpe Pontifices Dialium sacra celebrasse, si Flamen ægritudine aut officio publico distineretur: nullum surrogatum Dialem esse duobus, et septuaginta annis, post necem Cornelii Merulæ, neque tamen cærimonias desiisse. Quod si tot per annos possit non eligi Dialis, nullo religionum detrimento; quanto facilius profecturum illum ad annuam provinciæ administrationem? Privatis quondam offensionibus accidisse, ut

Thucydide ceterisque Græcis ἡγεῖσθαι, *regere*. Idem.

NOTÆ

erat, extra Italiam profectus, victus et interemtus est.' Sed scire licet, quædam ex his cum ævo mutasse: alias aperte falsis exemplis se juvet hic Flamen. *Lipsius.*

[s] *Duxissent provincias*] Id est, sortiti essent, sorte duxissent, quod idem prorsus est ac si diceret, Si hi in provincias populi Romani issent; nam earum perpetua nota sors, adeo ut, etiam si aliqua occasio fiat, ut in eas eatur sine sorte, tamen *sorte obtineri* dicantur: ut supra de Lepido; etiam *Asiæ sorte depellendum;* cum, provincia Africa extra ordinem data, Asia illi sine sorte restaret regenda. Ita hic Maluginensis petit, ut sibi liceat sorte Asiam habere, cum, eadem Africa extra ordinem Blæso continuata, sine sorte eam habiturus esset, si fas ei egredi pomœrio: et in fine libri: 'ita sors Asiæ in eum, qui consularium Maluginensi proximus erat, collata.' *Mercerus.*

[t] *Duobus et septuaginta annis*] Constat ratio. Nam Merula interfectus, anno urbis 668. Suffectus Flamen novus ab Augusto, anno urbis 744. Notat Dio l. LIV. 'Et hoc ipso tempore sacerdos Jovis primum post Merulam electus est.'

Non turbat, quod Julius Cæsar Flamen Dialis destinatus fuerit, teste Suetonio c. 1. quia tantum destinatus, et a Sylla eodem Sacerdotio mox multatus est.

Facit huc Suetonii illud, c. 31. in Augusto: 'Nonnulla ex antiquissimis cærimoniis paulatim abolita restituit, ut salutis augurium, Diale Flaminium.' *Lipsius.*

[u] *Merulæ*] Teste Velleio II. 22. 'Merula autem, qui se sub adventum Cinnæ consulatu abdicaverat, incisis venis, superfusoque altaribus sanguine, quos sæpe pro salute Reipub. Flamen dialis precatus erat Deos, eos in execratione Cinnæ partiumque ejus tum precatus, optime de Repub. meritum spiritum reddidit.'

Sic et Appianus l. I. bell. civil. 'Merula quidem venas abscidit sibi, tabulaque illi apposita ostendebat, ipsum priusquam secaret venas, api-

tibus effectum, ut a Pontificibus Maximis[v] ire in provincias prohiberentur: nunc, Deum munere, summum Pontificum etiam summum hominum[w] esse, non æmulationi,[3] non odio, aut[4] privatis affectionibus obnoxium.'

59. Adversus quæ cum Augur Lentulus aliique varie dissererent,[x] eo decursum est, 'ut Pontificis Max. sententiam opperirentur.' Tiberius, dilata notione de jure Flaminis, decretas ob Tribuniciam Drusi potestatem cærimonias temperavit; nominatim arguens 'insolentiam sententiæ, aure-

vetarentur Diales a Pontificibus Maximis proficisci in provincias: nunc beneficio Deorum, summum Pontificum simul et summum esse mortalium, non invidiæ, non offensioni, aut privatis affectibus addictum.

Contra ea cum augur Lentulus, et alii alia censerent, eo deventum est, ut expectarent sententiam Pontificis Maximi. *Tiberius prolata cognitione de jure Dialis, sancitis ob tribuniciam Drusi dignitatem honoribus, modum adhibuit; præcipue increpans*, novitatem sententiæ Q. Haterii, aureosque characteres præter in-

3 Optime Muretus. Male in veteribus editionibus, *æmulatione*. Brotier.—
4 Acidalius omittebat, *aut*. Retineri potest. *Idem*.

NOTÆ

cem seu pileum deposuisse; neque enim fas erat, Flaminem pileo redimitum mori.'

[v] *Ut a Pontificibus Maximis*] Liv. XXXVII. 'Priusquam in provincias prætores irent, certamen inter P. Licinium Pontificem Max. fuit, et Q. Fabium Pictorem Flaminem Quirinalem, quale patrum memoria, inter L. Metellum et Postumium Albinum fuerat.' Consulem illum cum C. Luctatio collega, in Siciliam, ad classem proficiscentem, ad sacra retinuerat Metellus Pontifex Max. prætorem hunc, ne in Sardiniam proficisceretur, P. Licinius tenuit; et in Senatu et ad populum magnis contentionibus certatum est, et imperia inhibita ultro citroque, et pignora capta, et mulctæ dictæ, et Tribuni appellati, et provocatum ad populum est. Religio ad postremum vicit, et dicto audiens esse Flamen Pontifici jussus, et mulctæ ex jussu populi remissæ; ira provinciæ ereptæ, prætorem magistratu abdicare se conatum, patres auctoritate sua deterruerunt, et ut jus inter peregrinos diceret decreverunt.

[w] *Summum hominum*] Seneca de ira III. 6. 'Pars superior mundi, et ordinatior, ac propinqua sideribus, nec in nubem cogitur, nec in tempestatem impellitur, nec versatur in turbinem; omni tumultu caret: inferiora fulminant. Eodem modo sublimis animus, quietus semper, et in statione tranquilla collocatus, intra se premens quibus ira contrahitur, modestus, et venerabilis, et compositus: quorum nihil invenies in irato.' Sublimis illa sapientia, *sublimis ille animus*, quam principes decet, qui *propinqui sideribus!*

Summum] Nunc Pontificem Max. qui et ipse princeps et summus mortalium, ut et pontificum, etiam omni affectu privato superiorem esse.

[x] *Varie dissererent*] Id est, multa diversaque censerent, haud dubie et inter se opposita.

asque literas contra patrium morem.' Recitatæ et Drusi epistolæ, quanquam ad modestiam flexæ, pro superbissimis accipiuntur: 'Huc decidisse[1] cuncta, ut ne juvenis quidem,[y] tanto honore accepto, adiret urbis Deos, ingrederetur Senatum, auspicia saltem gentile[z] apud solum inciperet? Bellum[2] scilicet,[a] aut diverso terrarum distineri,[3] littora et lacus Campaniæ cum[4] maxime peragrantem: sic imbui rectorem generis humani: id primum e paternis consiliis[b]

stituta majorum. *Lectæ etiam* in senatu sunt *Drusi literæ, quæ licet in comitatem compositæ, pro arrogantissimis sumuntur:* eo devenisse omnia, ut adolescens tanta dignitate auctus, ne quidem adiret templa et Deos civitatis, aut introiret curiam; saltem honoris hujus auspicia patria in terra inchoaret? bellum nempe esse, aut in longinqua regione retineri, oras et lacus Campaniæ tum maxime perambulantem: sic institui moderatorem generis humani: illud

1 Ita Ms. Flor. editiones veteres et recentiores. Lipsius emendaverat, *recidisse*. Quod magis vulgatum, sed minime necessarium. *Brotier.*—2 Mallet Lipsius, *bello*, vel *bello eum*. At potest intelligi, *esse*. Idem.—3 Corrigebat Heinsius, *diversa terrarum distinere*. In quibusdam editionibus minime antiquis additum, *diverso terrarum tractu*. Nihil addendum, nihil mutandum. *Brotier.*—4 Ita Ms. Flor. Muretus, Pichena, et recentiores. Perperam Beroaldus et alii veteres, *tum maxime*. Brotier.

NOTÆ

[y] *Ne juvenis quidem*] Ut Drusus, qui et ob juvenilem ætatem minus sibi tribuere deberet, et ob honorem acceptum bene merentibus gratiam referre, ne quidem dignaretur adire urbem, Deosque patrios et penates imperii, aut venire in senatum, ut ne vel more majorum, auspicia susceptæ dignitatis natali in solo ordiretur.

[z] *Auspicia saltem gentile*] Locum illustrat eximie Livius XXII. 1. 'Per idem tempus Cn. Servilius Romæ Idibus Martiis magistratum iniit. Ibi cum de repub. retulisset, redintegrata in C. Flaminium invidia est: duos se consules creasse, unum habere: quod enim illi justum imperium, quod auspicium esse? magistratus id a domo, publicis privatisque penatibus, Latinis feriis actis, sacrificio in monte perfecto, votis rite in Capitolio nuncupatis, secum ferre: nec privatum auspicia sequi; nec sine auspiciis profectum, in externo ea solo nova atque integra concipere posse.'

Auspicia inciperet] Id est, aliquas res quæ ad eam dignitatem, quam ingrediebatur, pertinerent, attingere licet leviter, et delibare. Etiam *auspicari* dicebant, quod idem est ac ingredi, incipere munus suum; quod non fiebat sine ritu aliquo et honore erga Deos: unde nomen sumtum, licet superstitione majori apud veteres.

[a] *Bellum scilicet*] Id est, bellum esse scilicet, quod moretur Drusum. Quo genere loquendi cur offendaris, nulla ratio est. Sic Silius: 'Ad portas bellum:' quod obser. I. 17. vindicavimus. *Gronovius.*

[b] *Paternis consiliis*] Per consilia, ne intelligas, quid intenderet Tiberius, quid strueret, quid pararet; de hoc

discere: sane gravaretur aspectum civium senex Imperator, fessamque ætatem, et actos labores prætenderet; Druso quod, nisi ex arrogantia, impedimentum?'

60. Sed Tiberius, vim Principatus sibi firmans, imaginem antiquitatis[c] Senatui præbebat, postulata provinciarum ad disquisitionem Patrum mittendo. Crebrescebat enim Græcas per urbes licentia atque impunitas asyla statuendi:[d] complebantur templa[e] pessimis servitiorum: eodem subsidio obærati adversum creditores, suspectique capitalium criminum receptabantur. Nec ullum satis[f] validum impe-

primum e paternis artibus haurire. Esto; dedignaretur præsentiam civium senex Tiberius, affectamque ætatem et quos tolerasset labores prætexeret: Druso quid obstare, nisi superbiam?

At Tiberius re ipsa imperium sibi asserens, speciem prisci moris Patribus exhibebat, dum desideria provinciarum rejicit ad cognitionem senatus. Quippe passim gliscebat per Græcas civitates libido, et inulta audacia, inviolata seu immunia *loca constituendi, et referta delubra erant deterrimis mancipiorum: eodem perfugio recipiebantur ære alieno obruti, contra creditores, et rei capitalium facinorum. Nec ulli magistratui satis*

NOTÆ

non ibi agitur; sed de monendo filio qui se gereret: per *consilia*, intellige placitas artes, ut alibi Tac.

[c] *Imaginem antiquitatis*] Id est, veteris Reipub. seu libertatis antiquæ. Sueton. Tib. XXX. 'Quinetiam speciem libertatis quandam induxit, conservatis senatui ac magistratibus et majestate pristina et potestate; neque tam parvum quicquam, neque magnum publici privatique negotii fuit, de quo non ad P. C. referretur.'

[d] *Impunitas asyla statuendi*] Cum scilicet asyli jus tribui nequiret, quibus in locis, lege consecrationis, concessum minime fuerat: teste Servio ad Virgilium, Æneidos III. *Vertranius.*

Asyla] Sic Sueton. Tiber. 37. 'Abolevit et jus moremque asylorum, quæ usquam erant.' Sed attingit tantum substantiam rerum gestarum; Suetonius non modum distinguit, aut circumstantias rei persequitur, quemadmodum Tacitus, ut ex multis locis liquere potest. Nec certe proprie publicarum rerum historiam condit, sed fere tantum vitam Cæsarum quasi privatam componit. Modus aliquis servatus est in asylis illis retinendis aut abolendis, quod temperamentum recte nobis depingit unus Tacitus.

[e] *Complebantur templa*] Tribus ergo generibus hominum perfugium in asylis: servis, obæratis, maleficis. De maleficis servisque, Plutarchus lib. de superstitione: 'Servo perfugium est ara, et latronibus sacra inviolataque multa templa sunt, et qui hostes suos fugiunt, si imaginem vel templum occuparint, religione loci sese tutantur.'

De obæratis, idem Plutar. libello de vitandis Usuris: 'Quippe Diana quæ apud Ephesum immunitatem a debitis, et securitatem præstat obæratis, cum illi ad templum ipsius confugerint.' Et Sallustius eleganter de Pompeio epistola ad Cæsarem: 'Eoque per omne tempus belli, quasi sacro atque inspoliato fano, debitores usi.' *Lipsius.*

[f] *Nec ullum satis*] Nullius magistratus tanta tamque venerabilis potestas erat, ut comprimere posset

rium erat coërcendis seditionibus populi, flagitia hominum, ut cærimonias[g] Deum, protegentis. Igitur placitum, ut mitterent civitates jura[h] atque legatos. Et quædam, quod falso usurpaverant, sponte omisere: multæ vetustis superstitionibus aut meritis in Populum Romanum fidebant. Magnaque ejus diei species fuit, quo Senatus majorum beneficia, sociorum pacta,[i] Regum etiam, qui ante vim Romanam valuerant,[j] decreta ipsorumque Numinum religiones introspexit, libero, ut quondam, quid firmaret, mutaretve.

61. Primi omnium Ephesii[k] adiere, memorantes, ' non, ut

auctoritatis erat, comprimendis dissensionibus plebis, crimina mortalium defendentis, tanquam religiones Deorum. Itaque visum est, ut urbes mitterent sua privilegia atque oratores. Et nonnullæ quod temere occupaverant ultro deseruere ; pleræque priscis religionibus, aut officiis in populum Rom. nitebantur ; ingensque ejus diei splendor et decus extitit, quo senatus majorum beneficia, fœdera sociorum, simul et arbitria regum, qui ante imperium Rom. floruerant, ipsorumque Deorum cærimonias intro scrutatus est cum summa *libertate, ut olim, quid statueret, aut inverteret.*

Ephesii primi omnium advenere, disserebantque ; non, ut vulgo existimatum erat,

NOTÆ

seditiones, quas iis de causis excitabat populus, qui pro impunitate pessimorum hominum, quia in templa sese receperant, non secus tendebat, ac si ipsarum religionum dignitas Deorumque cultus in eo verteretur.

[g] *Ut cærimonias*] Hoc est, pro cærimoniis, tanquam essent cærimoniæ, in quarum observatione Deorum suorum majestas atque veneratio verteretur: perperam igitur vertunt, *cum cærimoniis.*

Perperam *cærimonias* reddunt sacrificia aut sacrum; cum nihil horum hic intelligatur, sed in universum cultus atque jus sacrum, religiones, veneratio denique, Diis ac eorum ædibus debita. *Freinshemius.*

[h] *Jura*] Id est, privilegia, seu acta et decreta, sive regum sive legatorum Rom. qui talia indulsissent, nempe, ut per ea de jure illorum templorum cognosceretur.

[i] *Pacta*] Seu fœdera, quibus nempe talia *jura* concessa illis fuissent.

[j] *Valuerant*] Intelligit clar. Harlæus de concessionibus regum, quæ ante Romanos etiam viguissent: de regibus ipsis id intellige.

[k] *Primi omnium Ephesii*] Quibus Diana culta celebri illo templo. Statuam ejus describit Minutius Felix in Dialogo: ' Diana interim est alte succincta venatrix : et Ephesia mammis multis et uberibus exstructa.'

De toto hoc Asylo eleganter Strabo l. XIV. ' Templum etiam nunc ut et olim Asylum, seu inviolatum manet; at termini sanctitatis, seu immunitatis sæpius immutati sunt; Alexander eos ad stadium extenderat; Mithridati vero, emissa ab angulo Cerami sagitta, placitum est, paululum extra stadium dilatare. Antonius vero huic proxime accedens, his sanctitatis finibus etiam partem urbis amplexus est. Sed cum periculosum videretur maleficis urbem permittere, Cæsar Augustus id Antonii decretum abrogavit.' Cui descriptioni, causa non est ut aliunde quippiam addam. *Lips.*

vulgus crederet, Dianam atque Apollinem Delo[l] genitos: esse apud se Cenchrium amnem,[m] lucum [1] Ortygiam,[n] ubi Latonam, partu gravidam, et oleæ, quæ tum etiam maneat, annisam, edidisse ea Numina: Deorumque monitu sacratum nemus. Atque ipsum illic Apollinem, post interfectos Cyclopas,[o] Jovis iram vitavisse. Mox Liberum patrem, bello victorem, supplicibus Amazonum,[p] quæ aram insederant,[q]

Dianam atque Apollinem apud Delum procreatos: extare apud ipsos Cenchrium fluvium, sylvam Ortygiam; ubi Latona uterum ferens, et oleæ, quæ etiam hodie vigeat, annixa, peperisset illos Deos: numinumque afflatu dicatum hunc lucum. Et Apollinem ipsum hic effugisse iracundiam Jovis, postquam Cyclopas occidisset; deinde Bacchum prælio superiorem veniam concessisse precantibus Amazonibus iis, quæ ad asylum confugerant. Postea increvisse

1 Sic optime emendavit Pichena, quem recentiores sunt secuti. Perperam Beroaldus aliique veteres, *locum Ortigiam*. Brotier.

NOTÆ

Ephesii] Ephesus urbs Ioniæ provinciæ ad mare Ægeum, in Asia minore: hodie *Ajalouc* vocatur a Turcis, et *Ephese*, a Francis: villa est præfecturæ Natoliæ, ad Archipelagum, sub Turcico imperio Asiatico. *Tillemonius.*

[l] *Delo*] Delos Cycladum insularum una in mari Ægæo; hodie *parva Delos*, male a nautis vocatur *Sdilles:* est in Archipelago, sub Turcico imperio Europæo. Ex itinerario I. Spon. &c. *Tillemonius.*

[m] *Cenchrium amnem*] Cenchrius fluvius est Asiæ, per Ioniam, apud Ephesum fluens, haud procul a Caystro, per Ortygiam lucum, ubi Latonam ab Ortygia nutrice educatam fabulantur.

[n] *Lucum Ortygiam*] Strabo: 'In eadem ora littorali est etiam Ortygia, amœnus lucus, varia sylva consitus et præcipue cyparisso. Eum lucum irrigat Cenchrius amnis, quo dicunt bibisse Latonam post partum: hic quippe fingunt locum puerperii, et nutricem Ortygiam, et adytum in quo puerperium; et prope esse oleam, qua primum Deam annisam, requievisse dicunt, cum exsoluta partu esset.'

[o] *Cyclopas*] Cyclopes populi aliquando Siciliæ insulæ: prope hanc insulam fuerunt Cyclopum scopuli, hodie *li Faraglioni*, prope vallem Demonæ, et ad oram orientalem Siciliæ. *Tillemonius.*

[p] *Amazonum*] Amazones populi Sarmatiæ Asiaticæ ad Tanaim et Rham fluvios: hodie pars major regionis *Circassorum*, versus fluvios *Don* et *Volga;* in statu magni Ducis Moscoviæ: ex Chartis Sansonis. *Tillemonius.*

Amazonum] Fabulam deridet Strabo Lib. XI. 'De Amazonibus eadem nunc dicuntur quæ olim, quanquam miraculosa sint, et a fide multum distent. Quis enim credat, ut vel exercitus, vel civitas, vel gens unquam ex solis constiterit mulieribus, et non solum constiterit, verum etiam invaserit aliena, et non modo fuerit vicinis dominata, adeo ut usque in Ioniam processerit, sed etiam exercitum trans Pontum miserit usque in Atticam? Hoc perinde est, ac si quis dicat, viros tunc mulieres fuisse, et mulieres viros.

ignovisse. Auctam hinc, concessu Herculis, cum Lydia[r] potiretur, cærimoniam templo:[s] neque Persarum ditione deminutum jus. Post Macedonas, dein nos servavisse.'

62. Proximi[d] Magnetes[t] L. Scipionis et L. Syllæ constitutis nitebantur: quorum ille Antiocho, hic Mithridate[1] pulsis, fidem atque virtutem Magnetum decoravere, uti 'Dianæ Leucophrynæ[2] [u] perfugium inviolabile[v] foret.' Aphrodisien-

religionem delubri, beneficio Herculis, cum Lydiam obtineret; neque Persarum imperio jus immutatum. Deinde Macedonas, postea Romanos, idem conservasse.

Post hos *proxime* locuti *Magnetes*, *fidebant constitutionibus L. Scipionis et L. Syllæ*, *e quibus ille Antiocho*, *hic Mithridate fusis fugatisque*, *ornavere constantiam et fortitudinem Magnetum*, ut templum Dianæ Leucophrynæ sanctum et

1 Ita veteres editiones et recentiores. Quædam mediæ, *Mithradate*. Habentur quidem nummi ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ. Nihil tamen novandum. *Brotier.* —2 *Leucophryenæ* Brotier: sic et Beroaldus et editiones omnes veteres; Lipsius emendavit, *Leucophrynæ*. At nihil mutandum; maxime cum habeantur nummi in quibus appellatur ΛΕΥΚΟΦΡΥΗΝΗ, quam sic vocatam a Leucophryne, in hoc templo sepulta, docet Zeno Myndius apud Clementem Alexandrin. in Protrept. p. 39. *Brotier.* Homerus habet *Leucophryenæ*, at Gronovius et Ryckius *Leucophrynæ*.

NOTÆ

Quin eadem nunc de eis prædicantur, quam quidem rem adauget, et facit ut magis antiqua credantur quam nova; quod nempe urbes quædam ab illis conditæ et cognominatæ perhibeantur, ut Ephesus, Smyrna, Cume, Myrina, Paphe.'

[q] *Quæ aram insederant*] Quæ ad aram supplices confugerant. In illo luco tantum *ara* initio fuit, templum postea conditum est, *concessu Herculis*. Aræ hujusmodi magnificæ olim, nec sine amplissimo decore exstructæ. Vide supra.

[r] *Lydia*] Provincia Asiæ Minoris peninsulæ versus occidentem, et ad Hermum fluvium; hodie pars præfecturæ *Natoliæ* circa fluvium *Sarabat*, et oppidulum *Sardes*, &c. sub Turcico imperio Asiatico.

[s] *Templo*] Vel quia ibi templum de novo struxit Hercules, vel quia jam structo templo religionem majorem addidit.

[d] *Proximi*] Sic supra, 'Primi omnium Ephesii adiere.' In quibusdam edit. *Proximo*.

[t] *Magnetes*] Nempe Magnesia ad Sipylum. Vide II. 47.

[u] *Dianæ Leucophrynæ*] Recte *Leucophrynæ*. Ejus Deæ templum in Magnetibus descripsit Strabo l. XIV. Causam cognominis ad fœminam aliquam, quæ ibi condita, referre ex Arnobio possis, Lib. VI. 'In Didymæo Milesio Cleochum dicit habuisse suprema Leandrus: funeris Leucophrynæ monumentum in fano apud Magnesiam Dianæ esse Myndius profitetur ac memorat Zeno.'

Et Clemente in Protrept. 'Hoc loco monumentum est Leucophrynes, quod præterire silentio non debemus, sequentes Zenonem Myndium, quæ in templo Dianæ apud Magnesiam sepulta est.' Vel ad Tenedon insu-

ses[w] posthac et Stratonicenses Dictatoris Cæsaris, ob vetusta in partes merita, et recens D. Augusti decretum attulere. Laudati, 'quod Parthorum[x] irruptionem, nihil mutata in Populum Romanum constantia, pertulissent.' Sed Aphro-

immune foret. *Exin Aphrodisienses et Stratonicenses citavere statutum Divi Cæsaris, ob antiqua in partes officia, et nuperam D. Augusti sanctionem, in qua laudabantur,* quod incursionem Parthorum sustinuissent, nihil infracta erga Roma-

NOTÆ

lam, quæ olim appellata Leucophryn, ubi Dianæ sanctissimum templum.

Xenophon rerum Græcarum l. III. 'Exercitus Græcorum accessit ad Leucophren, ubi templum erat Dianæ valde sacrum, et palus.' Ejusque exemplo et cognomine fortasse ædificatum in Magnetibus istud. Pausan. l. I. 'Magnetes, quibus ex regis liberalitate imperavit Themistocles, Leucophrynem Dianam colunt.'

At Appianus l. v. Bell. Civil. etiam alterum ejus Deæ fanum locat Mileti, cognomento pari: 'Soror ipsius supplex apud Miletum, in templo Dianæ Leucophrynes, jussu Antonii interfecta est.'

Dianæ Leucophrynæ] Fuisse hujus Deæ hoc quoque cognomento *Leucophrynes* aram Athenis, auctor est Pausan. cui numini a Themistoclis filiis dedicata statua fuerit.

De templo illo sic Strabo lib. XIV. 'In nova urbe (Magnesia) Dianæ Leucophrynæ fanum est, quod et ædis magnitudine et multitudine rerum dicatarum, ab Epheso superatur: artificio vero, et structuræ concinnitate circa ædem, longe præstat: magnitudine omnia Asiæ fana excellit, præter Ephesium et Didymæum.

Leucophrynæ] Leucophrus Dianæ fanum et stagnum, inter Tralles et Meandrum fluvium in Lydia.

[v] *Perfugium inviolabile*] Nefas erat, eos qui ad alicujus Dei aram confugerant, et in loci sacri præsidium se receperant, violari, aut per vim inde extrahi, ne crimen non tam in Deorum supplices, quam in Deos ipsos immortales, admissum esse videretur.

Nullum tamen jus aut fas tam sanctum constitui potest, quod non, si non vi opprimatur, saltem juris aliqua specie et simulatione eludatur: ignem enim reperio solitum eis qui aras amplexi tenebant admoveri, ut non ab hominibus per injuriam inde extrahi viderentur: sed incendii metu et ardoris, inde fugere cogerentur.

Proinde, quasi non ab hominibus id oblatum, sed velut fortuito natum foret: nec id hominum esse maleficium aut scelus, sed ignis violentia et impetus.

Itaque apud Euripidem Hermione minatur, se Andromachæ, quæ in templum confugerat, ignes adhibituram, et inde incendio loci, eam excitaturam atque fugaturam: 'Ignem tibi admovebo.'

Ubi notat enarrator: 'mos fuit ignem inferre his qui ad aram confugerant.' Hinc profecto intelligitur, cur in scenis Plauticis et spectaculis Rudentis, leno ignem sibi poscat, ut ancillas suas quæ ad aram Veneris perfugerant, locum deserere cogat: 'Vulcanum adducam, is Veneris adversarius est.'

[w] *Aphrodisienses*] Hi populi liberi Alabandæ conventus, Plinio v. 29: vel Aphrodisias, urbs Cariæ provinciæ, in finibus Phrygiæ Majoris, et in Asia Minore, nunc forte *Tachiali*, urbs Natoliæ præfecturæ, versus meridiem, &c. *Tillemonius.*

[x] *Laudati, quod Parthorum*] Partho-

disiensium civitas Veneris, Stratonicensium[y] Jovis et Triviæ[z] religionem tuebantur.[3] Altius Hierocæsarienses[a] exposuere, 'Persicam apud se Dianam,[b] delubrum, rege[4] Cyro, dicatum:'[c] et memorabantur 'Perpernæ,[5] Isaurici,'[d]

nos fide. *Sed Aphrodisienses se tutabantur cultu et cærimoniis Veneris, Stratonicenses Jovis et Triviæ seu Hecates. Hierocæsarienses antiquiora memoravere,* Dianam apud ipsos Persicam esse, et templum principe Cyro sacratum: *et referebantur* Perpernæ, Isaurici, *multaque alia ducum prævalida* nomina, *qui non*

3 Nonne *religione se tuebantur?* Brotier.—4 Mallet Freinshemius, *regi Cyro.* Vel a rege Cyro, vel saltem post Lydiacam ejus victoriam, dicatum est delubrum. *Brotier.* Freinshemius malebat, *regi.* Quod cum validius jus asyli astruat, vulgatæ lectioni præponendum videtur. *Ryckius.*—5 Beroaldus, *Perpennæ:* utroque modo in Lapidibus scribitur. *Idem.*

NOTÆ

rum irruptionem intelligit, quæ duce Labieno; de qua, et de hac ipsa Stratonicea Dio XLVIII. 'Tunc vero Labienus et Ciliciam occupavit, et Asiæ civitates in continenti positas, præter Stratoniceam; et plurima quidem alia loca sine prælio invasit; at vero Mulasam et Alabandam non sine belli discrimine expugnavit.'

[y] *Stratonicensium*] Stratonicea Cariæ urbs est, et templa duo in suburbano agro habet, *Jovis Chrysaori* et *Hecates* (sive *Triviæ*) *in Laginis.* Strabonem vide l. XIV. Notat et Pausanias, 'quod olim ea urbs et regio Chrysaoris dicta fuerit,' nimirum ab hoc templo. *Lipsius.*

Stratonicensium] Stratonicea vel Stratonice oppidum Cariæ provinciæ et Alabandæ conventus, in Asia minore: ex Plinio V. 29: hodie *Stantonis,* oppidum præfecturæ Natoliæ, versus meridiem et occidentem, &c. *Tillemon.*

[z] *Triviæ*] Sive eadem cum Diana aut Luna, quæ et *Trivia;* sive alia hæc Trivia fuerit, quæ Hecates nomine, in Stratoniceorum regione, Laginis summo conventu, maxima celebritate culta fuit. Auctor lib. XIV. Strabo.

Id autem illi nomen inditum ideo ferunt, quod nata ex Jove et Pherea Æoli filia, a matre in trivio exposita, a pastoribus Pheretis suscepta, et in triviis enutrita fuisset, deinde pro gentium moribus facta Dea: de qua et hæc et alia Theocriti interpretes Idyllio II. scripsere. *Vertranius.*

[a] *Hierocæsarienses*] Oppidum est in Lydia. Vide II. 47.

[b] *Persicam apud se Dianam*] Atque ipsi Lydi illi *Persici* cognomen habent, velut inde oriundi. Pausanias notat in Eliacorum I. 'Sunt,' inquit, 'Lydis, qui Persici cognominantur, templa in Hierocæsarea oppido et Hypæpis. In utroque templo ædicula, sive cella est cum aris; super his cinis: eoque ingressus sacerdos, sive magus (ad magicam enim Pausanias hoc miraculum refert) tiara caput velatus, foco arida ligna imponit; et Deum nescio quem barbarico sermone (Persico, opinor) invocans, ubi desiit, statim e lignis sponte purissima flamma emicat et assurgit.' Id se vidisse Pausanias testatur: et non dubie hinc templo religio et jus mox Asyli. *Lipsius.*

[c] *Cyro, dicatum*] Valeret hoc, imperante Cyro: sed amplius videtur velle,

multaque alia Imperatorum nomina, qui non modo templo, sed duobus millibus passuum eandem sanctitatem tribuerant. Exin Cyprii[e] tribus delubris, quorum vetustissimum Paphiæ[f] Veneri auctor Ærias, post filius ejus, Amathus, Veneri Amathusiæ,[g] et Jovi Salaminio[h] Teucer, Telamonis patris ira profugus,[i] posuissent.

63. Auditæ aliarum quoque civitatum legationes. Quorum[1] copia fessi Patres, et quia studiis certabatur, Consuli-

solum delubro, sed etiam duobus millibus passuum eandem religionem seu immunitatem *concesserant. Postea Cyprii tribus templis* se tuebantur ; *quorum antiquissimum Paphiæ Veneri fundator Ærias* struxisset, *dein filius ejus Amathus Veneri Amathusiæ, et Jovi Salaminio Teucer ab infesto Telamone patre ejectus* alia duo *statuissent.*

Admissi etiam aliarum nationum oratores, quorum multitudine fatigati Patres, et quia per ambitionem contendebatur, rem ad consules remisere, ut examinato jure,

1 Forte scriptum olim, *quarum.* Potest tamen intelligi, *negotiorum* vel *legatorum,* ut monet Ernestus. *Brotier.*

NOTÆ

non sub imperio modo Cyri, sed et ab ipso delubrum id dicatum fuisse. Ergo emendem, *Regi Cyro dicatum,* hoc est, quod rex Cyrus dicavit. *Freinsh.*

Rege Cyro] Id est, imperante Cyro dicatum illud templum Dianæ Persicæ, forteque ejusdem regis privilegiis ornatum.

[d] *Perpernæ, Isaurici*] Ne sumas, quasi memorarentur nomina præcise Perpernæ, Isaurici, et aliorum imperatorum Rom. Sed sic: memorabantur Perpernæ, Isaurici, et alii illustres duces Romani, quorum florebat fama. *Alia imperatorum nomina,* id est, alii clarissimi imperatores Rom.: discrimen est inter nomen præcise, et famam auctoritatemque ducum.

[e] *Cyprii*] Cyprus insula in latere meridionali maris Mediterranei, et contra Ciliciam, Asiæ minoris regionem: hodie a Turcis vocatur *Kibros,* et a Francis *Cypre* vel *Chipre:* pars est meridionalis et fere dimidia præfecturæ Cypri, in Turcico imperio Asiatico.

Notandum hic obiter præfecturam *Kibros,* seu *Beglerbeglic de Chipre* sub Turcis, non solum tenere Cyprum insulam integram, verum etiam partem Natoliæ peninsulæ, huic proximam et oppositam, ideoque ipsa insula *Kibros* est tantum pars præfecturæ Cypri: ex Chartis Sansonis. Vide notas supra II. 42. ubi de Cilicia provincia. *Tillemon.*

[f] *Paphiæ*] Paphos urbs Cypri insulæ in latere occidentali: hodie *Baffo,* urbs et sedes Episcopalis Græcorum, in *Kibros* insula, sub Turcis. *Tillemon.*

[g] *Amathusiæ*] Amathus, urbs Cypri insulæ, in latere meridionali: hodie *Limiso,* vel *Limisso,* urbs insulæ *Kibros,* seu *Chipre,* sub Turcis. *Tillemonius.*

[h] *Salaminio*] Salamis, urbs Cypri insulæ, in latere orientali et meridionali: hodie *Famagusta* urbs, aut prope. *Tillemonius.*

[i] *Profugus*] Cum a patre irato quod sine Ajace fratre revertisset, non re-

bus permisere, 'ut perspecto[j] jure, et si qua iniquitas involveretur, rem integram rursum ad Senatum referrent.' Consules super eas civitates, quas memoravi, 'apud Pergamum[k] Æsculapii[l] compertum asylum,' retulerunt; 'ceteros obscuris[m] ob vetustatem initiis niti: nam Smyrnæos[n] oraculum Apollinis,[o] cujus imperio Stratonicidi Veneri templum dicaverint; Tenios ejusdem carmen[p] referre, quo sacrare Neptuni effigiem ædemque jussi sint: propiora Sardianos: Alexandri victoris id donum: neque minus Milesios

et si qua fraus inesset, iterum rem indecisam ad Patres referrent. *Consules præter eas urbes quas retuli, renuntiaverunt*, apud Pergamum Æsculapii certum perfugium, seu compertæ sanctitatis asylum esse, reliquos incertis ob antiquitatem principiis stare. Quippe Smyrnæos memorare oraculum Apollinis, cujus jussu delubrum sacraverint Stratonicidi Veneri; Tenios ejusdem Dei versum celebrare, quo moniti sint, dicare imaginem Neptuni, templumque: recentiora Sardianos; Alexandri Magni id munus esse, nec minus Milesios

NOTÆ

ceptus, in exilium ire cogeretur, et in Cyprum se contulisset, templum Jovi Salaminio ex patriæ suæ vocabulo sic cognominato statuisset.

[j] *Ut perspecto*] Sed consulibus dederunt negotium, ut ipsi quidem cujusque gentis causam cognoscerent, utrum jure an injuria id privilegium sibi vindicarent, nihil tamen statuerent, sed rem integram ad senatum referrent. *Freinsh.*

Ut nempe rem integram referrent, senatui, postquam perspexissent, an jus haberent illi, an vero injuste talia usurpassent.

[k] *Pergamum*] Pergamum urbs Mysiæ Majoris ad Caicum fluvium, in Asia Minore: hodie *Pergamo*, urbs præfecturæ Natoliæ, ad occidentem; in Turcico imperio Asiatico. *Tillemonius.*

[l] *Æsculapii*] Sed debuit dicere Tacitus, qua causa et quo documento niteretur illa sanctitas templi, usque adeo comperta, præ aliis.

[m] *Ceteros obscuris*] Ne putes propterea repulsos ceteros, et unum tantum Æsculapii privilegium approbatum esse; immo patet istas civitates supra dictas Ephesios, Magnetes, Aphrodisienses, &c. obtinuisse, etiam eos, qui postea memorantur, Smyrnæos, Tenios, Sardianos; saltem ex parte, et ita ut asylis modus adhibitus sit quoad loca, quoad personas, quoad tempus, et quoad fines locorum.

[n] *Smyrnæos*] Smyrna urbs Archiepiscop. Ioniæ maritimæ Hodie regni primaria, et Satrapæ Turcarum sedes.

[o] *Oraculum Apollinis*] Aristot. Rhetor. 'De futuris etiam interpretes oraculorum, ut Themistocles navibus pugnandum esse, ligneum significare murum' prævidit: ita et controversiæ ex priscis oraculi versibus dirimi possunt.

[p] *Tenios ejusdem carmen*] Insulæ Teni (quæ inter Cycladas) cultores. De hac re, Strabo l. x. 'Tenus insula oppidum habet non magnum, sed extra illud in luco Neptuni templum, dignum sane quod spectetur:' et de magno ibi conventu addit.

Carmen referre] Oraculorum et vatum carmina fidem faciunt. Quintil. l. XII. 'Ea quidem propria aut testi-

Dario Rege niti:[2] sed cultus Numinum utrisque, Dianam aut Apollinem[q] venerandi. Petere[3] et Cretenses simulacro D. Augusti.' Factaque Senatus consulta, quis, multo cum honore,[r] modus tamen præscribebatur,[s] jussique ' ipsis in templis figere æra,[4] sacrandam ad memoriam,[t] neu specie religionis in ambitionem[u] delaberentur.'

Dario principe se tueri: sed religio Deorum utrisque Dianam vel Apollinem colendi. Postulavere etiam Cretenses immunitatem imagini D. Augusti. *Factaque sunt Patrum decreta, quibus maxima cum veneratione, modus tamen præcipiebatur, imperatumque, ut* ipsis in delubris æneas tabulas affigerent, ad memoriam hujusce rei dicandam, et ne obtentu cærimoniarum in ambitionem deciderent.

2 Sic optime Pichena et recentiores. Beroaldus aliique veteres, *uti*, pro *niti*. Idem.—3 Ita veteres editiones et recentiores. Lipsius et quidam alii, *petiere*.—4 In Ms. Flor. *fiere æra*. Optime emendavit Pichena, quem

NOTÆ

moniorum, aut etiam judicatorum obtinent locum. Sed hæc quoque aut vetustatis fide tuta sunt, aut ab hominibus magnis, præceptorum loco, ficta creduntur.' Et l. v. ' Jam sententiis quidem poëtarum, non orationes modo sunt refertæ, sed libri etiam philosophorum, qui quanquam inferiora omnia præceptis suis ac literis credant, repetere tamen auctoritatem a plurimis versibus non fastidierunt. Neque est ignobile exemplum Megareos ab Atheniensibus, cum de Salamine contenderent, victos Homeri versu; qui tamen ipse, non in omni editione reperitur, significans Ajacem, naves suas Atheniensibus junxisse.' Unde et intelliges etiam quæ habentur infra l. IV. 43. Ubi ' de jure templi Dianæ Limenitidis, quod suis a majoribus, suaque in terra dicatum Lacedæmonii firmabant annalium memoria, vatumque carminibus,' &c.

[q] *Dianam aut Apollinem*] Sardiani Dianam cognomento Coloënem, cujus templum, ' magnam sanctitatem habet,' ait Strabo: Milesii Apollinem venerabantur, cognomento Didymæum. c. 21. *Lipsius.*

[r] *Cum honore*] Non tam erga civitates, quam erga Deos vetustatemque cærimoniarum. Deorum templis sanctitatem et immunitatem concedebat senatus, eosque sic venerabatur, sed adhibito modo, ne in ambitionem, superstitionem, aut etiam in crimina, pietate homines abuterentur.

[s] *Modus tamen præscribebatur*] Scilicet, utendi Asylis, quem egredi non liceret. *Pichena.*

Modus tamen] Sueton. Tib. 37. ' Abolevit et jus moremque asylorum, quæ usquam erant.' Mira dissensio inter auctores. Ubi de luxu, referente Suetonio, hunc compressit Tiberius, senatuique hanc curam mandavit: quod diserte negat Tacitus. At ubi de asylis, modum eis adhibuit Cæsar, teste Tac. at ex Suetonio ea penitus et ubique abolevit: quid mirum? dissentiunt rumor, fama, scriptores, sic fere cuncta mortalium incerta.

Modus tamen] Nempe quia non om-

64. Sub idem tempus Juliæ Augustæ valetudo atrox necessitudinem Principi fecit festinati in urbem reditus: sincera adhuc inter matrem filiumque concordia, sive occultis odiis. Neque enim multo ante, cum, haud procul theatro Marcelli, effigiem D. Augusto[v] Julia dicaret, Tiberii nomen

Eadem ferme tempestate Liviæ Augustæ morbus ingravescens necessitatem Tiberio attulit, propere revertendi in civitatem ; sive *vera etiam tum inter matrem et filium concordia, sive dissimulatis offensionibus. Nam paucis ante diebus, cum Livia sacraret imaginem D. Augusto non longe a theatro Marcelli, vocabulum*

recentiores sunt secuti, *figere æra*. Male Beroaldus et veteres, *facere aras*. Brotier.

NOTÆ

nes civitates id jus obtinuere, et quæ obtinuerunt etiam cum restrictione ad unum templum, et in illo templo ad certum spatium, nec ad multa millia jus asyli extendebatur, ut olim.

[t] *Jussique ipsis in templis figere æra, sacrandam ad memoriam*] Intelligit enim de æreis tabulis ad parietes templorum affigendis, ad sacrandam memoriam Senatusconsulti eo die super asylis facti. Sic l. XI. 'Aspiciuntur etiam nunc in ære publicandis plebiscitis per fora ac templa fixo.' Histor. l. IV. 'Quique æra legum vetustate delapsa noscerent figerentque.'

Virgil. VI. 'Fixit leges pretio atque refixit:' quia, ut ibi Servius ait, 'incisæ in æreis tabulis affigebantur parietibus.' Idem Tac. paulo supra: 'cum ejus diei Senatusconsulta aureis literis figenda in curia censuisset.' *Pichena.*

Figere æra] Ista senatusconsulta æneis tabulis inscripta in ipsis templis figerent simul memoriæ, simul etiam admonitionis causa, ne per speciem ampliandarum religionum ad pravam ambitionem deflecterent, et ne præter senatusconsulta quidpiam specie religionis adderent; ne jura sua, ultra quod decretum esset, extenderent.

[u] *In ambitionem*] In eo ambitio fuit, quod sanctitate templorum civitates finitimis præcellere cuperent, quod huc se reciperent ex aliis provinciis obærati, et rei criminum capitalium, quo fama et opes oppidorum augebantur, non sine publico latrocinio tamen.

Quod se vetustate Deorum et templorum tuerentur, quod se sanctos et inviolabiles crederent; quo receptaculo et ipsi accolæ fruebantur gloriabanturque, non sine aliorum populorum injuria ac contumelia, et sæpe æmulatione et discordia, ut fit inter vicinas civitates; quæ dicitur Tacit. 'oppidana æmulatio.'

[v] *Marcelli, effigiem D. Augusto*] Nota morem, statuas effigiesque dedicandi certis Diis, cujus vestigium in hoc lapide vetusto; P. VEIDIVS. P. F. POLLIO. CÆSAREM. IMP. CÆSARI. AVG. ET. COLONIAI. BENEVENTANAI.

Pollio enim ibi non aliud quam effigiem Cæsaris Imp. dedicat consecratque Augusto et coloniæ suæ, et clarius in Strabone l. XIV. 'Erat ibidem et Venus Emergens, quæ nunc sacrata est Divo Cæsari Romæ, Augusto eam patri ut auctorem generis dedicante.' Etiam Dionysius, l. II. Antiq. scribit, 'Romulum ex manu-

suo[w] postscripserat; idque ille credebatur, ut inferius[x] ma-

Tiberii post suum inscripserat ; et existimabatur ille acri et occulta ira id pressisse,

NOTÆ

biis Vulcano dedicasse quadrigas aureas, simulque suam effigiem.'

Hunc morem in Græcia quoque fuisse, Diogenes mihi præit in vita Platonis, ubi ait Mithridatem, quandam Platonis statuam in Academia dedicasse, cum inscriptione ista: MITHRIDATES RHODOBATI FILIVS PERSA MVSIS STATVAM PLATONIS DEDICAVIT, QVAM SILANIO FECIT. *Lipsius.*

Theatro Marcelli, effigiem Divo Augusto] Ita se res habet, ut Livia posuerit statuam Augusti in foro Marcelli, et ipsimet Augusto dedicaverit. Eodem ergo modo hic, effigies Augusti ubi posita fuerit, indicatur; quo infra IV. 15. narratur, ubi Lucilii statua dedicata fuerit, illis verbis: 'novo homini effigiem apud forum Augusti patres decrevere.'

Theatrum autem Marcelli Romæ ab ipso Augusto exstructum fuit, ut auctor est Sueton. Augusto c. 29. et Epit. Liv. 128. In ejus ergo vicinia effigies Augusto posita fuit a Livia, cum hac aut simili inscriptione, AVGVSTO JVLIA ET TIBERIVS P. P. Hoc ergo Tiberium offendit, quod ipse postpositus, ac non potius scriptum fuisset, TIBERIUS ET JULIA. *Freinsh.* Forte sic potius habuit: AVGVSTO LIVIA AVGVSTA VXOR ET TIBERIVS FILIVS POSVERE.

Marcelli theatro] Illud theatrum fuit in Nona regione Romæ antiquæ: hodie ruinæ visuntur ad plateam Montanaram, et ubi palatium *Savelli* in regione *Ripa*, et in Roma moderna. Ex Roma Nardini l. VI. c. 2. p. 322. et imaginibus, seu planis Romæ hodiernæ, Gregorii de Rossi et Joannis Faldæ. *Tillemon.*

Marcelli effigiem D. Augusto] Imagines hominum etiam Diis dicabant, sic olim Mithridates rex imaginem divini Platonis Musis dicavit: sic Augustus imaginem Veneris D. Julio: sic Pollio imaginem Cæsaris dictatoris Augusto sacraverat, ut jam Deo.

[w] *Tiberii nomen suo*] Sueton. Tib. 50. 'Tulit etiam perindigne actum a senatu, ut titulis suis, quasi Augusti, ita et Liviæ filius adjiceretur.' Etiam simultatis aliam causam affert Sueton. ibid. Nempe 'instanti sæpius' (matri) 'ut civitate donatum in decurias allegeret, negavit alia se conditione allecturum, quam si pateretur ascribi albo, extortum id sibi a matre.'

[x] *Ut inferius*] Ipsa Livia Augusta, uxor et mater Cæsaris et imperatoris, ipsam majestas amplectebatur; attamen ipsa infra principem fuit, nec debuit aut potuit post suum, nomen principis inscribere. Dare imperium filio potuit, sed tanti beneficii meminisse nimis haud licuit.

Sapientior ille, qui statim abscedit e regno quod dederat, Macrob. Sat. I. 10. 'Anaxilaus enim Messenius qui Messanam in Sicilia condidit, fuit Rheginorum tyrannus. Is cum parvos relinqueret liberos, Mycitho servo suo commendasse contentus est. Is tutelam sancte gessit, imperiumque tam clementer obtinuit, ut Rhegini a servo regi non dedignarentur. Perductis deinde in ætatem pueris, et bona et imperium tradidit: ipse parvo viatico sumto profectus est, et Olympiæ cum summa tranquillitate consenuit.' Plin. Paneg. 'Sed in principe rarum, ac prope insolitum est, ut se putet obligatum, aut si putet, amet.'

jestate Principis, gravi et dissimulata offensione abdidisse.[1][y] Sed tum 'supplicia Diis, ludique magni'[z] ab Senatu decernuntur, 'quos Pontifices et Augures et Quindecimviri, Septemviris simul et Sodalibus Augustalibus, ederent.' Censuerat L. Apronius, 'ut Feciales quoque iis ludis præsiderent.' Contradixit Cæsar, distincto sacerdotiorum jure, et repetitis exemplis: 'neque enim unquam Fecialibus hoc majestatis fuisse: ideo Augustales adjectos, quia proprium ejus domus sacerdotium esset, pro qua vota persolverentur.'

65. Exequi sententias haud institui, nisi insignes, per honestum, aut notabili dedecore: quod præcipuum munus annalium reor, ne virtutes sileantur, utque pravis dictis factisque ex posteritate et infamia metus sit. Ceterum tempora illa adeo infecta, et adulatione sordida fuere, ut

tanquam infra fastigium imperatoris esset. Sed tum statuuntur a Patribus supplicationes Diis, et ludi magni, quos Pontifices, et augures, et quindecimviri celebrarent, simul cum septemviris, et sacerdotibus Augustalibus. *Disseruerat L. Apronius,* statuebatque, ut feciales etiam iis spectaculis præessent. *Obstitit Tiberius, discreto privilegio sacerdotiorum, et memoratis e vetustate exemplis,* neque enim unquam fecialibus id dignitatis fuisse. Propterea Augustales ea occasione additos, quod proprii ejus gentis sacerdotes essent, pro qua vota effunderentur.

Haud decrevi memorare sententias, nisi eximias, per decus, aut insigne flagitium: quod potissimum esse munus annalium puto, ne virtutes taceantur, utque improbis dictis factisque ex memoria in posteros atque ignominia formido sit. Ceterum ætas illa adeo inquinata et turpi assentatione maculosa fuit, ut non modo

1 Frustra tentat Ernestus, *accepisse*. Idem.

NOTÆ

[y] *Gravi et dissimulata offensione abdidisse*] *Abdidisse* non modo occultandi vim habet, verum etiam penitus in pectus demittendi; quam vim fere non assequuntur interpretes.

[z] *Ludique magni*] Ludi magni, iidem cum Romanis. Quia autem ludi plerique sacri Diis, et instituti ad eos placandos: visum est, ut cura eorum editioque sacerdotibus esset. Non omnibus tamen: sed collegiis sacerdotum quatuor: quæ ista: Pontifices, Augures, Septemviri epulones, Quindecimviri.

Dio l. LIII. sub initium, de ludis Actiacis Agrippæ: 'Atque ii ludi in hunc usque diem quinquennio quoque celebrati: quorum curatio penes quatuor collegia sacerdotum ordine et in vices. Dico Pontificum, Augurum, Septemvirorum, uti appellantur et Quindecimvirum.'

Ceterum ad curationem sacerdotalem pertinet Cornelii et ille locus Annal. XI. 'Iisque ludis intentius affui, sacerdotio Quindecimvirali præ-

non modo primores civitatis,[a] quibus claritudo sua obsequiis pro egenda erat, sed omnes Consulares, magna pars eorum, qui Prætura functi, multique etiam pedarii Senatores[b] certatim exsurgerent, fœdaque et nimia censerent. Memoriæ proditur, Tiberium, quotiens curia egrederetur, Græcis verbis in hunc modum eloqui solitum, 'O homines ad servitutem paratos!' scilicet, etiam illum, qui libertatem publicam nollet, tam projectæ[c] servientium patientiæ tædebat.

proceres Urbis, quibus nobilitas sua vili obsequela tuenda erat, sed cuncti consulares, magna pars eorum, qui præturam obierant, et plurimi quoque pedarii senatores certatim consurgerent, indecoraque et immodica decernerent. Fertur Tiberium, quoties senatu exiret, Græco sermone in eam sententiam dicere consuetum; O homines in servitium pronos! *nempe etiam illum, qui libertatem civium aversaretur, tam vilis fœdique obsequentium flagitii pudebat.*

NOTÆ

ditus, ac tum Prætor. Quod non jactantia refero, sed quia collegio Quindecimvirum antiquitus ea cura.' *Lipsius.*

[a] *Primores civitatis*] Sic l. I. 7. 'At Romæ ruere in servitium consules, Patres, Eques, quanto quis illustrior, tanto magis falsi ac festinantes.'

[b] *Pedarii Senatores*] *Pedarii* dicuntur auctore Gellio, ex commentariis C. Bassi, 'qui nondum gessissent curulem magistratum, quod pedibus itarent in curiam.' Alii tamen *pedarios senatores* existimant dictos, qui in senatu sententiam non dicebant, sed ab alio dictam comprobabant, proficiscentes.

Cui opinioni favere videtur Cic. ad Att. l. I. ep. 14. et 15. ubi inquit: 'Et raptim in eam sententiam pedarii concurrerunt.' Et rursus: 'cum præclarum caput recitaretur, ne quis ad nos referret, ne decerneret, ne pedibus iret.'

Idem et a Tacito hoc loco confirmari videtur, 'cum pedarii senatores certatim exsurgerent, fœdaque et nimia censerent.'

Festus lib. I. inquit, 'pedarium senatorem significat Lucillius, cum ait: Agipes vocem mittere cœpit, quia ita appellatur, qui tacitus transeundo ad eum, cujus sententiam probat, quid sentiat, indicat.' Hinc 'pedibus ire in sententiam,' et 'pedariam sententiam' observamus apud Latinos scriptores.

Pedarios autem senatores fuisse minoris auctoritatis ceteris, ex dictis, et ex Tacito ipso hoc in loco, facile constare potest.

Clare vero ex Livio lib. XXVII. ubi de Livio antea ex consulatu a populo damnato, et a censoribus in senatum reducto: qui 'ignominiæ acceptæ memor, aut verbo assentiebatur, aut pedibus in sententiam ibat, donec cognati hominis causa in senatu stantem sententiam dicere coëgit.' *Donatus.*

Pedarii] Quia pedibus in curiam ibant, quia nullum curulem magistratum obtinuerant, vel quia ipsi non voce promebant sententiam, sed in aliorum patrum sententiam pedibus accedebant.

[c] *Tam projectæ*] Ipsum etiam Tiberium pigebat tam abjectæ eorum pa-

66. Paulatim dehinc, ab indecoris ad infesta transgrediebantur. C. Silanum, Proconsulem[1] Asiæ,[d] repetundarum a sociis postulatum, Mamercus Scaurus e Consularibus, Junius Otho Prætor, Brutidius Niger Ædilis, simul corripiunt, objectantque 'violatum[e] Augusti numen, spretam Tiberii majestatem:' Mamercus, antiqua exempla jaciens, 'L. Cottam[f] a Scipione Africano, Ser. Galbam[g] a Catone censorio, P. Rutilium a M. Scauro accusatos.' Videlicet Scipio et Cato talia ulciscebantur,[h] aut ille Scaurus,[i] quem

Exin sensim a flagitiis ad scelera transibant. Mamercus Scaurus consularis, Junius Otho prætor, Brutidius Niger ædilis, simul invadunt C. Silanum rectorem Asiæ, peculatus a provincialibus incusatum; exprobrantque violatam Augusti divinitatem, contemtam Tiberii majestatem. *Mamercus vetusta exempla referebat,* L. Cottam a Scipione Africano, Ser. Galbam a Catone censorio, P. Rutilium a M. Scauro delatos esse. *Nimirum Scipio et Cato talia vindicabant,*

1 *Proconsule* Gronovius.

NOTÆ

tientiæ, per quam nihil recusabant, quod vel ipsis aut civitati pudendum esset, modo principi voluntatem suam approbarent.

[d] *Proconsulem Asiæ*] Proconsulatus Asiæ continebat partem occidentalem Asiæ minoris, ad mare Ægæum, et ubi provinciæ Æolis, Ionia, et Doris: ex notitia imperii orient. et Panciroli commentario, cap. 101. *Tillemon.*

[e] *Violatum*] Objectantque quod Divi Augusti numen perjurio violasset: sic Freinsh. Sed certe potuit aliter violari numen hujus Dei, quam perjurio: nec dicit Tac. quo facinore violatum illud sit; nec debet interpres in re ambigua Taciti mentem extendere.

[f] *L. Cottam*] Cicero Divinatione in Verrem, ibique Asconius et Valerius VIII. 1. *Lipsius.*

[g] *Ser. Galbam*] De Galba ibidem Cicero et Valerius. De Rutilio Livius Epit. LXX. Cicero in Bruto, et Oratore I. Orosius l. V. *Lipsius.*

[h] *Talia ulciscebantur*] Quod non referendum ad *repetundas,* supra, (nam talia ulcisci poterant Scipio et Cato,) sed ad proxime objecta crimina, 'violatum Augusti numen,' 'spretam Tiberii majestatem.'

Et talia certe non ulciscebantur veteres illi. Ne satis illum crimine repetundarum subvertere posset Scaurus, addit crimen majestatis, quod omnium criminum complementum, quod scelus ultimum non rei sed delatorum, quod crimen eorum qui nullum crimen haberent.

[i] *Ille Scaurus*] Nempe M. Scaurus, qui ter princeps senatus, et qui in tanto decore, paupertatem profiteri non erubuit. Val. Max. IV. 5. 'M. autem Scaurus quantulam a patre hæreditatem acceperit, in primo libro eorum, quos de vita sua scripsit, refert: ait enim sibi decem sola mancipia, totumque censum quinque atque triginta millium nummum relic-

proavum suum, opprobrium majorum Mamercus, infami opera dehonestabat. Junio Othoni,[j] literarum ludum exercere, vetus ars fuit: mox Sejani potentia Senator, obscura initia impudentibus ausis propellebat.[2] [k] Brutidium artibus

aut ille Scaurus, quem proavum suum, Mamercus patrum suorum labes ac flagitium, pudendo ministerio dedecorabat. Junius Otho olim ludimagistrum professus erat: dein Sejani auctoritate in senatum ascitus, ignobilem originem suam audacia et sceleribus promovebat. Nimia properandi libido incitabat Brutidium egregiis arti-

2 Faber, Beroaldus, aliique veteres, *propolluebat.* Tentabant Nic. Faber, *perpolluebat;* Acidalius, *protollebat;* Jac. Gronovius, *provolvebat.* Alii, *propalabat, porro polluebat.* Bene Groslotius, quem J. F. Gronovius, Ryckius, et recentiores omnes secuti, *propellebat.* Perperam in editione Pichenæ, *prætor polluebat.* Brotier.

NOTÆ

tum: in hac penuria ille futurus senatus princeps nutritus est spiritus.' 30. mill. sunt 750. coronati.

[j] *Junio Othoni*] Declamator fuit eo ævo notus. Seneca pater, et ipsum et genus ejus dicendi describit, non sine nota controv. 9. Ait illum usum tecto genere dicendi et suspicioso, ubi minime opus, et cum aperte liceret agere. 'Bene,' inquit, 'de hoc vitio illius Scaurus aiebat, illum acta in aurem tegere.'

Acumen joci reddo, scriboque *legere.* Acta publica sunt, nec aliud tam vulgo promtum notumque, adeo ut proverbii loco Seneca filius alibi dixerit, 'Beneficia in acta non mitto,' id est, non publico, non divulgo. Quid autem magis ridiculum, quam Acta publica alicui recitare in aurem? *Lipsius.*

Bene *tegere in aurem;* id est, ita garrire in aurem, ut res tegatur. Martialis: 'Garris in aurem semper omnibus, Cinna.' Opponit *tegere τῷ publica.* Hoc dico, non prorsus affirmo.

[k] *Obscura initia impudentibus ausis propellebat*] Suetonius de claris Rhetoribus: 'Paulatim et ipsa (Rhetorica) utilis honestaque apparuit: multique eam præsidii causa et gloriæ appetiverunt. Cicero ad præturam usque Græce declamavit. Latine vero senior quoque et quidem consulibus Hirtio et Pansa: quos discipulos et grandes prætextatos vocabat. Cnæum Pompeium quidam historici tradiderunt, sub ipsum civile bellum, quo facilius Caio Curioni promtissimo juveni causam Cæsaris defendenti contradiceret, repetisse declamandi consuetudinem; M. Antonium, item Augustum, ne Mutinensi quidem bello omisisse. Nero Cæsar et primo imperii anno, publice quoque bis antea declamavit. Plerique autem oratorum etiam declamationes ediderunt. Quare magno studio hominibus injecto, magna etiam professorum ac doctorum profluxit copia, adeoque floruit, ut nonnulli ex infima fortuna in ordinem senatorium, atque ad summos honores processerint.'

Sueton. de illust. Grammat. cap. 3. 'Pretia Grammaticorum tanta, mercedesque tam magnæ, ut constet, Lutatium Daphnidem, quem Lenæus Melissus per cavillationem nominis Πανὸς ἄγημα dicit, ducentis millibus nummum Quinto Catulo emtum, ac brevi manumissum: Lucium Apu-

honestis[l] copiosum, et, si rectum iter pergeret, ad clarissima quæque iturum, festinatio exstimulabat, dum æquales, dein superiores, postremo suasmet ipse spes anteire[m] parat: quod multos, etiam bonos, pessum dedit, qui, spretis, quæ tarda[n] cum securitate, præmatura, vel cum exitio, properant.

67. Auxere numerum accusatorum Gellius Poplicola et M. Paconius:[o] ille Quæstor Silani, hic Legatus. Nec dubium habebatur, sævitiæ captarumque pecuniarum teneri reum: sed multa aggerebantur etiam insontibus periculosa; cum, super tot Senatores adversos,[p] facundissimis totius Asiæ, eoque ad accusandum delectis, responderet solus, et orandi nescius, proprio in metu,[q] qui exercitam quoque elo-

bus affluentem; et si recta via ingrederetur, illustrissima quæque adepturum, dum pares, mox excelsiores, demum suamet ipse vota antevertere cupit: quod plerosque etiam viros probos in exitium impulit, qui posthabitis, quæ sero et tuto potuissent obtinere, *præpropera vel cum pernicie sua accelerant.*

Accusatorum turbæ adjunxere se Gellius Poplicola, et M. Paconius. Ille quæstor Silani, hic legatus. Et procul dubio crimen habuit crudelitatis et avaritiæ; sed plurima adjiciebantur etiam innocentibus infesta; cum præter tot senatores infensos, eloquentissimis totius Asiæ, ideoque ad arguendum ascitis, unus ipse responderet; et dicendi rudis, proprio in pavore, qui expertam etiam facundiam infringit; haud mode-

NOTÆ

leium ab Eficio Calvino equite Rom. prædivite, quadringenis annuis conductum, multos edocuisse.' Ducenta millia sunt quinque millia coronatorum.

[l] *Brutidium artibus honestis*] Vera laus. Non solum enim inter oratores rhetorasque locum habuit, recensente Seneca, non semel: sed etiam historiam scripsit, ut ex fragmentis apparet, cum laude.

Pete a Seneca patre, in suasoria de morte Ciceronis. Puto eundem esse, quem signat Juvenalis: 'Pallidulus mi Brutidius meus ad Martis fuit obvius aram.' *Lipsius.*

[m] *Spes anteire*] Corrupit eum impatientia moræ et festinatio, per quam primo æquales, dein superiores anteire, et postremo etiam ad ampliora, quam paulo ante sperare ausus esset, aspirare conabatur.

[n] *Tarda*] *Qui spretis, quæ tarda* sunt *cum securitate*, quæ *præmatura* sunt, vel *cum exitio* suo *properant.*

[o] *M. Paconius*] Quem posthac reum majestatis Tiberius interfecit, admonitu scurræ cujusdam. Sueton. Tib. c. 61. 'Interrogatum eum subito, et clare a quodam nano astante mensæ inter copreas, cur Paconius majestatis reus, tamdiu viveret, statim quidem petulantiam linguæ objurgasse; ceterum post paucos dies scripsisse senatui, ut de pœna Paconii quamprimum statueret.'

[p] *Tot senatores adversos*] Alios etiam potuit habere adversos, sed præcise intelligit istos, de quibus supra, Scaurum, Junium, Brutidium, Gellium, Paconium, &c.

[q] *Proprio in metu*] Ut distinguat

quentiam debilitat: non temperante[r] Tiberio, quin premeret voce, vultu, eo[1] quod[s] ipse creberrime interrogabat:[t] neque refellere, aut eludere dabatur:[u] ac sæpe etiam confitendum

rante Tiberio, quin urgeret voce, fronte, cum ipse frequenter inquireret: neque refutare aut declinare reo fas esset, ac sæpe etiam confitendi necessitas erat, ne frustra inter-

1 Mallet Lipsius, *et eo quod.* Acidalius, *eoque quod.* Nihil addendum. *Brotier.*

NOTÆ

ab aliis oratoribus, qui reos defendunt, et in alieno corio ludunt, securi exitus causarum, quicunque sit; sed Silanus tantæ vir nobilitatis patronos nullos habuit, quantum patet ex Tacito, ob crimen *majestatis;* ex quo 'vinclum et necessitas silendi.'

[r] *Non temperante*] Divelli hoc non debet a prioribus; est enim ex *multis* illis, quæ tum *aggesta* dixit paulo superius. *Freinshem.*

[s] *Voce vultu, eo quod*] Sic IV. 34. 'Id perniciabile reo, et Cæsar truci vultu defensionem accipiens.' *Freins.*

[t] *Creberrime interrogabat*] Ex eo colligunt, non ipsi licuisse respondere, quod creberrime interrogaretur a Tiberio: ideo premebat voce et vultu, quia creberrime interrogabat.

At non ideo a respondendo absterrebatur Silanus. Sed quia principe ipso assidente et urgente veluti novum crimen admittebat reus, si refelleret Cæsarem, aut eluderet; immo necessitas confitendi erat omnia, quæ inquirebantur, quamvis innocenti, ne velut in contumeliam principis verteretur, si frustra quæsivisset.

Quod alibi dicit Tac. 'Dum veritati consulitur, libertas corrumpebatur:' et infra, 'minui jura quoties gliscit potestas,' nec certe utendum imperio, ubi 'legibus agi possit.'

[u] *Refellere aut eludere dabatur*] Ideo, sicut opinor, quod, ut est apud Curtium VI. 10. 'Non supervacua solum, sed etiam invisa defensio est, quæ judicem non docere videtur, sed arguere.' *Freinshem.*

Alii putant eo non potuisse refellere quod crebris interrogationibus omne tempus respondendi Tiberius exemisset: quod non putem probari cuiquam posse.

Alii videntur velle, tam exquisite et minutim interrogatum fuisse, ut necessario hæreret defensio, cum ad omnia occurrere, et singula statim diluere, non valeret.

Alii, quasi expresso imperio prohibitus fuisset se defendere: quod quia temporum istorum moribus non convenit, eam quam dixi sententiam præfero, ut existimetur suo metu et sævitia Tiberii turbatus impeditusque obticuisse, ne cum ipso principe sibi altercandum foret, isque magis etiam irritaretur.

Refellere, aut eludere] Sensus validior Taciti est, quem vulgo capiunt: neque refellere licuit principem judicem, neque eludere; ideoque pretium reo fuit confiteri, ne frustra quæsivisset princeps; si refellit aut eludit principem, irritat: ergo si diffitetur, periit, si confitetur etiam pereundum est.

Callidior Domitius Afer; qui licet facundus orator, cum accusatus fuisset a Caligula, oratione scripta prolata, non aliter periculum evasit, quam cum auditor et admirator, po-

erat, ne frustra quæsivisset. Servos quoque Silani, ut tormentis interrogarentur,[2] actor publicus mancipio acceperat: et, ne quis[v] necessariorum juvaret periclitantem, majestatis crimina subdebantur, vinclum et necessitas silendi. Igitur, petito paucorum dierum interjectu, defensionem sui deseruit, ausis[3] ad Cæsarem codicillis, quibus invidiam et preces[w] miscuerat.

rogasset. Simul Procuratori publico addicti seu venditi sunt *servi Silani, ut per cruciatus quæstio de iis haberetur, et ne quis propinquorum reo in tali discrimine adesset, crimina majestatis supponebantur, nexus et necessitas tacendi. Itaque postulato paucorum dierum intervallo, defensionem causæ reliquit, compositis tamen ad Tiberium literis, quibus indignationem precesque inseruerat.*

2 Sic optime emendavit Lipsius. Perperam Beroaldus et veteres, *interrogentur.* Brotier.—3 Faërnus corrigit, *missis.* Latine; at minime probabiliter. *Ausus ad Cæsarem codicillos,* placet Ryckio et Ernesto, nec nobis displicet. Sic enim infra Annal. XII. 32. 'non ausis aciem hostibus;' et Hist. I. 48. 'stuprum ausa.' Quis tamen pronuntiet, *ausis,* Latinum non esse? Uti nollem: damnare non audeo. *Idem.*

NOTÆ

tius quam reus, tandem defensionis loco eum se magis ut oratorem, quam ut Cæsarem, metuere respondit. Quintil. Dio, Seneca.

Neque refellere] Neque enim audebat ipsum refellere, neque poterat interrogationes ejus silendo aut dissimulando frustrari; ita ut confiteri sæpe quædam cogeretur, ne suspicionem præberet, quasi per superbiam aut contumaciam Cæsari interroganti nihil respondisset. *Freinshem.*

Ne frustra de crimine interrogasset, quod forte nullum erat, quod tamen quia Cæsar premeret, fatendum metu aut respectu fuit, aut ne Cæsar temere et injuste eum interrogasse videretur.

[v] *Ne quis*] Ne quis propinquorum adesset periclitanti, majestatis crimina interjiciebant, qua re necessitas silentii cunctis imponebatur, cum nemo tam odiosum atque periculosum patrocinium suscipere auderet. *Freinsh.*

Et certe quis contra majestatem reum tueatur? quis patronus adversus principem? quis roget aut prenset patres pro tali reo qui jam funus? Prisca repub. cum imperaret populus, nemo etiam patronus reis læsæ majestatis aderat, neque vel propinqui squalorem induebant.

[w] *Invidiam et preces*] Sic lib. IV. 'Profusis diu ac per silentium lacrymis, mox invidiam et preces orditur.' *Invidia* plerumque apud Tacitum est, virulenta quædam publici odii concitatio l. I. 'Tantum consternationis invidiæque concivit:' l. II. 'Nec ad invidiam ista, sed conciliandæ misericordiæ refero.'

Petronius Arbiter: 'Contra, nos perturbati, ne videremur nihil agere, et ipsi scissam et sordidam tenere cœpimus tunicam, atque eadem invidia proclamare, nostra esse spolia, quæ illi possiderent. Sed nullo genere par erat causa nostra et conciones, quæ ad clamorem confluxe-

68. Tiberius, quæ in Silanum parabat, quo excusatius sub exemplo acciperentur, libellos[x] D. Augusti de Voleso Messalla,[y] ejusdem Asiæ Proconsule, factumque in eum Senatus consultum recitari jubet. Tum L. Pisonem sententiam rogat: ille, multum de 'clementia Principis' præfatus, 'aqua atque igni Silano interdicendum,' censuit, 'ipsumque in insulam Gyarum[z] relegandum.' Eadem ceteri,

Tiberius quo facilius, vetustatis obtentu, excusarentur ea quæ in Silanum struebat, legi præcipit commentarios D. Augusti de Voleso Messalla ejusdem Asiæ rectore, factumque adversus illum decretum patrum. Tum interrogat L. Pisonem quid censeret. Ille amplissimis verbis exorsus de indulgentia Cæsaris, aqua et igni arcendum Silanum *statuit*, ipsumque in insulam Gyarum amovendum. *Eadem*

NOTÆ

rant, nostram, scilicet de more, ridebant invidiam.'

Sic Agrippina IV. 53. ubi 'invidiam et preces orditur,' quanquam ferox ingenio nihil tamen dicit, quo Tiberius aperte videatur argui, sed tacitos invidiæ stimulos infert, 'solitudinem, habilem juventam, Germanici conjugem ac liberos,' memorando. Nam ea cuncta si contemneret, id invidiosum et sermonibus obnoxium apud omnes erat futurum. *Freinsh.*

Invidiam] Precibus pro salute sua, etiam interposuit sparsim verba, quibus tangebat, quam inique secum ageretur, si condemnaretur, et quam adversi rumores in principem inde secuturi essent.

[x] *Libellos*] Est qui vertat, quasi *libelli supplices* essent Augusti; quod falsum: *libelli, codicilli, commentarii* sæpe pro eodem sunt: de istiusmodi commentariis Sueton. Tib. LI. 'At illa commota (Livia) veteres quosdam ad se Augusti codicillos de acerbitate et intolerantia morum ejus e sacrario protulit, atque recitavit.'

Certe *libelli* isti, seu *commentarii* Augusti continebant accusationem, et testimonia adversus Volesum, et etiam Senatusconsultum de ea re factum: idque genus memoriæ diligenter asservabantur in conclavi, seu sacrario principis, et erant velut arcana imperii, quibus ipsi, et futuri principes informarentur.

Sic Tac. hist. IV. 40. 'Signo ultionis in accusatores dato, petit a Cæsare Junius Mauricus, ut commentariorum principalium potestatem senatui faceret, per quos nosceret, quem quisque accusandum poposcisset.'

[y] *Voleso Messalla*] De quo Seneca l. II. de Ira. 'Volesus nuper sub Divo Augusto proconsul Asiæ, cum trecentos una die securi percussisset, incedens inter cadavera, vultu superbo, quasi magnificum quiddam conspiciendumque fecisset, Græce proclamavit, O rem regiam! Quis hæc rex fecisset? non fuit hæc ira, sed majus malum et insanabile.'

[z] *Gyarum*] De hac insula, seu scopulo, sic Strabo l. X. 'Cum ad Gyarum jactis starem in anchoris quendam agnovi tunc viculum, quem piscatores incolerent. Cumque inde solveremus, legatum quendam a piscatoribus ad Cæsarem missum assumsimus (erat autem Cæsar Corinthi ad Actiacum tendens triumphum), navigans una ad percunctantes respondit, quod levandi gratia tributi legatione fungeretur ad Cæsarem. Drachmas enim centum et 40. sese solvere, e quibus

nisi quod Cn. Lentulus, 'separanda Silani materna bona (quippe alia parente[1][a] geniti) reddendaque filio' dixit, an-

et alii promebant, *nisi quod Cn. Lentulus censuit*, dividendas maternas Silani opes (quippe alia matre procreati) et filio restituendas, *assentiente Tiberio. At*

1 Locum hunc mire solicitant interpretes, ut Cn. Lentuli sententiæ causas extricent. Reinesius, quem Ryckius, Amelot de la Houssaie, et Gordon sequuntur, pro *alia* emendant, *Cornelia*, quasi Lentulus, gente Cornelia oriundus, bona illa fisco exemta voluerit, ut Silani filio, suoque consobrino, redderentur. Heinsius corrigit, *Ælia*, in Sejani gratiam. Mallet Grotius, *Mallia*, vel *Manlia*, quod C. Silanus Torquatam sororem habuerit. Pichena fingit Silano fuisse matrem et novercam. Freinshemius pro *alia* divinat, *Julia*, [vel *Ælia:* posterius verum: occulte innuit, hoc datum Sejano, qui adoptione transierat in gentem Æliam.] ut id Juliæ familiæ dignitati datum videatur. Eodem recidit Lipsii sententia; conjiciebat, *quippe tali parente*, vel *quippe illa parente geniti*, veluti per admirationem dictum: veterem librum Hispanum laudat, in quo non *alia*, sed *alta* legebatur. *Brotier*. In vulgata lectione manifestum insidet mendum: nulla enim ratio cur Cn. Lentulus *separanda Silani materna bona reddendaque filio* voluerit, in eo, quod is *alia parente genitus*. Grotius magna quidem sagacia conjecit *Mallia* vel *Manlia* legendum, putans matrem *Silani* ex *Manlia* gente fuisse, quoniam ejus soror *Torquata* mox dicitur, quod cognomen *Manliæ* gentis. Sed cum in hac pariter cesset ratio sententiæ a Cn. Lentulo dictæ, apparet adhuc aliud ulcus latere. Freinshemius subjecit *Juliæ*, sed dubitanter, quod avide primo arripuit Rupertus ad Reinesium Ep. XLVIII. sed admonitus a Reinesio temporis rationem, ut multa alia, non pati ut hic *C. Silanus* filius *Juliæ* neptis esse potuerit, retractans demisit Ep. LX. Hic vero existimat pro *alia* scriptum olim fuisse *Cornelia*, conjectura perquam verisimili. Primo enim constat ratio cur Cn. Lentulus bona *Corneliæ* hujus fisco exemerit, quippe quæ ipsius gentilis et forte amita magna, ut Reinesius ponit. Nec videri debet adeo mira omissio vel præcisio prioris syllabæ in *Cornelia*, cum in versu proxime subsequenti iterum legatur *Cornelius*. Vide hæc pluribus apud ipsum Reinesium Epist. L. *Ryckius*.

NOTÆ

100. magna cum difficultate pendere possent.' Centum Drachmæ sunt 30. libræ.

Gyarum] Hæc insularum Cycladum una in mari Ægæo: hodie *Joura*, in Archipelago, Turcis paret. *Tillem.*

[a] *Materna bona, quippe alia parente*] Certe hæc implexa. Pichena interpretatur, Silano fuisse matrem et novercam; materna autem bona intelligi, veræ matris, quæ separanda a novercæ, ac filio danda, aut aviæ paternæ. Ego causæ nihil video, cur bona matris non fuerint Silani hic rei: et simul igitur cum paternis, pari jure, confiscanda.

Mihi semper aliquid occulti vulneris in hac scriptura visum, et sententiam affirmare pæne audeam, etsi vix scripturam. Sed hæc quoque fortasse fuerit: *quippe tali parente geniti:* vel *quippe illa parente*, per admirationem.

Enimvero Lentulus separari materna bona per honorem voluit, et respectu illius parentis: quæ ex Augusti sanguine scilicet esset. Hoc in Silanis verum est: et Tacitus noster l. XIII. 'Silanum abnepotem Divi Augusti' facit, et Plinius, 'Divus Augustus neptis suæ nepotem genitum vidit, quo excessit anno.' Stemma tamen seriatim hoc texere difficile sit.

NOTÆ

Quod si in lectione nihil mutas: tum ego interpretari cupiam duas matres Silano huic reo fuisse, veram et novercam. Noverca autem bona maxima ex parte Silano reliquerat, in gratiam mariti, vel obsequiis, ut fit, privigni capta. Nunc censet Lentulus, separanda ea bona, quippe cum *non ea parente genitus esset:* sed adventitia illa bona, et ex indulgentia data, filio item indulgenda. *Lips.*

Alia parente geniti] Constat Silanos maternam originem ad Augustum retulisse, quomodo infra XIII. 1. 'Silanus D. Augusti abnepos' diserte traditur. Ut ita non absurde legi possit: *Quippe Julia parente geniti.*

Quid enim absurdi esset, si quis existimaret plures fuisse Julias, quam quas hæ scriptorum reliquiæ nobis exhibent? ideoque ob præcellentiam hujus familiæ indignum videri poterat, si bona inde provenientia publicarentur.

Quanquam et in illis verbis *reddendaque filio*, latet altera mitioris sententiæ ratio, quam attendi video, et in damnatione Suilii, infra XIII. 43. 'Ademta bonorum parte; nam filio et nepti pars concedebatur, eximebanturque etiam quæ testamento matris aut avi acceperant:' (an *aviæ ceperant?*)

Ut nimirum a matre vel avia profecta, viderentur non tam ad patres aut avos pertinere, (quanquam jure potestatis patriæ ipsis acquirebantur) quam ad liberos, quibus relicta erant, idque mitiori interpretatione, ut dixi. *Freinsh.*

Hoc stemma vir doctus sic constituebat; ut Silanus, quem Plinius neptis Augusti nepotem scripsit, esset hic *filius*, cui materna bona conceduntur hoc loco; ipse autem *damnatus*, filius Juliæ, quæ neptis erat Augusti.

Sed ratio temporum non congruit. Nam Silanus, qui hic damnatur, consul fuit A. U. C. 762.: demonstravi autem, Julia nepte, ante annum 759. nullum Silanum nasci potuisse. *Frein.*

Lentulus dixit Silani materna bona in honorem familiæ, ex qua illa oriunda fuerat, non cum cetera substantia publicanda, sed filio reddenda esse. *Freinsh.*

Repone, *quippe Mallia parente geniti.* Omnia quidem bona Silani, quippe in insulam deportandi, publicanda erant: sed Lentulus rigorem sententia sua mitigat, et bona materna damnati vult ipsius filio servari in honorem Manliæ, sive Malliæ gentis, unde genus maternum Silano: infra; 'sororem quoque Silani Torquatam.'

Mos autem frequens virginibus mulieribusque Romanis nomen a matre sumere, præsertim si ea pars sanguinis illustrior esset. Infra l. XIII. 'Sabina Poppæa T. Ollio patre genita, sed nomen avi materni sumserat, illustri memoria Poppæi Sabini consulari et triumphali decore præfulgentis.' *Grotius.*

Lege, *quippe Cornelia parente geniti.* Quia mater Junii *Lepidi* gentilis erat Lentuli, grave huic videbatur, quod per legem dimidia parte bonorum multaretur reus, etiam bona ejus materna simul confiscari, seu publicari; et integra, seorsum a reliqua massa, malebat ad filium consobrinum suum transire (ita de Cn. Pisone præside Syriæ, qui priusquam damnaretur, se morte absolverat, censuit Cotta Cos. A. U. 773. 'Partem bonorum ejus publicandam, pars ut Cn. Pisoni filio concederetur,' Tac. Ann. III. 17.): quod hoc Lentulus in favorem familiæ suæ vergere prudenter judicaret.

Corneliam istam amitam hujus Cnæi Lentuli magnam, eumque Corneliæ e fratre pronepotem facio sic:

nuente Tiberio. At Cornelius Dolabella,[b] dum adulationem longius sequitur, increpitis C. Silani moribus, addidit, 'ne quis vita probrosus et opertus infamia, provinciam sortiretur: idque Princeps dijudicaret: nam a legibus delicta

Cornelius Dolabella, dum assentationem ulterius sectatur impellitque, incusatis C. Silani flagitiis, adjecit, ne quis vita scelerosus et ignominia sordidus, provinciam sorte obtineret: idque Cæsar disceptaret: quippe legibus in crimina

NOTÆ

L. Cornel. Lentulus

Cn. Corn. Cn. F. Lentulus Cos. A. U. 740. Panvinius huic cognomen Gætulici tribuit.

Corn. Cn. F.

C. Junius Silanus Cos. A. U. 737.

L. Corn. L. F. Lentulus Cos. A. U. 750.

Cossus, qui et Cn. Corn. Cn. F. Lentulus Cos. A. U. 752. post Gætulicus: Pighius Isauricum cognominat e Dione Panviniusque: sed male.

C. Junius Silanus C. F. Cos. A. U. 763. Pro C. Asiæ, damnatus A. U. 775.

Cossus, Cossi F. Cn. N. Lentulus, Cos. A. U. 778. in præfectura urbi successor Pisonis, qui obit A. U. 785. Tac. Sen. ep. 83. Hic est qui senserat Præsides Provinciæ non posse accusari, Coss. Sylla et Trione A. U. 784. l. XII. D. de accusat.

Cn. Cornel. Cn. F. Lentulus Gætulicus, Cos. A. U. 789. Hic est ille Taciti: Pighio Cn. Triumphalis F.

C. Appius Junius Silanus Cos. A. U. 781. proc. Hisp. occisus A. U. 795. Domum habuit in monte Cælio. Tac. Ann. IV. 64. Sed quia hunc Senatorem vocat ibi Tac. alius ab Appio fuerit.

Reinesius.

[b] *Cornelius Dolabella*] Præter ceteros adulator: qui supra censuit, ut Tiberius ovans urbem iniret: cujus mentio in prisco lapide conjunctim cum hoc C. Silano:

P. CORNELIVS. P. F. DOLABELLA.
C. IVNIVS. C. F. SILANVS. FLAMEN.
MARTIAL. EX. S. C.
FACIVNDVM. CVRAVERVNT.
IDEM. QVE. PROBAVERVNT.

Lipsius.

Corn. Dolabella] Lapis apud Lipsium (in quo Gruterus VI. p. 176. addit *Coss.*) quod cuivis manifestum est, loquitur de P. Cornelio P. F. P. N. Dolabella C. Junio C. F. M. N. Silano Flamine Martiale Coss. A. U. 762. Consulem vero fuisse hunc, de quo Tacitus hoc loco, ex ejusdem narratione fere negare ausim.

Tiberius enim exhibet nobilitatem familiæ Juniæ, dignitatem senatoriam, voluntatem sororis; cur de Consulatu et Flaminio, unde efficacius argumentum erat, silet? *Rupert.*

puniri: quanto fore mitius in ipsos, melius in socios, provideri, ne peccaretur?'

69. Adversum quæ disseruit Cæsar: 'non quidem sibi ignara, quæ de Silano vulgabantur:[1] sed non ex rumore statuendum:[c] multos in provinciis,[d] contra quam spes[e] aut metus de illis fuerit, egisse: excitari quosdam ad meliora magnitudine rerum; hebescere alios: neque posse Principem sua scientia cuncta complecti: neque expedire, ut ambitione aliena trahatur. Ideo leges in facta constitui, quia futura in incerto sint: sic a majoribus institutum, ut, si anteissent[2] delicta, pœnæ sequerentur. Ne verterent sapienter reperta, et semper placita: satis onerum Principibus,

animadverti: quanto fore lenius in ipsos præfectos, et felicius erga socios, præcaveri, ne delinqueretur?

Contra ea censuit Tiberius, non quidem sibi ignota, quæ de Silano jactabantur, sed non ex vulgi sermonibus decernendum: plerosque in provinciis aliter se gessisse, ac spes aut formido de illis præsumserit: erigi nonnullos ad honestiora rerum amplitudine; alios torpescere; neque posse imperatorem cuncta amplecti animo: neque conducere ut aliena libidine aut nutu impellatur. Propterea leges in facinora statui, quia futura in dubio sint: sic placitum veteribus, ut, si præcessissent crimina, supplicia succederent; ne mutarent prudenter inventa, et ab omni ævo approbata; satis curarum prin-

1 Mallet Ernestus, *vulgarentur*. Bene, sed non necessario, ut ipse fatetur. *Brotier*.—2 In libris hactenus editis, *antissent*. Illustr. Pellicerius, literariæ antiquitatis et Mss. Codicum peritissimus, vere emendavit, *anteissent*. Nec magis dicendum, *antissent*, quam *antibam*, *antirem*. Porro passim Tacitus, *anteibam*, *anteirem* scripsit: sicque ipsi poëtæ: Virgil. Æn. XII. 84. 'Qui candore nives anteirent, cursibus auras.' *Idem*. Gronovius et Ryckius *antissent*.

NOTÆ

c *Ex rumore statuendum*] *Statuendum* verbum, nihil aliud quam privatum cujusque judicium, nempe de hujus illiusve moribus, non recte acceperunt de publicis decretis. *Freinsh.*

d *Multos in provinciis*] Vir idem etiam diverse agit aliquando; nec semper sibi constat. Sueton. de Vitellio IV. 'Proconsulatum Africæ posthæc, curamque operum publicorum administravit, et voluntate dispari et existimatione. In provincia singularem innocentiam præstitit, biennio continuato, &c. At in urbano officio dona atque ornamenta templorum surripuisse,' &c.

e *Contra quam spes*] Sic Otho se innocenter gessit in Lusitania, cum se in Urbe flagitiis fœdasset. Teste Sueton. 'uxoris mœchus cœperat esse suæ.' Et tamen 'provinciam administravit quæstorius per decem annos, moderatione atque abstinentia singulari.' Sic et Tac. de Vespas. l. I. hist. 'Ambigua de Vespasiano fama, solusque omnium ante se principum in melius mutatus est.'

satis etiam potentiæ: minui jura,[3] [f] quotiens gliscat potestas: nec utendum imperio, ubi legibus agi possit.' Quanto rarior apud Tiberium popularitas,[g] tanto lætioribus animis accepta. Atque ille prudens moderandi, si propria ira non impelleretur, addidit, 'insulam Gyarum immitem et sine cultu hominum esse: darent Juniæ familiæ, et viro quondam ordinis ejusdem, ut[h] Cytheram[4] potius concederet: id sororem quoque Silani, Torquatam,[i] priscæ[j] sanctimoniæ virginem, expetere.' In hanc sententiam facta discessio.[k]

cipibus, satis etiam auctoritatis, et debilitari infringique leges, quoties crescat auctoritas imperantium, nec ad vim dominationis recurrendum, ubi jure experiri liceat. *Quanto rarius se civilem approbabat Tiberius, tanto hæc majori gaudio accepta sunt. Atque ille sciens temperandi, si propria offensione non incitaretur, adjecit,* insulam Gyarum asperam et ab omni cultu vastam esse: tribuerent Juniæ genti et homini olim ejusdem dignitatis, ut Cytheram potius commigraret: id etiam Torquatam Silani sororem antiquæ castimoniæ Vestalem exposcere. *In hanc sententiam ivere* Patres.

3 Sic optime emendavit Lipsius. Perperam Beroaldus aliique veteres, *minutura quotiens gliscat potestas.* Brotier.—4 In Ms. Flor. *Cythenum;* non vero *Cythonum*, ut scripsit Lipsius. Inde tamen forte suspiceris, *Cythnum*, qua de insula dicetur infra Hist. II. 9.

NOTÆ

[f] *Minui jura*] Est qui sic vertat, cum altius augetur vel attollitur potestas principum, tum eam subverti, subrui tollique; quod verum. Sed hic præcise vult tantum Tac. tum minui vim legum.

[g] *Popularitas*] Quanto rarius civilis ingenii specimen dabat Tiberius, ita ut leges et æquum jus inter cives mallet, quam superbiam domini; fere semper tristis et 'atrox in iis etiam quæ recte faceret;' tanto id lætius visum.

Popularitas] Civilis status patientia.

[h] *Cytheram*] Insula maris Ægæi prope Peloponnesum provinciam Græciæ: hodie *Cerigo* in Archipelago, prope Moream provinciam imperii Turcici Europæi; hæc insula paret Reipublicæ Venetæ. *Tillemon.*

[i] *Torquatam*] Cujus memoriam servat marmor Romæ: IVNIÆ. C. SILANI. F. TORQVATÆ. VIR. VEST. MAXIMÆ. Itemque alterum in hortis Vaticani mihi lectum: I. IVNONI. IVNIÆ. C. SILANI. F. TORQVATÆ. SACERDOTI. VESTALI. ANNIS LXIIII. CŒLESTI. PATRONÆ. ACTIVS. *Lipsius.*

[j] *Priscæ*] Vertunt, quasi jam olim ipsa sanctitatem coluisset. Intellige Torquatam sanctitatem habuisse, ex antiquis moribus, et parem priscis Virginibus Vestæ.

[k] *In hanc sententiam facta discessio*] Id est, in hoc senatus consensit. Duobus enim modis facta SC. ex literis Varronianis Agellius l. XIV. refert: 'aut per discessionem, si consentiretur: aut conquisitis sententiis per singulos, si dubia res esset.'

Ateius Capito contra: et Tuberonem vere dicere ait, 'nullum SC. fieri, non discessione facta: quod in omnibus SC. etiam quæ per relationem fierent, discessio esset necessa-

70. Post auditi Cyrenenses,[1] et, accusante Anchario Prisco, Cæsius Cordus repetundarum damnatur. L. Ennium, Equitem Romanum, majestatis postulatum, 'quod effigiem Principis promiscuum ad usum argenti[m] vertisset,' recipi Cæsar inter reos vetuit; palam aspernante[n] Ateio Capitone, quasi per libertatem. 'Non enim debere eripi Patribus vim statuendi: neque tantum maleficium impune habendum: sane lentus in suo dolore esset;[o] Reip. injurias ne largiretur.'[1] Intellexit hæc Tiberius, ut erant[p] magis,

Postea Cyrenenses admissi, et postulante Anchario Prisco, Cæsius Cordus captarum pecuniarum convincitur. Prohibuit Tiberius *inter sontes recipi L. Ennium equitem Rom. majestatis interrogatum,* quod imaginem Cæsaris communem in usum argenti conflasset, *palam improbante et adversante Ateio Capitone, quasi sic libertatem assereret.* Non enim auferri debere Patribus potestatem decernendi: neque tantum scelus inultum relinquendum: esto, lenis in sua offensione esset Cæsar, at publicas injurias ne condonaret. *Accepit hæc Tiberius,*

1 Elegans, sed rarior est hæc verbi potestas. Vide Ruhnken. ad Rut.

NOTÆ

ria.' Ejus infra lib. proximo meminit Cornelius, et lib. XIV. inquit, 'postquam discessionem consul permiserat, pedibus in sententiam ejus iere.' *Vertran.*

[l] *Post auditi Cyrenenses*] Ancharius idem etiam proconsul Cretæ, et ex Strabone lib. ultimo patet, Cretam cum Cyrenaica ejusdem proconsulis fuisse. Etiam Suetonius Vesp. c. 11. 'Quæstor Cretam et Cyrenas provinciam sorte cepit.' Ubi male quidam libri, *provincias.* Lipsius.

Cyrenenses] Cyrenaica, provincia Lybiæ regionis in Africa: hodie pars occidentalis regni et deserti *Barca,* in Barbaria et Biledulgerid regionibus. *Tillem.*

[m] *Promiscuum ad usum argenti*] *Promiscuo argenti usu,* non tantum supellex argentea debet intelligi, sed omne id, quocumque usus argenti extenditur: puta, si ad arma exornanda, vel phaleras adhibuisset, aut creditoribus dedisset. *Freinsh.*

[n] *Palam aspernante*] Simili in re dixit Tac. 'ea sola species adulandi supererat:' jam tum omne assentationum genus exhaustum profusumque; quia nempe isti vana et inani libertate in veram certamque servitutem abutebantur: ipsa libertate libertatem corrumpebant subvertebantque.

[o] *Lentus in suo dolore esset*] Summa arte assentatoriæ libertatis hic adhibitum est vocabulum, quod in deteriorem sensum usurpari solet. *Freinsh.*

[p] *Ut erant*] Reipsa noluit Ateius damnari Ennium, noluit forte absterrere principem a clementia, sed ita specie libertatis prorupit, ut sic magis extolleret celebraretque principem et lenitatem illius, qui cum paratos ad ultionem Patres haberet; in propria injuria, non tantum parceret, sed etiam sævire alios prohiberet palam et magno exemplo. Nam eo major virtus quo magis adversatur impellentibus et irrumpentibus adulatoribus. Capito tamen hic, *insignitur infamia, &c.*

quam ut dicebantur: perstititque intercedere. Capito insignitior[2] infamia fuit, quod, humani divinique juris sciens, egregium publicum[3q] et bonas domi artes[r] dehonestavisset.

71. Incessit dein religio,[s] quonam in templo locandum foret donum, quod pro valetudine Augustæ Equites Romani voverant Equestri Fortunæ:[t] nam etsi delubra ejus Deæ

ut erant magis, quam ut jactabantur, perseveravitque contradicere. Capito eo notabilior flagitio fuit, quod peritus humanarum divinarumque legum, bonum publicum, et eximias pacis artes ipse contaminavisset.

Dein intravit subiitque animos *religio, quonam in delubro statuendum foret votum, quod equites Rom. pro valetudine Liviæ nuncuparant Equestri Fortunæ:*

Lup. 58. *Brotier.*—2 Ita Ms. Flor. Pichena et recentiores omnes. Perperam Beroaldus aliique veteres, *insignior.* Male tentat Heinsius, *infamiæ.* Idem.—3 Legerim, *et gratiam publicam,* vel *gratiam publicam.* Rep. of Lett. for April, 1734. p. 246.

NOTÆ

[q] *Egregium publicum*] Tacitus dixit, sicut Varro, 'villas pessimo publico ædificatas:' quem Livius imitari non veritus est, l. II. 'Nec ambigitur, quin Brutus pessimo publico reges exacturus fuisset.' Sed ex ipso Tacito, ut solet, Sulpicius Severus histor. sacræ l. II. 'Quod initio jure judiciorum et egregio publico defensum.' *Colerus.*

Egregium publicum] Vertit Harlæus *Rempub.* sed Tacitus vocat illam humani divinique juris peritiam *egregium, publicum,* itemque *bonas domi* seu pacis *artes;* neque duo sunt hoc loco peritia illa juris et *bonæ domi artes.*

[r] *Bonas domi artes*] Non potest id exponi vocabulo, quod tantum vitam civilem et inculpatam, non etiam studiorum et præcipue juris peritiam (quæ hic unice spectatur) significet. *Freinshemius.*

Possint et intelligi eloquentia, et alia literarum studia, sed præcipue peritia divini humanique juris hic intenditur.

[s] *Religio*] Ad religiones pertinens quæstio.

[t] *Equestri fortunæ*] Quidam legunt *Sequestri,* sed frustra: probare ante debuerunt fortunam tali cognomento dicatam fuisse, et habuisse templum Antii.

Sed certe equites Rom. quærebant, quia equites illi, *Equestrem* fortunam, seu templum illius, quo donum suum locarent; et *Equestris* dicta illa, vel quia equo insideret, vel quia pro equestri victoria vota olim dicataque erat: et nunc hoc loco etiam sunt Equites, qui votum nuncuparant pro valetudine Augustæ.

Sed repetenda altius origo templi Fortunæ Equestris structi olim in ipsa Urbe. Cum Q. Fulvius Flaccus prælio decertaret in Hispania adversus Celtiberos, fere impellebatur, cum erumpere equites duarum legionum jussit, qui statim 'magna strage hostium cuneum transcurrerunt.'

Idem ultro audent alarii, seu sociorum equites. Tuncque 'Celtiberi omnes in fugam effunduntur, et Imperator Rom. aversos hostes contemplatus ædem Fortunæ Equestri Jovique opt. maximo ludos vovit:' sic fere Livius XL. 40.

Sed cum postea Fulvius, quod voverat templum strueret, 'enixo studio

multa in urbe, nullum tamen tali cognomento[u] erat: reper-

nam quamvis plurima istius numinis templa in civitate essent, *nullum tamen tali*

NOTÆ

ne ullum Romæ amplius aut magnificentius templum esset,' illud tegulis marmoreis exornatum cupiit; proptereaque ædem Junonis Laciniæ ad partem dimidiam detegit, quod ædi suæ sufficiebat, et tegulas in urbem advehit.

Sed sacrilegii arcessitus in curiam, acerrime increpitus est a Patribus; decrevitque Senatus ut tegulæ illæ in templum Junonis referrentur: quippe censebant sic obstringi 'religione populum Rom.' qui 'ruinis templorum templa ædificaret.'

Addit miraculum Val. Max. I. 1. Fulvium post factum mente non constitisse: 'quinetiam,' inquit, 'per summam ægritudinem animi expiravit, cum ex duobus filiis in Illyrico militantibus, alterum decessisse, alterum graviter audisset affectum, cujus casu motus Senatus tegulas Locros (seu Bruttios) reportavit,' &c.

Ex quo loco Valerii conjiciebam, eo casu interiisse Fulvium, et marmore in Bruttios reportato, eoque mortuo, et filiis ipsius, (si viverent,) et ipsis Patribus ab infausto cœpto deterritis, neminem perfecisse templum, sicque omissum et relictum templum, ita ut ætate sequenti ne quidem vestigium extaret.

Sed obstat Livius, qui tale miraculum, ut vanum, fabulosum et indignum veritate ac majestate historiæ silentio præteriit. Immo, inquit ille XLII. 10. 'Fulvius ædem fortunæ Equestris quam proconsul in Hispania dimicans cum Celtiberorum legionibus voverat, annos sex post quam voverat, dedicavit.'

Itaque illud templum structum, perfectum dicatumque est ab ipso Fulvio; et omnes auctores mansisse id testantur, et situm fuisse in nona regione Urbis. Immo et fuit etiam templum Fortunæ Equestris novæ in quartadecima regione, et tamen nullum tali cognomento extat ævo Tiberii: quis hoc credat?

Audeam incusare hoc loco incuriam, seu brevitatem nimiam Taciti: nec uno hoc loco debuit saltem dicere, fuisse olim tale templum, nec amplius extare. An istud parergon historiæ? an nostra et illius cura tam indignum? Sed id pro genio Taciti, qui modica spernere amat.

Nec certe nobis scribebat posteris tam procul amotis, ad nos tam seros nepotes vix intendit, aut respexit Tacitus. Respiciebat ad hoc suum præsensque aut proximum ævum, quo amplissimæ memoriæ et longe doctiora monumenta historiarum manebant: nos usque adeo rerum Rom. studiosos fore haud cogitavit. Nec ipse immortalitatis suæ aut operis sui securus, post tam longinquas ætates resurrectura studia satis prævidit.

Dubitando dicam tamen, ut consulam honori Taciti, illud templum vetus Fortunæ Equestris forte periisse, vel terræ motu, vel inundationibus, aut incendiis, quibus obnoxia Urbs fuit, vel aliquo simili casu, ita ut non amplius extaret ævo Tiberii.

Conjiciam etiam tum nondum extitisse templum Fortunæ Equestris novæ, cum donum illud votum est ab Equitibus, sed postea constructum putem ab ipsis equitibus Rom. qui auctoritate, gratia, et opibus præpollebant ævo principum, per procurationes administrandis negotiis, ut alibi diximus.

[u] *Nullum tali cognomento*] Mirum vero. Nam et Livius et Valerius

tum est, ædem esse apud Antium,[v] quæ sic nuncuparetur, 'cunctasque cærimonias Italicis in oppidis,[w] templaque[x] et Numinum effigies, juris atque imperii Romani esse:' ita donum apud Antium statuitur. Et, quando de religionibus tractabatur, dilatum nuper responsum adversus Servium Maluginensem, Flaminem Dialem, promsit Cæsar, recitavitque decretum Pontificum: 'quotiens valetudo[1] adversa Flaminem Dialem incessisset, ut, Pontificis Maximi arbitrio, plusquam[2] binoctium[y] abesset: dum ne diebus publici

cognomine reperiebatur: excogitatum est fanum esse apud Antium, quod sic appellaretur; omnesque religiones Italicis in civitatibus, delubraque, et Deorum imagines in potestate Romanorum esse. *Sic munus apud Antium locatur. Et quia de cærimoniis agebatur, Tiberius dilatum haud ita pridem responsum contra Servium Maluginensem Flaminem Dialem,* tandem *protulit, legitque, sanctionem Pontificum,* qua cautum erat: ut quoties Flamen Dialis incidisset in morbum ex Pontificis maximi voluntate, plusquam duabus noctibus abesset Urbe:

1 In editione principe hic et alibi, sicut et passim in Mss. libris, *valitudo.* Quod sit satis monuisse. *Idem.*—2 Ita Ms. Flor. editiones veteres et recentiores. Frustra emendat Rhenanus, *ne plusquam binoctium abesset:* Ferretus, *dum ne plusquam binoctium abesset: ne diebus, &c.* ætate quidem dictatoris Camilli A. U. C. 364. 'Flamini Diali noctem unam manere extra Urbem nefas' erat, Livius, v. 52. Austeriore hac lege vel antiquata, vel, ut solent humana omnia, saltem paululum remissa, binoctium abesse potuit. Nunc permitti-

NOTÆ

auctores sunt, Q. Fulvium Romæ dedicasse ædem fortunæ Equestri. Nominat et Julius obsequens. 'C. Claudio,' inquit, 'M. Perperna Coss. bubo in æde fortunæ Equestris comprehensus inter manus expiravit.'

Incendio consumtam suspicemur: nisi obstaret P. Victor, qui eam collocat in regione IX. urbis suo etiam ævo. Fatebor ingenue: aliud quod pro Tacito dicam non habeo. *Lipsius.*

Nullum tali cognomento] At meminerunt hujus templi prioris posteriorisque temporis scriptores. Quid ergo? potuit antiquitus exstructa fuisse tali cognomento ædes, mox incendio periisse, demum post Tiberii tempora restituta esse. *Freinshemius.*

[v] *Apud Antium*] Sic olim teste Liv. XXI. 62. 'Donum ex auri pondo quadraginta, Lanuvium portatum est, &c. lectisternium Cæræ, ubi sortes attenuatæ erant.'

Antium] Oppidum Volscorum populorum in Latio; hodie in ruinis jacet, et ab Italis vocatur *Anzio ruinato;* villa aut Burgus Campaniæ Romanæ ad mare Tyrrhenum, in statu Ecclesiastico. *Tillemon.*

[w] *Italicis in oppidis*] Non solum quæ in Italia, sed etiam in toto imperio et ditione Rom. erant, ea omnia populi gentium victoris et rerum domini esse censebantur.

[x] *Templaque*] Liv. I. 38. Tarquinius 'rex interrogavit, &c. Deditisne vos populum Collatinum, urbem, agros, aquam, terminos, delubra, utensilia, divina, humanaque omnia, in meam populique Rom. ditionem? Dedimus. At ego recipio.'

[y] *Ut, Pontificis Maximi arbitrio, plus-*

sacrificii, neu sæpius quam bis eundem in annum.' Quæ, Principe Augusto constituta, satis ostendebant, annuam absentiam, et provinciarum administrationem Dialibus non concedi: memorabaturque L. Metelli, Pontificis Maximi, exemplum, qui Aulum Postumium, Flaminem, attinuisset. Ita sors Asiæ in eum, qui Consularium Maluginensi proximus erat, collata.

dummodo non diebus publicarum cærimoniarum, et ne sæpius quam bis eodem anno. *Quæ imperante Augusto decreta, satis innuebant peregrinationem annuam, et provinciarum curam Dialibus haud permitti; referebaturque exemplum L. Metelli Pontificis maximi, qui Aulum Postumium Flaminem retinuisset in Urbe. Ita proconsulatus Asiæ translatus in illum consularem, qui post Servium Maluginensem vetustissimus erat.*

tur, ut propter valetudinem adversam, Pontificis Maximi arbitrio, plusquam binoctium abesse possit: dum ne diebus publici sacrificii, neu sæpius quam bis eundem in annum. Si ne binoctium quidem Urbe abesse potuisset flamen, sortem Asiæ postulare nunquam ausus esset Servius Maluginensis. *Brotier.*

NOTÆ

quam binoctium] Apud Livium l. v. Camillus dixit, 'Flamini Diali noctem unam manere extra urbem, nefas est.' Collegium tamen Pontificum potuit gratiam veterum cærimoniarum fecisse, scilicet, collata sub modo in arbitrium Pontificis maximi cognitione, quomodo, et quoties, male se habenti Diali Urbe abesse liceret.

Quod decretum habuit, 'ne diebus publici sacrificii:' non accipio de Idibus singulorum mensium, quibus Jovis Flamen bove operabatur. Stata enim erant illa sacra, certoque die facienda, quibus diebus Servius Maluginensis dixit supra, 'Pontifices si Flamen valetudine impediretur, Dialia sacra fecisse.' Quod si de illis intelligas, decretum Pontificum prohibebit.

Aliter igitur expono *sacrificii publici dies;* sacra popularia, ut ait Labeo, sive publica, quæ omnes cives pro populo, montibus, pagis, curiis, sacellisque publico sumtu faciebant. Auctor Pompeius Festus l. xiv. *Vertran.*

Ita ex fide manuscripti: *Ut Pontificis Maximi arbitrio plusquam binoctium abesset.* Sententia videtur: cum Flamini Diali binoctium abesse liceret, venia non petita; Pontificum decreto statutum est, ut valetudini curandæ ultra binoctium abesse posset, arbitrio tamen Pontificis Maximi.

Sed hæc expositio redargui videtur, quod nullum decretum appareat, quo binoctii absentia sine Pontificis venia permitteretur. Quin immo noctem unam Diali extra urbem manere nefas, Livius l. v.

Sed fortasse Augustus, ut pleraque alia, ita hæc ex horrida illa antiquitate deflexit, ut innuunt sequentia: 'Quæ principe Augusto constituta,' &c. *Pichena.*

Plusquam binoctium] Ita in manuscripto Medicæo, ablegatis aliis vocibus: placetque licere Flamini abesse, sed consulto et consciscente Pontifice, etiam plusquam binoctium: sed duntaxat in adversa valetudine, et cum exceptionibus quæ sequuntur.

72. Iisdem diebus Lepidus ab[1] Senatu petivit, 'ut basilicam[z] Pauli,[2] Æmilia monumenta,[a] propria pecunia firmaret ornaretque.' Erat etiam tum in more[b] publica munificentia: nec Augustus arcuerat Taurum,[c] Philippum, Balbum, hosti-

Eodem tempore Lepidus postulavit a Patribus, ut suo sumtu instauraret, exornaretque basilicam Pauli, gentis Æmiliæ monumenta. *Vigebat eratque in usu etiam tum publica magnificentia: nec Augustus prohibuerat Taurum Philippum,* aut

1 Ita Ms. Flor. editiones veteres et recentiores. In intermediis, *a senatu.* Sic mox infra correctum, *monumenta.* In Ms. Flor. et veteribus editionibus, *monimenta.* Idem.—2 Ryckius et Homerus habent *Paulli.*—3 Muretus addi-

NOTÆ

[z] *Basilicam*] Idem Romanis erat *Basilica,* quod jam Gallis *Palais,* ædificium nimirum magnificum, in quo causæ agebantur. *Freinsh.*

Basilicam] Pauli Æmilii Basilica fuit in Octava regione Romæ antiquæ: ex Roma Nardini l. v. c. 8. p. 257. *Tillemonius.*

[a] *Æmilia monumenta*] Bene Æmilia monumenta. Non enim unius Æmilii opus. Æmilius Paulus qui postea cum C. Marcello consul, duas Basilicas, veterem refecit, novam locavit. auctor Cicero ad Atticum l. IV. epist. XVII. Novam interventu bellorum civilium non perfecit ipse: perfecit sub Augusto Paulus Æmilius, qui consul anno DCCXX. et postea censor. Dio l. XLIX. 'Et porticum Pauli dictam Æmilius Lepidus Paulus proprio sumtu perfecit, et in consulatu dicavit.'

Eam incendio consumtam refecit XX. annis post alius Æmilius, ut narrat idem Dio l. LIV. 'Postea porticus, nomine quidem et specie instaurata est ab Æmilio, qui e gente primi conditoris ortus erat, at revera ab Augusto et ab amicis Pauli restituta est.'

Et nunc post annos XXXV. iterum collapsam, firmavit ornavitque Manius Lepidus, is de quo dixi supra. *Lipsius.*

Monumenta] Ne pro sepulcris capias sed pro ædificiis splendidis, quæ in decus Urbis domusque struebantur.

[b] *In more*] Erat enim tum etiam in usu, ut privati etiam publicis operibus sua pecunia exstruendis munificentiam exercerent.

[c] *Arcuerat Taurum*] Sic scribendum, non *arguerat,* ut vulgo. *Arcuerat,* id est, vetuerat, prohibuerat. *Lipsius.*

Recte *arguerat,* quomodo enim *arceret* Augustus, quod non reprehendebat, immo quod incitabat ipse, impellebatque toto conatu, nempe ut ornaret urbem inundationibus et incendiis deformem.

Plus est *arcere* quam *arguere:* et qui arceret, qui neque arguebat, et qui argueret ille, qui suadebat hortabaturque ad talia suscipienda, Augustus.

Sueton. Aug. 29. 'Sed et ceteros principes viros sæpe hortatus est, ut pro facultate quisque monumentis vel nobis, vel refectis et excultis urbem adornarent. Multaque a multis exstructa sunt; sicut a Marcio Philippo ædes Herculis Musarum: a L. Cornificio, ædes Dianæ: ab Asinio Pollione atrium libertatis: a Munatio Planco ædes Saturni: a Cornelio Balbo theatrum, a Statilio Tauro amphitheatrum,' &c.

les exuvias, aut exundantes opes,[d] ornatum ad urbis et posterum gloriam conferre: quo tum exemplo Lepidus, quanquam pecuniæ modicus, avitum decus recoluit. At 'Pompeii theatrum' igne fortuito haustum, Cæsar 'exstructurum'[e] pollicitus est, 'quod nemo e familia restaurando sufficeret; manente tamen nomine Pompeii.' Simul laudibus Sejanum extulit, 'tanquam labore vigilantiaque ejus tanta vis unum intra[f] damnum stetisset.' Et censuere Patres, 'effigiem Sejano, quæ apud theatrum Pompeii[g] locaretur.' Neque multo post Cæsar, cum Junium Blæsum, Proconsulem[4] Africæ, triumphi insignibus attolleret,[h] 'dare id se,' dixit, 'honori Sejani,' cujus ille avunculus erat.

Balbum, hostium spolia, vel abundantes divitias contribuere ad splendorem Urbis, et posterorum decus: quo tum instituto Lepidus, etsi non multis opibus affueret, avorum honorem instauravit. At Tiberius promisit, restituturum se theatrum Pompeii incendio forte absumtum; propterea quod nemo e gente illa restituendo decori par esset, servato tamen vocabulo Pompeii conditoris. *Etiam Sejanum celebravit,* tanquam opera et diligentia illius, tanta violentia ignium unam intra cladem substitisset. *Et decrevere Patres* imaginem Sejano, quæ apud monumenta Pompeii statueretur. *Et paucis postea diebus, cum Tiberius eveheret, ornaretque Junium Blæsum præfectum Africæ ornamentis triumphi;* id se tribuere *dixit* decori Sejani, *cujus ille avunculus erat.*

dit, *ignium:* male. *Brotier.*—4 *Proconsule* Gronovius.

NOTÆ

[d] *Exundantes opes*] Opes alias ab hostilibus manubiis intelligi, præfixa *aut* particula denotat. Quam non temere usurpavit auctor; sed ut ostenderet, duo genera hominum ejusmodi opera exstruxisse: alios, non sua impensa, sed manubiis hostilibus usos; alios privatis tantum opibus viguisse, ut huic magnificentiæ sufficerent.

Et potest declarari res exemplis. Philippus, qui hic nominatur, bellorum et perinde manubiarum expers, ex suis bonis ædem Herculis Musarum, ut apud Suet. in Aug. c. 29. legitur, exstruxit: Statilius Taurus amphitheatrum, Dio l. LI. Domitius autem Calvinus apud Dionem lib. XLVIII. Palatium refecit ex auro coronario. *Freinsh.*

[e] *Exstructurum*] Quod promisit, nec tamen perfecit. Sueton. Tib. 47. 'Quæ sola susceperat, Augusti templum, restitutionemque Pompeiani theatri imperfecta post tot annos reliquit.'

[f] *Unum intra*] Nempe quod intra unum illud Theatri damnum stetisset ignis.

[g] *Apud theatrum Pompeii*] De ea re Seneca ad Marciam c. 22. 'Decernebatur Sejano statua in Pompeii theatro ponenda, quod exustum Cæsar reficiebat: exclamavit Cordus, tunc vere theatrum perire.'

Pompeii theatrum] Fuit in Octava regione Romæ antiquæ. Hodie Palatium *Orsini* in Campo Floræ, et in regione *Regola*, Romæ modernæ: ex Roma Ant. Nardini l. VI. c. 3. p. 328. &c. *Tillemonius.*

[h] *Triumphi insignibus attolleret*] Fre-

73. At[1] tamen res Blæsi dignæ decore[i] tali fuere: nam Tacfarinas, quanquam sæpius depulsus, reparatis per intima Africæ auxiliis, huc arrogantiæ venerat, ut legatos ad Tiberium[j] mitteret, 'sedemque' ultro 'sibi atque exercitui suo' postularet, aut 'bellum inexplicabile' minitaretur. Non alias magis sua Populique Rom. contumelia[2] indoluisse Cæsarem ferunt, quam, 'quod desertor et prædo, hostium more ageret. Ne Spartaco quidem,[k] post tot consularium exercituum clades inultam Italiam urenti, quanquam Ser-

Attamen res a Blæso gestæ dignæ tali honore fuerunt: quippe Tacfarinas, licet sæpe fusus fugatusque, contractis rursus copiis, per penetralia Africæ, eo audaciæ processerat, ut mitteret oratores ad Tiberium, agrosque *ultro* sibi et agmini suo *flagitaret, aut* bellum arduum atque immensum *minaretur. Dicunt haud alias magis indignatum esse Tiberium de suo populique Rom. dedecore, quam* quod perfuga et latro justorum hostium instar agitaret. Ne quidem id Spartaco, post tot consulares exercitus profligatos, impune Italiam incendenti, concessum

1 Libri veteres et recentiores *Ac tamen.* Medii quidam et pauci, *At tamen.*—2 Ita Beroaldus, editiones veteres et recentiores. Operarum vitio in Aldina editione irrepserat, *populique contumelia Romani,* quod, cum nesciret J. F. Gronovius, quasi antiquum et magnificum defendebat. Adeo falluntur

NOTÆ

quens Cornelio *insignium* horum mentio est: quæ observata sunt ex auctoribus, 'corona pateraque aureæ, sella curulis, scipio eburneus, toga picta, tunica palmata, statua laureata, nomen triumphale.' Erant autem ea lege ornamenta ejusmodi concessa, ut donato commorerentur, cui, dum viveret, eis perpetuo uti licebat. *Vertranius.*

[i] *Dignæ decore*] Ut nefas olim fuit *repudiare* decretum a senatu triumphum, ita et flagitii fuit, indignos triumphos appetere. Val. Max. II. 8. 'Probentur nunc cujuslibet gloriæ cupidi, qui ex desertis montibus, Myoparonumque piraticis rostris, laudis inopes, laureæ ramulos festinabunda manu decerpserunt.'

[j] *Ut legatos ad Tiberium*] Voluit mittere legatos, aut certe id cogitavit postulavitque; sed non venere ad Cæsarem, ut puto; neque enim licuit hosti, mittere legatos ad Senatum, aut ad Principem, nisi volente et annuente duce, qui Provinciam regeret, in qua bellum habebatur.

Et de ea re pactum fieri cum eo duce debuit, priusquam proficiscerentur legati per terras et provincias Rom. alioqui nullo jure inviolati fuissent legati, nec sine comitibus seu ducibus Rom. non sine commeatu Ducis Rom. (Centurio quandoque apponebatur) iter susceptum; nunc *salvum ductum* vocant. Primo advenientes ad castra Rom. caduceatorem præmittebant, eoque signo, jure gentium inviolati erant, etiam in bellis civilibus.

[k] *Ne Spartaco quidem*] Spartacus, Œnomaus, et Crixus, effracto Capuæ Lentuli ludo, in quo alebantur cum LXXIV. gladiatoribus, bellum servile in Italia concitarunt, et vocatis ad vexillum servis, occuparunt montem

torii atque Mithridatis[1] ingentibus bellis labaret[3] Respublica, datum, ut pacto in fidem acciperetur: nedum, pulcherrimo Populi Romani fastigio, latro Tacfarinas pace et concessione agrorum redimeretur.' Dat negotium Blæso, 'ceteros quidem ad spem proliceret arma sine noxa ponendi; ipsius autem Ducis quoquo modo potiretur.'

74. Et recepti ea venia plerique: mox adversum artes Tacfarinatis haud dissimili modo belligeratum. Nam quia ille, robore exercitus impar, furandi melior, plures per globos incursaret eluderetque,[m] et insidias simul tentaret, tres incessus,[1] totidem agmina parantur: ex quis Cornelius[n] Scipio Legatus præfuit, qua prædatio in Leptinos,[o] [2] et

esse, quamvis immanibus bellis Sertorii atque Mithridatis trepidaret Resp. ut inito fœdere et conditionibus datis acceptisque se populi Rom. fidei permitteret: tantum abesse, ut florentissima populi Rom. fortuna, prædo Tacfarinas fœdere et largitione terrarum conciliaretur. *Mandat Blæso*, ut alios quidem rebelles in spem traheret ab armis impune discedendi, ipsum autem ducem quacumque ratione in potestate haberet.

Et multi sic, impunitate proposita, *redicre ad obsequium: dein adversus fraudes Tacfarinatis haud dispari arte certatum. Quippe ille, quia vi militum inferior, latrociniis aptior, plures per cuneos irrumperet, frustraretùrque, fraudemque et insidias etiam pararet; tres incessus, totidem exercitus disponuntur; quorum uni Cornelius Scipio legatus imperavit, quia ex una parte diripiebantur Leptitani, et*

ipsæ eruditorum aures. *Brotier.*—3 Mallet Acidalius, *laboraret.* In hac vocum similitudine facile errare potuerunt librarii. *Idem.*

1 Emendabat Illustr. Pellicerius, *tres insessus.* Eleganter, si vox Latina sit. *Brotier.*—2 Libri editi, *in Leptinos*, errore librariorum, qui maxime in Tacito voces plurimas detruncarunt. Emendandum, *Leptitanos*, nemo non videt. Idque jam monuere Freinshemius et Ryckius. Infra etiam Hist. IV.

NOTÆ

Vesuvium. Vicerunt P. Vatinium Prætorem, et Claudium Pulchrum Legatum, anno 680.: confecti sunt a M. Crasso prætore, qui de eis ovavit lauro coronatus.

[l] *Sertorii atque Mithridatis*] Sertorianum bellum excitatum erat anno 673.; confectum est a Pompeio, anno 682.; bellum autem adversus Mithridatem cœpit anno 665.; post R. C. confectum anno 620. *Muretus.*

[m] *Incursaret eluderetque*] Re scilicet ipsa, factisque, non verbis insultando. *Freinsh.*

[n] *Ex quis Cornelius*] Uni Cornelius Scipio præfuit, qui ab uno latere Leptitanos contra prædationes tueretur; simulque perfugii ad Garamantas viam Tacfarinati occluderet; alia parte Blæsus filius, cum manu quam ducere ipse solebat, Cirtensium pagos, ne inulti ab hoste vexarentur, protegendos sibi sumsit.

[o] *In Leptinos*] Eos intelligit, qui Leptim Africæ urbem colunt. At illi ubique, etiam apud nostrum *Leptitani* vocantur; nusquam quod sciam, *Leptini*, ut vitium videatur irrepsisse,

suffugia Garamantum:[p] alio latere, ne Cirtensium[q] pagi impune traherentur,[r] propriam manum Blæsus filius duxit: medio, cum delectis, castella et munitiones idoneis locis imponens, Dux ipse arcta et infensa hostibus cuncta fecerat; quia, quoquo inclinarent, pars aliqua militis Romani in ore, in latere, et sæpe a tergo erat: multique eo modo cæsi, aut circumventi. Tunc[3] tripartitum exercitum plures in manus dispergit, præponitque Centuriones virtutis expertæ: nec, ut mos fuerat, acta æstate retrahit copias, aut in hyberna-

perfugia Garamantum erant: ex alia, ne Cirtensium oppida inulta agere et ferre liceret, proprio agmini Blæsus filius præfuit: in medio imperator ipse cum validissimis propugnacula et arces opportunis locis immuniens, angusta et adversa omnia prædonibus effecerat; quia quocumque se verterent, pars aliqua copiarum Rom. instabat a fronte, a latere, et sæpe postremum agmen hostium invadebat: plurimique ea ratione occisi, aut intercepti. Tunc trifariam divisum agmen plures in cuneos dispertit, præficitque centuriones spectatæ fortitudinis; nec, ut fieri solebat, exeunte æstate reducit

50. *Leptitani* appellantur. *Brotier.* Homerus legit *Leptitanos.*—3 Mallet

NOTÆ

oscitantia librarii, et proclivi in his talibus lapsu. *Freinsh.*

Leptinos] Leptis parva, vel Lepte minus, urbs Byzacenæ provinciæ in Africa proprie dicta, et versus Syrtim minorem.

Hodie *Lempta*, Arabo Nubensi; Europæis vero *Monastero*, urbs regni Tunetani ad orientem.

Fuit etiam Leptis magna, quæ et *Neapolis*, urbs Tripolitanæ Provinciæ in Africa proprie dicta, ad oram maris Africi. Hodie *Lebeda*, seu *Lepeda*, urbs regni Tripolitani ad oram, in Barbaria, sub clientela Turcarum. *Tillemonius.*

[p] *Garamantum*] Garamantes late sumti, populi Africæ interioris, ad fluvium *Gir.* Hodie pars orientalis *Saræ*, vel *Deserti* regionis. *Tillemonius.*

[q] *Cirtensium*] Cirtesii populi Numidiæ provinciæ, in Africa minore. Hodie pars provinciæ *Constantinæ*, circa urbem Constantinam, in regno Algeriano, sub clientela Turcarum, in Barbaria. *Tillemonius.*

[r] *Impune traherentur*] Scio quidem *trahendi* hanc quandoque significationem esse, quæ his supra II. 52. 'compellere in eadem,' vel cogere ad easdem partes suscipiendas, ut H. II. 100. Sed ipsa res, ex cujus ingenio verborum ambiguitas explicanda est, non patitur aliud esse *trahere*, quam diripere, deprædari, populari. Sic H. III. 33. 'Pecuniam vel gravia auro templorum dona, sibi quisque trahunt.' Et facit adjecta vox *impune*, hunc inesse verbo sensum: item, quod in pagis nullum fuisset operæ pretium in partes trahendis. *Freinsh.*

Sic l. XV. 1. 'Jam de Armenia concessum, proxima trahi: et nisi defendant Parthi, lenius servitium apud Romanos deditis quam captis esse.' Certe quibusdam locis, ut hoc isto l. XV. potest τὸ *trahere* habere utrumque sensum: qui enim vastat diripitque, simul et trahit sæpe in partes, vi vel sponte; sed tamen aliquando

culis veteris[s] provinciæ componit: sed ut in limine belli,[t] dispositis castellis, per expeditos et solitudinum gnaros, mutantem mapalia Tacfarinatem proturbat: donec, fratre ejus capto, regressus est, properantius tamen, quam ex utilitate sociorum; relictis, per quos resurgeret bellum. Sed Tiberius pro confecto interpretatus,[u] id quoque Blæso tribuit, ut *Imperator* a legionibus salutaretur; prisco erga Duces honore, qui bene gesta Rep. gaudio et impetu victoris exercitus conclamabantur: erantque plures simul Imperatores, nec super ceterorum æqualitatem: concessit quibusdam et Augustus id vocabulum; ac tunc Tiberius Blæso postremum.[v 4]

militem, aut in præsidiis antiquæ provinciæ collocat: sed velut initio belli, ordinatis propugnaculis, per promtissimos et desertorum scientes profligat Tacfarinatem castra seu mapalia moventem: donec fratre ejus potitus Blæsus, *reversus est, festinantius tamen, quam expediret sociis, manentibus per quos bellum renovaretur. Sed Tiberius bellum pro patrato accipiens, id etiam Blæso concessit, ut* Imperator *a militibus appellaretur, veteri erga duces decore, qui rebus præclare gestis, lætitia et ardore victricium legionum sic salutabantur: extabantque plures simul Imperatores, et omnes sibi invicem pares: etiam Augustus nonnullis* ducibus *id nomen tribuit; ac tunc Tiberius Blæso ultimum* concessit.

Illustr. Huetius, *tum tripartitum.*—4 Ita ex Ms. Flor. Pichena et recentiores. Perperam Beroaldus, *Blæso postremum obiere.* Ernesto aptius videtur, *at tunc*, quam, *ac tunc*. Brotier.

NOTÆ

tantum significat diripere, agere et ferre, quod intelligendum ex anteced. et consequentibus.

[s] *Veteris*] Copias nec retrahit, nec in Hybernis habet, quæ in ea parte Africæ erant, quam pridem Carthaginensibus ereptam *veteris Provinciæ* nomine intelligebant.

[t] *In limine belli*] Sic nempe, quia initio belli statim disponuntur castella locis opportunis, quæ sint subsidia nostris, et propugnacula in hostes, et quibus incursus hostiles retundantur, simul et copiarum et opum omnis generis receptacula sint, quæ in longum bellum comparantur.

[u] *Pro confecto interpretatus*] Sic supra, ubi de Germanico, quem Tiberius partæ jam gloriæ abstulit in Germania, tum etiam pro confecto et patrato bellum accipi voluit, ne patraretur; et, ne quis patrati belli gloriam haberet, maluit id relinquere, quam conficere, nempe confecti belli decus aliis invidebat.

[v] *Tiberius Blæso postremum*] Olim et libera repub. multi imperatores dicti, ut quisque rem suis auspiciis bene gessisset. Displicuit Augusto, et ut reliquos honores in se, sic et hoc nomen traxit, quod communicatum postea cum paucis, et fere non nisi ex gente Augusta.

Tiberius tamen hic Blæsum Imperatoris nomine insignit: eumque e privatis postremum, id est, ut post inde soli principes eo titulo sint usi, nemini ultra concesso subditorum.

75. Obiere eo anno viri illustres, Asinius Saloninus,[w] M. Agrippa[x] et Pollione Asinio avis, fratre Druso, insignis,

Eo anno interiere clari viri Asinius Saloninus, avis M. Agrippa, et Pollione Asinio et fratre uterino Druso illustris, et Tiberii nepti vir destinatus. Et Capito

NOTÆ

Velleius: 'Junius Blæsus proconsul in Africa, ornamenta triumphalia, cum appellatione Imperatoria meruit.'

Neque etiam indignum nota, quod observamus in nummis et inscriptionibus, Imperatoris titulum, cum principis est, præponi; cum victoris, subjungi: hoc modo, 'Imp. Cæsar Augustus,' &c.: contra, 'Junius Blæsus Imp.' 'M. Tullius Cicero Imp.' Quod etiam e Suetonii Julio colligas cap. 76. cujus id inventum. *Lipsius.*

[w] *Asinius Saloninus*] Asinio Pollioni oratori et historico filius natus Asinius Gallus, quem captis Salonis, Dalmatica urbe, agnomento dixit Saloninum. Servius auctor in Virgil. Eclog. IV. Etsi id cognomen Tacitus et Dio illi nusquam tribuunt, contenti dixisse Asinium Gallum.

Is Saloninus duxit Vipsaniam, Agrippæ filiam; dimissam paulo ante a Tiberio, qui ex ea sustulerat Drusum. Hoc est quod Tacitus l. I. scripsit: 'nec Gallus ideo iram ejus lenivit, pridem invisus, tanquam ducta in matrimonium Vipsania M. Agrippæ filia, quæ quondam Tiberii uxor fuerat, plusquam civilia agitaret.'

Habuit ex ea liberos complures. Virilis sexus istos, C. Asinium Saloninum, de quo hic: Asinium Gallum, de quo Suetonius, et Dio: Asinium Pollionem, qui consul anno urbis 756. de quo Plinius, Tacitus, Dio et Fasti: Asinium Agrippam, de quo libro sequenti: Asinium Celerem, quem consularem Plinius nominat, et ponit sub principe Caio.

Nec vanum est, quod tribuo tam multos. Jubet hoc Tacitus l. VI. ubi de morte Asinii Galli patris: 'Scilicet medio triennio defuerat tempus subeundi judicium consulari seni, tot consularium parenti.' Cui loco abunde lucem fecerint ista.

Sed quomodo hic Asinius Saloninus Drusi frater mortuus dicatur, quem Suetonius et Dio vivum ponunt Claudii ævo? nam Suetonius ecce, capite 13. in Claudio: 'Conspiraverant ad res novas Gallus Asinius et Statilius Corvinus, Pollionis ac Messallæ oratorum nepotes:' et Dio lib. ultimo, 'Asinius vero Gallus Drusi frater uterinus insidias paravit Claudio,' &c. Ne quæras ultra, frater hic fuit Salonini, non ipse. *Lipsius.*

[w] *Asinius Saloninus*] Lapis Puteolanus: CN. ASINIO. POLLIONIS. ET. AGRIPPÆ. NEPOTI. PUTEOLANI. PATRONO. PUBLICE. Lipsius quinque Pollionis e Gallo filio nepotes recenset, nullum Cnæum nominat. Ex iis M. cognomine Agrippa Cos. A. U. 777. Non Caio Asinio Gallo, sed Marco, qui alter C. Pollionis filius erat, natus esse videtur: et ex hujus filia M. Asinius Marcellus Eserninus. De quo Caii patris nepote Suet. Oct. c. 43.

Fuit eodem tempore Asinius Pollio Trallianus sophista et historicus, cujus affinitatem cum Romano isto ostendas. *Rupertus.*

[x] *M. Agrippa*] Qui fuit avus ejus maternus: pater ipsius Gallus Asinius duxerat Vipsaniam filiam M. Agrippæ et Pomponiæ Attici filiæ: ex Vipsania Agrippina et Asinio Gallo pro-

Cæsarique progener[y] destinatus. Et Capito Ateius, de quo memoravi, principem in civitate locum studiis civilibus[z] assecutus; sed avo Centurione Syllano, patre Prætorio. Consulatum[a] ei acceleraverat Augustus, ut Labeonem Antistium, iisdem artibus præcellentem, dignatione ejus magistratus anteiret. Namque illa ætas duo pacis decora simul tulit: sed Labeo incorrupta libertate,[b] et ob id fama, celebratior: Capitonis obsequium dominantibus magis probabatur. Illi, quod Præturam intra stetit, commendatio ex

Ateius, de quo retuli, juris civilis peritia civium Romanorum facile princeps, sed qui avum centurionem Sullanum, patrem prætura functum haberet: consularem dignitatem ei approperaverat Augustus, ut istius muneris decore antecelleret Labeonem Antistium, qui iisdem studiis prænitebat. Quippe eo ævo simul floruere duo pacis ornamenta. Verum Labeo vir integer atque pervicax libertatis, ideoque fama clarior: Capitonis obsequentia imperitantibus acceptior erat. Illi, quia intra præturam

NOTÆ

creatus iste Agrippa.

Hinc Druso fratre clarus, qui filius ejusdem Vipsaniæ et Tiberii: eidem Agrippæ destinata uxor aliqua filia Germanici, ut puto, quæ neptis Cæsaris, sicque progener illius fuisset.

[y] *Progener*] Agrippa destinatus progener Tiberio, sed cum Asinium Gallum patrem ipsius occidisset Tiberius, ideo, puto, a talibus nuptiis repulsus est: forte destinatus vir erat Drusillæ filiæ Germanici.

[z] *Studiis civilibus*] *Civilia studia* opponit bellicis, opinor, suntque eadem, quas supra III. 70. 'bonas domi artes' vocaverat, nisi quod *domus* eo loco, publicis opponitur, ut dictum est: et *bonæ artes*, sicut hic quoque *civilia studia*, præcipue quidem ad juris peritiam, non tamen unam, referenda sunt.

Nam 'ceterarum quoque bonarum artium non expers fuit, et in Grammaticam sese, atque Dialecticam literasque antiquiores altioresque penetraverat,' Gellio teste XIII. 10.

Nec dicit auctor, inter Jurisconsultos principem locum assecutum esse Capitonem: verum non claritudine generis, non virtute militari, sed studiis civilibus ad summas in urbe dignitates evectum fuisse. *Freinsh.*

Fallitur, cum dicit *bonas domi*, seu pacis *artes* publicis opponi. Immo Tac. vocat eas 'egregium publicum,' et opponit illas bellicis, non vero publicis.

[a] *Consulatum*] Quem cepit inter suffectos, anno urbis 759. x. Cal. Julii. Lapis priscus Romæ. C. ATEIO. CAPITONE. C. VIBIO. POSTUMO. COS.

[b] *Labeo incorrupta libertate*] Patrem æmulatus, virum præclarum et prudentem, qui bello Philippensi pro libertate fortiter occubuit. Appianus l. IV. 'Labeo vero sapientia clarus, is pater Labeonis qui etiam nunc peritia legum celeberrimus est, fidelissimi servorum suorum dextram prehendens et circumvertens, eo modo quo asserere in libertatem solent Romani, converso seu liberato gladium dedit, et se interfici sustinuit.'

injuria;[c] huic, quod Consulatum adeptus est, odium ex invidia oriebatur.

76. Et Junia sexagesimo quarto post Philippensem aciem anno, supremum diem explevit, Catone avunculo[d] genita, C. Cassii uxor, M. Bruti soror. Testamentum ejus

substitit, decus ex contumelia; huic, quia consulatum obtinuit, odium ex æmulatione augebatur.

Etiam Junia anno quarto et sexagesimo post Philippense prælium extremum spiritum hausit, Catone avunculo procreata, C. Cassii conjux, M. Bruti soror.

NOTÆ

[c] *Commendatio ex injuria*] Antistius ille Labeo agebat incorrupta libertate: 'agitabat hominem' (ait adversarius ejus Ateius apud Gell. XIII. 12.) 'libertas quædam nimia atque vecors, usque eo, ut D. Augusto jam principe, et remp. obtinente, ratum tamen pensumque nihil haberet, nisi quod justum sanctumque esse in Romanis antiquitatibus legisset.' Hæc ille, qui sub Augusto servilem in modum subblandiebatur, nec sub Tiberio dedidicerat morem inveteratum. Tac. hoc l. c. 70. Sueton. in Grammat. c. 22.

Sed quanam *injuria* affectus Labeo, si ei quoque consulatus oblatus est ab Augusto, ut refert Pompon. l. II. §. 47. D. de orig. jur. Putabam Labeonem suffici noluisse, nam *suffectus* is plerumque dicitur, quem substituunt in locum vita functi: idque (opinor) non erat in ea dignatione, qua electio prima. Suffectus enim nomen famæ non tantum inferebat, quantum prior, quod omnia nomine demortui semper signabantur. Verum nihil promovemus, quia Ateius etiam inter suffectos recensetur.

Utri horum credam? Cornelio; cum propius vero sit Augustum procul eum a consulatu esse voluisse, ut hominem præfractæ nimis et invictæ libertatis.

Nec esset absurdum, si diceremus, Pomponium, ut Proculianum, subblanditum esse Antistio Labeoni, cujus ipse sectam profitebatur: idque ne adversa nempe Cassiana (quæ Ateium Capitonem venerabatur) dignatione præcedere videretur.

Dixi Pomponium inter Proculianos fuisse: hæc me induxerunt. l. XII. D. de negot. gest. Pomponius Proculum sequitur, quod non fecisset, si unus ex ejus sectatoribus non fuisset, cum alias diversæ factiones acerrime inter se digladientur. At adversatur lex 40. D. de recep. arbit. Ubi ecce eum Cassianum.

Non decedam tamen de sententia; duos enim invenio Jurisconsultos, nomine Pomponios l. XXIV. de rei vindic. *Salinerius.*

[d] *Junia—Catone avunculo*] D. Junius Silanus, qui consul cum L. Licinio Murena, uxorem habuit Serviliam sororem M. Catonis: ex iis nata hæc Junia soror M. Bruti, per matrem (nam Bruti pater fuit M. Junius Brutus) Tertia vel Tertulla cognomento: de qua notus Ciceronis jocus, 'Tertia deducta est.'

Diversa igitur ab hac Junia, de qua Velleius: 'M. Lepidus juvenis, Lepidi ejus qui III. vir fuerat reip. constituendæ filius; Junia Bruti sorore natus.' Nam hæc uxor Lepidi fuit, nisi si ante Cassii, quod non opinor. *Lipsius.*

multo apud vulgum rumore fuit; quia, in magnis opibus, cum ferme cunctos proceres cum honore nominavisset,[e] Cæsarem omisit: quod civiliter[f] acceptum: neque prohibuit, quo minus laudatione pro rostris[g] ceterisque solennibus funus cohonestaretur. Viginti clarissimarum familia-

Supremæ tabulæ illius plurima apud plebem fama et sermonibus exagitatæ, quod in amplissimis divitiis Tiberium præterierit, cum fere omnes primores cum decore memoravisset: neque vetuit Cæsar, *quin habita oratione apud Rostra lauderetur, ceterisque cærimoniis solitis exequiæ ejus celebrarentur. Effigies viginti nobilissima-*

NOTÆ

[e] *Nominavisset*] Nempe ita ut ipsis legata relinqueret in honorem et veluti judicium ac testimonium virtutis et amicitiæ illorum. Neque enim præteriti Cæsares saltem boni in testamentis tam legata seu opes quærebant, quam ultimum de se testimonium judiciumque in amicis exoptabant, desiderabant.

[f] *Quod civiliter*] Quod accepit ut unus civium, vel accipere simulavit: nam in animo revolvente iras, multa abstrudebat ad tempus; et certe si supra civem se efferre voluisset et legum dominum se tulisset, facile contumeliam hanc seu contemtum vindicare potuit. Sed quid? adhuc Pompeiana fuit Junia: sic anui pervicaci libertatis se ulcisci saltem licuit.

[g] *Laudatione pro rostris*] Apud Græcos antiqua et solennis laudatio virorum, et præcipue qui in præliis pro patria occubuerant. Non ita solenne de fœminis, attamen aliquando usurpatum.

Patet ex Athen. l. xv. Quin et Aristoteles in sua defensione, nisi forte supposititia est, sic ait: Hermeiæ, ut immortali, cum ego sacrificare non deliberarem; sepulchrum, ut mortali, exstruxi; immortalem vero famam ejus reddere cupiens, funebri commendatione atque laudatione illam cohonestavi. Quod tamen, forte, privata et scripta tantum oratione fiebat, quæ postea edebatur, non publice pronuntiabatur.

Apud Romanos, primum a primis Consulibus in usu fuit laudatio virorum. At de fœminis non statim invaluit mos. Plutar. in Camillo originem ejus ritus describit.

Cum nempe ageretur de cratere aureo conflando, quod donum apud Delphos Apollini dicaretur, fœminæ consilio inter se habito, quod habebant in mundo muliebri aurum singulæ præbuerunt in tale donum, collectumque pondus auri octo talentorum.

Ideoque fœminis tribuit Senatus convenientem honorem, decrevit laudationem ipsis post obitum, quemadmodum et viris: quippe antea usitatum non fuit laudari fœminam defunctam publice.

Attamen cum honores fœminis ex ea liberalitate concessos memorat Livius, silet de laudatione post mortem.

Distinguit Plutarchus in Cæs. traditque, laudatas seniores fœminas post obitum; non autem juniores: 'Patrium institutum Romanorum fuit funebri laudatione celebrare fœminas ætate provectiores. Non item juvenes immaturo fato ereptas. Primus suam uxorem Cæsar, cum junior ea e vivis excessisset, laudavit pro Rostris, quo facto gratiam meruit in vulgus.'

rum imagines antelatæ[h] sunt, Manlii, Quintii,[i] aliaque ejusdem nobilitatis nomina: sed præfulgebant Cassius

rum gentium prælatæ sunt, Manlii, Quinctii, ceteraque ejusdem nobilitatis decora:

NOTÆ

[h] *Imagines antelatæ*] Ii soli habebant *jus imaginis*, qui magistratum curulem obtinuerant, et sic neque Quæstura neque Tribunatus jus imaginis dabant. Itaque prima imago ex Ædilitate curuli. Cicero in Verrem de se Ædile: 'Ob earum rerum solicitudinem atque labores, fructus illos datos, antiquiorem in senatu dicendæ sententiæ locum, togam prætextam, sellam curulem, jus imaginis ad memoriam posteritatemque probandam.'

Hæ imagines fuerunt, 'expressi cera vultus' Plin. humerorum tenus. Cur disponerentur in atriis explicat Valer. l. v. c. 8. 'Prudentissimoque viro succurrebat effigies majorum cum suis titulis: idcirco in prima ædium parte poni solere; ut eorum virtutes posteri non solum legerent, verum imitarentur.' Non tamen omnes ex cera effictæ illæ imagines. Nam imago Africani quæ ex cella Jovis, et effigies superioris Catonis, quæ e Curia, promebantur in pompam, haud dubie ex ære fuerunt.

Diebus festis lætisque majorum imagines aperiebantur ornabanturque. Seneca l. VII. controv. 6. 'Indicit diem festum; aperiri jubet majorum imagines,' &c.: sic et cum publica sacrificia fierent, teste Polybio; cui muneri impositus servus *atriensis:* sic et apud Sueton. Domit. 17. 'Puer, qui curæ Larium cubiculi ex consuetudine assistens, interfuit cædi,' &c.

His imaginibus affixi tituli honorum, et rerum in magistratu gestarum. Plinus: 'Tablina codicibus implebantur, et monumentis rerum in magistratu gestarum.' Livius l. x. 'cujus imaginis titulo consulatus censuraque et triumphus æquo animo legetur,' &c.

In funere præferebantur imagines in perticis seu hastis, forte in thensis, ut fercula triumphorum Silius l. x. 'Non conjux native aderant, non juncta propinquo Sanguine turba virum, aut celsis de more feretris Præcedens prisca exequias decorabat imago.'

Ferebantur in pompa imagines majorum etiam qui ante Romam conditam floruerant. Tac. l. IV. ubi de funere Drusi: 'Funus imaginum pompa maxime illustre fuit, cum origo Juliæ gentis Æneas, omnesque Albanorum reges et conditor urbis Romulus, &c. longo ordine spectarentur.'

Non tamen spectabantur in funere imagines Cæsarum, qui inter Deos relati essent. Dio ubi de funere Augusti: 'Post has ferebantur imagines avorum ipsius, ac cognatorum vita functorum, excepta Julii Cæsaris, quia inter semideos relatus,' &c.

In pompa Cæsarum tria genera imaginum prælata. Sic Dio ubi de funere Pertinacis: Primo ferebantur imagines veterum Romanorum illustrium. Secundo loco statuæ æreæ omnium nationum imperio Rom. parentium: sic ornatæ, ut cujuslibet gentis patrius mos est. Tertio effigies multorum aliorum virorum, qui præclare fecissent aliquid, aut excogitassent, aut nobili studio aliquo floruissent.

[i] *Manlii, Quintii*] Quare Manlii? quia Junii Silani innexi Manliæ genti. T. Manlius Torquatus filium in

atque Brutus, eo ipso, quod effigies eorum non visebantur.[j]

at prænitebant Cassius et Brutus ob id ipsum, quod imagines eorum in ea pompa *non spectabantur.*

NOTÆ

adoptionem dedit D. Silano. De quo Ciceronem vide I. de finibus, Valerium l. v. De Quintiis nihil dum reperi. *Lipsius.*

[j] *Sed præfulgebant Cassius atque Brutus, eo ipso, quod effigies eorum non visebantur*] Immo visebantur. Tac. l. IV. Ann. 'Quomodo imaginibus suis noscuntur, quas nec victor quidem abolevit.'

Habebantur domi et in publico, sed ut majestatis damnatorum in funeribus non præferebantur, l. II. Ann. 'Tum Cotta Messalinus, ne imago Libonis exequias posterorum comitaretur, censuit.' Hæc autem duo lumina Romanæ gentis parricidæ dicebantur.

Nec fidem abrogat jam dictis, quod cultor domi Cassianæ effigiei pessumdatus sit: imperator enim arripuit ansam eum perdendi ex inscriptione: 'Objectavitque Cassio, quod inter imagines majorum, etiam C. Cassii effigiem coluisset, ita inscriptam, Duci partium.' *Salin.*

Non ex sola inscriptione arripuit ansam Nero perdendi Cassium; sed ex veluti duplici crimine, nempe et quod effigiem C. Cassii 'inter imagines avorum' coluisset, et quod eam ita inscripsisset, 'Duci partium.' Non enim licuit habere imaginem hominis damnati hostisque publici inter alias avorum imagines, et longe minus licuit illam ita inscribere. Sic enim semina discordiæ in Cæsares spargere et propagare adhuc videbatur maligne talia interpretantibus. Puto, in Urbe non visebantur publice imagines Cassii aut Bruti, sed domi et in atriis colebantur. Et etiam in oppidis et coloniis apud socios, præcipue apud clientes populos quorum illi patroni fuerant. Patet ex imagine quam vidit apud Mediolanum Augustus, qui et ideo irasci simulans per risum, tamen Gallos laudavit.

Præfulgebant] Sed ante omnes maxime conspicui mentibus hominum erant Brutus et Cassius, hanc ipsam ob causam, quod imagines eorum, tanquam hostium Cæsaris, non præferebantur. *Freinsh.*

Conjurati lege Pædia damnati erant, et hostes denuntiati, ideoque in funeribus imagines eorum non visebantur. Non tamen domi habere stricte prohibitum, ut mox in damnatis obtinuit.

Apud Plutar. Cæsar laudavit pro Rostris Juliam uxorem Marii defunctam, et in exequiis Marii imagines proponere publice ausus est, quæ tum primum palam visæ sunt post Syllæ dictaturam, quippe Marii omnes hostes judicati erant. Forte tantum tolerabantur domi imagines damnatorum, in Urbe, et sæpius occultæ, non apertæ. Nam Cicero pro Sylla; 'domus erit, credo, exornata, aperientur majorum imagines,' &c. 'Omnia, judices, hæc amissa sunt, omnia generis, honoris, nominis insignia atque ornamenta unius judicii calamitate occiderunt.'

Non visebantur] Invisorum infensorumque imagines amovebantur Tac. l. VII. ubi de Messalina, 'Juvitque oblivionem ejus senatus, censendo nomen et effigies privatis ac publicis locis dimovendas.' Sic et mox de Poppæa.

Damnatorum imagines frangeban-

NOTÆ

tur, revellebantur, in Gemonias abjiciebantur, etiam et conflabantur in promiscuum usum. Juven. 'Frangenda miseram funestat imagine gentem.' Idem, 'Descendunt statuæ restemque sequuntur.' 'Ardet adoratum populo caput,' &c.

Eo ipso quo damnati senatusconsulto erant, eo ipso et abolitæ illorum imagines censebantur. Attamen turbat quod habet Tacitus II. 32. ubi de Libone: 'Tunc Cotta Messallinus, ne imago Libonis exequias posterorum comitaretur, censuit.' Sic judicare videtur Messallinus, non esse abolitas imagines Libonis, eo ipso judicio, quo damnatus est, nisi et senatusconsulto adderetur de imaginibus.

Quicquid sit, patet passim ex auctoribus, non licuisse hæredibus, filiis, propinquis, vel amicis quibuscumque, habere domi imagines damnatorum, præsertim in crimine majestatis: sic etiam prisca repub. usurpatum erat. Cicero: 'Sex. Titius quod habuit imaginem L. Saturnini domi suæ, condemnatus est. Statuerunt Equites Rom. illo judicio, improbum civem esse, et non retinendum in civitate, qui hominis hostilem in modum seditiosi imagine aut mortem ejus honestaret, aut desideria imperitorum misericordia commoveret, aut suam significaret imitandæ improbitatis voluntatem.' Attamen id toleratum fuisse liquet, nisi adverteret durius princeps, aut accusator aliquis.

Constat tamen non spectatas illas imagines publice in Urbe, nec in exequiis posterorum. Publice tamen spectatas fuisse in coloniis et municipiis constat.

Fuisse toleratas domi in urbe patet ex Tac. l. IV. de Cassio et Bruto loquitur: 'Quomodo imaginibus suis noscuntur, quas ne victor quidem abolevit:' et l. II. 15. ubi de Silio Messalinæ adultero: 'Ac primum in vestibulo effigiem patris Silii consulto senatus abolitam demonstrat.'

Fuisse etiam toleratas publice in oppidis et coloniis, patet ex Plut. et Sueton. ubi de statua Bruti publice spectata Mediolani, ideoque Gallos nostros ab Augusto ipso laudatos ob fidem, Plutarchus affirmat.

Video etiam retentas fuisse domi in urbe imagines Cassii et Bruti a posteris ipsorum, et præcipue Cassii, et id fuisse illis crimini datum tantum a malis principibus.

Exempli causa a Nerone teste Tac. III. 76. 'Objectavitque Cassio quod inter imagines majorum etiam C. Cassii effigiem coluisset,' &c. Idem habet Sueton. Neron. XXXVII. 'Cassio Longino Jurisconsulto ac luminibus orbato, quod in vetere gentili stemmate C. Cassii percussoris Cæsaris imagines restituisset.'

Sic et sub Tiberio crimini datum Cremutio Cordo quod Brutum et Cassium laudasset in historiis, quæ lectæ et approbatæ ab ipso Augusto fuerant. Tantum differt bonus et conscientiæ suæ securus imperator a flagitioso, et virtutem alienam suspectante principe.

C. CORNELII TACITI

AB

EXCESSU DIVI AUGUSTI

ANNALIUM

LIBER QUARTUS.

BREVIARIUM LIBRI.

Cap. 1. Tiberius sævit. Causa penes Æl. Sejanum, cujus ingenium et mores. 2. Is ad dominationem aspirat, quo ut perveniat, Romæ in castra Prætoria militem conducit. 3. Druso, Tiberii filio, insidiatur per uxorem ejus, stupro pollutam. 4. Drusus Germanici togam virilem sumit. Status publicus, numerus legionum, 5. earum et cohortium et classium loca exponuntur. 6. Civilis administratio qualis hactenus. 7. Sejanus potentiam auget, 8. sublato per venenum Druso. Tiberius animum obfirmat, Senatum erigit, eique filios Germanici duo commendat, ut imperii hæredes. 9. Funus Druso illustre. 10. 11. Falsa de Drusi ab incauto patre necati fama. 12. Populi favor filiis Germanici noxius. Iis et Agrippinæ Sejanus insidias struit.

13. Tiberius legationes et accusationes civitatum et provinciarum audit. 14. De asylis actum; Histriones Italia pulsi. 15. Alter ex Drusi liberis obit. Item Lucilius Longus, Principis amicus. Capito damnatus. 16. Lex lata de Flamine Diali. Vestalibus habitus honos.

17. Solennia vota pro Principe. Iis inserti Nero et Drusus: hinc odium Tiberii, quem Sejanus stimulat. 18. Hic Germanici amicos aggreditur. 19. Silius damnatur. 20. Uxor ejus Sosia in exilium pellitur. M. Lepidi moderatio. 21. Piso accusatus obit. Cassius Severus in saxum Seriphium relegatur. 22. Plautius Silvanus perit.

23. Tacfarinatem, bella rursus moventem, 24. Dolabella opprimit, 25. et cædit: 26. triumphalia non impetrat. Ptolemæus munera accipit. 27. Servilis motus semina per Italiam oppressa.

28. Q. Vib. Serenus, a filio accusatus. 29. 30. Amorgum reportatur. Præmia delatoribus statuta. 31. P. Suilius deportatur. Firmius Senatu movetur. 32. 33. Judicium de his annalibus.

34. Cremutius Cordus, historiæ scriptor, ob Bruti et Cassii laudes accusatus, libere se defendit, et 35. vitam abstinentia finit. Libri ejus cremati. 36. Cyzicenis ademta libertas. 37. 38. Templi honorem, ab Hispanis oblatum, Tiberius spernit. 39. Sejanus, nimia fortuna socors, Liviam sibi uxorem a Principe petit, qui 40. modeste negat, et Sejani rationes refellit. 41. Hic, augendæ potentiæ, Tiberio secessum ab urbe suadet, 42. auditis in causa Votieni Montani contumeliis, persuadet.

43. Romæ legationes Græcorum auditæ de jure asylorum. 44. Mors Lentuli, Domitii, Antonii. 45. L. Piso Prætor a quodam agreste interficitur. 46. Thraces montani rebellantes 47—51. a Sabino pelluntur, cæduntur, obsidentur, frustra eruptione facta, se dedunt.

52. Claudia Pulchra, Romæ adulterii accusata, damnatur. 53. Agrippina maritum petit, nec impetrat. 54. Ei Sejanus insidias struit. 55. Undecim urbes Asiæ de templo Tiberio struendo certant. 56. Prælati Smyrnæi. 57. 58. Tiberius dubia de causa in Campaniam abscedit, arcto comitatu. 59. In spelunca repentino lapidum lapsu periclitatus a Sejano servatur: hinc major ejus fides. Neronem Germanici aggreditur, et 60. calumniis subvertit. 61. Mors Asinii Agrippæ et Q. Haterii.

62. 63. Amphitheatri casu Fidenis multa hominum millia debilitata vel obruta. 64. 65. Romæ incendium deurit Cœlium montem. 66. Varus accusatur. 67. Princeps Capreas in insulam se abdit. 68—70. Titius Sabinus turpi fraude circumventus damnatur ipsis anni Kalendis. 71. Tiberius mentem suam recludi indignatur. Julia neptis Augusti obit. 72. Frisios, quod avare habiti, rebellantes, 73. L. Apronius repressum it, parum feliciter. 74. Turpis adulatio Senatus. Sejani arrogantia. 75. Cn. Domitius Agrippinam, Germanici filiam, accipit uxorem. Hæc sexennio fere gesta,

C. ASINIO, C. ANTISTIO COSS.
CORNELIO CETHEGO, VISELLIO VARRONE.
COSSO LENTULO, ASINIO AGRIPPA.
CN. LENTULO GÆTUL. C. CALVISIO.
M. LICINIO CRASSO, L. CALPURNIO PISONE.
AP. JUNIO SILANO, P. SILIO NERVA.

C. ASINIO, C. Antistio Coss. nonus Tiberio annus erat[a] compositæ[b] Reip. florentis domus (nam Germanici mortem

C. Asinio, C. Antistio consulibus, nonus Tiberio volvebatur annus, constituti imperii, vigentis familiæ (quippe Germanici exitium inter secundas res numerabat;)

NOTÆ

[a] *Nonus Tiberii annus erat*] Nam quatuor illi menses ejus anni, quo duo Sexti Pompeius et Apuleius consules fuerunt, non numerantur in annis Tiberii. Fuit autem hic annus ab urbe condita 775.; ut auctor est Plinius l. XXXIII. 2.

Nonus] Quidam *decimus*, sed falso. Quanquam enim connumeratis Sex. Pompeio Apuleioque Coss. decimi hi fuerint consules, ex quo Tiberius principatum susceperat, tamen nondum exacti erant novem anni a. XIV. Cal. Septemb. quo die Augustus decesserat ad Cal. Januarias: quibus consulatum C. Asinius C. Antistius inierunt: sed adhuc currebat quartus noni anni mensis. *Freinsh.*

[b] *Compositæ*] Neque reipub. pœnitendo statu, et inprimis domi prospera; fortuna nam inter res secundas mortem Germanici numerabat. *Freinsh.*

Compositæ reipub.] Nam in urbe pacata erant omnia, et externa bella virtute Germanici composita erant. Non a Tiberio inductam quietem, quæ sub Augusto maxime floruerat, sed conservatam sentit Tacitus.

inter prospera ducebat); cum repente turbare[c] fortuna cœpit: sævire ipse, aut sævientibus vires præbere. Initium et causa[d] penes Ælium Sejanum,[e] cohortibus prætoriis Præfectum, cujus de potentia supra memoravi: nunc originem, mores, et quo facinore[f] dominationem raptum ierit,[1] [g] expediam. Genitus Vulsiniis,[h] patre Seio Strabone,[i] Equite

cum subito mutare fortuna cœpit: ipse crudelis esse, aut crudelibus et furentibus subministrare potentiam. Principium et origo ab Ælio Sejano, quem prætoriano militi imposuerat; de cujus auctoritate antea retuli: nunc memorabo illius stirpem, ingenium, et quo scelere usurpatum ierit imperium. Natus Vulsiniis, parente Seio Strabone equite Rom. et initio juventutis comitatus erat *C. Cæsarem nepotem*

1 In Ms. Flor. *roptum perit.* Optime Pichena *raptum ierit.* Male Bero-

NOTÆ

Bene ordinata et *composita* tum respub. erat, comparate ad ea tempora quæ interitum Germanici et Drusi secuta sunt; nam post nonum annum Tiberii, fortuna sævire, ipse Tiberius Sejanusque grassari atrocitate delatorum, veneno, sanguine et cæde civium cœperunt.

[c] *Turbare*] Cum res humanæ eodem in statu manere non queant, ubi ad summum venere, in deterius mutentur necesse est. Hippocrates ait, *τὴν εὐεξίαν, ὅταν ἐς ἄκρον ἵκῃ, ἐπικινδυνοτάτην εἶναι.* Ita est et in fortuna familiarum, urbium, et imperiorum: tum cum splendet maxime, frangitur: quare et eam *vitream* finxere.

[d] *Initium et causa*] Non sunt omnino idem, et distinguenda sunt; quamvis in Posterioribus videatur Aristoteles utrumque confudisse.

[e] *Ælium Sejanum*] Is patrem habuit *Seium Strabonem:* sed in adoptionem datus alicui ex Æliis, dictus mutato inflexoque, ut solet, patris nomine, *L. Ælius Sejanus.* Id enim prænomen illi Dio dat lib. LVII. At in nummo æreo legi affirmat mihi quidam *Tiberium Sejanum:* cujus hæc inscriptio: TI. CÆSAR. DIVI. AVGVSTI. F. AVGVSTVS. AVGVSTA. BILBILIS. parte altera, corona e quercu: TI. ÆLIO SEIANO. Non vidi ego. *Lipsius.*

Forte sic inscriptus nummus, (si ita sit) cum *socium laborum* Sejanum appellavit Tiberius, vel quia se veluti servum libertumque Tiberii per amorem et obsequium profiteretur Sejanus, qui amor maxime inclaruit, cum Tiberium servavit cœnantem in specu et fere oppressum, quod forte denotat corona e quercu, nempe ob civem et civium principem conservatum. Liberti autem nomen assumebant domini liberatoris vel etiam dominæ. Hic autem libertus simul et liberator foret.

[f] *Quo facinore*] Nece Drusi, quem veneno sustulit.

[g] *Raptum ierit*] Sic lib. II. histor. ‘Mox ut Othonem ac Vitellium scelestis armis res Romanas raptum ire, vulgatum est.’ Sic lib. XV. 1. de Vologese, ‘spretum Arsacidarum fastigium ire ultum volens.’ IV. 73. ‘neque dux Romanus ultum iit.’ VI. 36. ‘Artabanus tota mole regni ultum iit.’

[h] *Genitus Vulsiniis*] Quia ergo Vulsiniensis Sejanus, ideo acute et non

Romano, et prima juventa C. Cæsarem, D. Augusti nepotem, sectatus, non sine rumore, Apicio, diviti[j] et prodigo,[k] stuprum[l] veno[2] dedisse: mox Tiberium variis artibus de-

D. Augusti, non sine fama venalem exhibuisse pudicitiam Apicio, magnæ opulentiæ et prodigentiæ viro: postea Tiberium ita sibi *obstrinxit diversis artibus, ut occul-*

aldus, *captaverit. Brotier.*—2 Ita Ms. Flor. Pichena, Gronovius, et recentiores. Perperam Beroaldus et veteres, *venum dedisse.* Brotier.

NOTÆ

sine morsu Juvenalis; 'Idem populus si Nortia Thusco Favisset, si oppressa foret secura senectus Principis, hac ipsa Sejanum diceret hora Augustum.'

Nam Nortia, vel potius, ut libri meliores, Nurscia, Volsiniensium peculiaris Dea. Livius lib. VII. 'Volsiniis quoque clavos indices numeri annorum fixos in templo Nurscīæ Etruscæ Deæ diligens talium monumentorum auctor Cincius affirmat.' Tertullianus: 'Asculanorum Ancaria Dea, Volsiniensium Nurscia, Ocriculanorum Valentia, Sutrinorum Nortia.' *Lipsius.*

Vulsiniis] Volsinium, oppidum Etruriæ provinciæ: hodie *Bolsena*, castrum ad lacum cognominem, in patrimonio sancti Petri et in statu Ecclesiastico. *Tillem.*

[i] *Patre Seio Strabone*] Qui et ipse prætoriis cohortibus præfuit: sed eo in Ægypti administrationem misso, solus deinde filius curabat. Ob hæc officia, attollit eum magnifico elogio Velleius: 'Sejanus Ælius, principe equestris ordinis patre natus, materno vero genere clarissimas, veteresque et honoribus insignes, complexus familias.' Quod autem maternum genus? Junium, ut opinor: hoc argumento, quod Junius Blæsus proconsul Africæ, avunculus ei fuit. Tacitus lib. III. extremo. *Lipsius.*

[j] *Apicio, diviti*] Quod idem Dio affirmat lib. LVII. qui M. Gavium Apicium nominat. Sed Apicios ejusdem notæ et luxus tres reperio. Primum, qui Athenæo nominatus lib. IV. c. 20. quem a Posidonio celebratum ait, et auctorem fuisse, ut Rutilius in exilium mitteretur. Alterum, qui Augusti et Tiberii ævo; de quo noster hic et Seneca Consolat. ad Elbiam: 'Apicius nostra memoria vixit, qui in ea urbe, ex qua aliquando Philosophi ut corruptores juventutis abire jussi sunt, scientiam popinæ professus, disciplina sua sæculum infecit.' Qui idem Plinio dictus 'nepotum omnium altissimus gurges:' et de cujus deliciis volumen Apioni Grammatico scriptum, lego in Athenæi lib. VII. At tertium, qui in imperio Trajani, cujus mentio apud Suidam in Ὄστρεα. Τραιανῷ ἐν Πάρθοις ὄντι καὶ τῆς θαλάσσης ἀπέχοντι ἡμερῶν πολλῶν ὁδὸν, Ἀπίκιος ὁ ὀψοφάγος ὄστρεα νεαρὰ διεπέμψατο ὑπὸ σοφίας τεθησαυρισμένα. Si tamen Trajani ibi vox incorrupta: id est, 'Apicius gulæ deditus ostrea misit Trajano apud Parthos versanti e mari quod itinere multorum dierum hinc aberat, tanta arte ingenioque condita compositaque, ut ad illam longinquitatem vecta, adhuc recentia et nova viderentur.' Extant tertii istius Apicii libri, de re Coquinaria.

[k] *Diviti et prodigo*] Hic ipse Tacit. lib. II. 'Ob magnitudinem infamiæ, cujus apud prodigos novissima voluptas est.'

[l] *Stuprum*] Infami rumore aspersus

vinxit adeo, ut obscurum adversum alios, sibi uni incautum intectumque efficeret: non tam solertia, (quippe iisdem artibus victus est) quam Deum ira[m] in rem Romanam, cujus pari exitio viguit ceciditque.[n] Corpus illi laborum tolerans, animus audax: sui obtegens, in alios criminator: juxta adulatio et superbia: palam compositus pudor, intus summa apiscendi libido, ejusque causa modo largitio et luxus, sæpius industria ac vigilantia, haud minus noxiæ,[o] quotiens parando regno finguntur.

tum illum abstrusumque ceteris mortalibus, *sibi soli improvidum, et apertum redderet: non tam perspicaci, aut subtili ingenio, (nam iisdem dolis subversus est,) quam cælestium numinum offensione adversus remp. Rom. cujus pari clade* ille *floruit, periitque. Corpus illi patiens laborum; promtus animus, sui occultans, in alios fingens crimina: perinde assentatio et arrogantia* inerant; *in publicum adornata modestia seu verecundia, intus maxima* imperii *adipiscendi cupido, eoque consilio interdum liberalitas, et luxus, sæpissime solertia, et diligentia* quæ *perinde exitiabiles, quoties occupandæ dominationi simulantur.*

NOTÆ

est, quasi Apicio divitiis et prodigalitate nobilissimo, florem ætatis vendidisset.

[m] *Quam Deum ira*] Recte judicabant, irato Deo maxima mala et publice et privatim evenire. 'Memini relinqui me Deo irato meo.' Virgil. II. Æneid. 'Hic mihi nescio quod trepido male numen amicum Confusam eripuit mentem.' Cato; 'Quis Deus tibi non bene advocatus vecordem parat excitare rixam?' Virg. X. Æneid. 'Quis Deus in fraudem, quæ dira potentia nostra Figit?' Homer.; Τίς τ' ἄρ σφωε θεῶν ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι;

[n] *Pari exitio viguit ceciditque*] Vigens Sejanus, pravorum consiliorum auctor Tiberio fuit, struxit insidias multis, inimicosque aut suspectos pessum dedit. Cadens ruina sua traxit amicos, qui fere omnes a principe senatuque, exilio, aut morte mulctati fuerunt.

[o] *Haud minus noxiæ*] Quia post in contraria vitia gravius erumpunt. Tac. I. hist. 'Otho interim, contra spem omnium, non deliciis, neque desidia torpescere; dilatæ voluptates, dissimulata luxuria, et cuncta ad decorem imperii composita: eoque plus formidinis afferebant falsæ virtutes et vitia reditura.' Inde etiam Tiberius, quanto intentus olim 'ad publicas curas, tanto occultior in luxus, et malum otium resolutus.' Sic et Sallustius in Jugurth.: 'Scio ego, Quirites, plerosque non iisdem artibus imperium a vobis petere, et postquam adepti sunt gerere: primo industrios, supplices, modicos esse, deinde per ignaviam ætatem agere.'

Noxiæ virtutes perinde ac ipsa vitia, cum parando regno præferuntur, et forte magis; nam etiam bonos ad factionem et partes illiciunt, trahuntque: fictarum virtutum specie res innovantur, dein et subvertuntur facilius.

Haud minus noxiæ] Quæ virtutes haud minus noxiæ sunt in publicum, quam illa vitia (largitio nempe et luxus), quotiescumque non a naturæ bonitate proficiscuntur, sed parandæ dominationis et acquirendi hominum favoris causa, violenta simulatione extunduntur. *Freinsh.*

2. Vim Præfecturæ, modicam antea, intendit, dispersas per urbem[p] cohortes una in castra[q] conducendo; ut simul imperia[r] acciperent, numeroque et robore et visu inter se fiducia ipsis, in ceteros metus crederetur.[1] [s] Prætendebat, 'lascivire militem diductum: si quid subitum ingruat, majore auxilio pariter subveniri: et severius acturos, si vallum

Potentiam præfecturæ, quæ parva antea erat, auxit, contrahendo una in munimenta cohortes prætorianas, *quæ divisæ antea diversis locis urbis erant; ut simul jussa audirent* præfecti, *multitudineque, et viribus, et aspectu inter se, audacia ipsis, in alios terror* sic *addi videretur. Prætexebat* cohortes *dispersas* intemperanter agitare; si quid repentinum incumbat, majore robore simul succurri, simul opem ferri, et arctiori disciplina usuros, si castra struantur pro-

1 In Ms. Flor. *credetur.* Emendabant Muretus et Grotius, *cresceret:* Mercerus, *dederetur* vel *dideretur:* Savilius, *crearetur.* Faërnus, *oriretur.* Pichenæ non displicet vulgata scriptura. Si quid mutandum, Savilium sequerer. Eadem quoque Freinshemii, Ryckii, et Ernesti sententia. *Brotier.* [Bipontini corrigunt *inderetur,* idque adeo in contextum recipiunt. B. C. II, VI. 62. Nonne legendum *cuderetur?*]

NOTÆ

p *Dispersas per urbem*] Non per urbem modo, sed per oppida vicina dispersæ fuerunt prætoriæ cohortes, ex Suetonii cap. 49. in Augusto: 'Neque unquam plures quam tres cohortes in urbe esse passus est, easque sine castris: reliquas in hyberna et æstiva circa finitima oppida dimittere assuerat.' *Lipsius.*

Dispersas per urbem cohortes] Sueton. Tib. XXXVII. 'Romæ castra constituit, quibus prætorianæ cohortes, vagæ ante id tempus, et per hospitia dispersæ continerentur.'

q *Una in castra*] Inter portas Viminalem et Tiburtinam. *Muretus.*

r *Ut simul imperia*] Omnes in una castra collegit, eo consilio, ut universi eodem tempore jussa præfecti acciperent, simulque cum numerum suum roburque intuerentur, mutuo aspectu et ipsi ad fiduciam erigerentur, et aliis terrorem incuterent. Hæ veræ causæ erant; sed prætexebat lascivire militem, &c.

Ego vulgatam lectionem utcumque non sperno. Quod scilicet Sejanus, cohortes in una castra conducendo, Tiberium ipsum, ac populum Rom. decipere cogitaverit, ea specie, ut illam militum conjunctionem, ad ipsorum fiduciam et ceterorum metum crederent; cum re vera ad potentiam sibi sedulo parandam pertineret. *Pichena.*

Sic interpretor, ut multitudinem suam noscendo, robur æstimando, vultus omnium singuli familiares habendo certi fierent de fiducia inter sese, deque metu sui apud ceteros; se, quicquid esset audendum, confidere inter se, aliis metum facere posse. *Gronovius.*

s *Crederetur*] Nihil mutandum hoc loco; sic intellige ut numero, robore et visu inter se, fiducia ipsis addi, et in ceteros metus major crederetur, quam si dispersi fuissent.

statuatur[t] procul urbis illecebris.'[u] Ut perfecta sunt castra, irrepere paulatim militares animos, adeundo, appellando:[v] simul Centuriones[w] ac Tribunos ipse deligere: neque Senatorio ambitu[x] abstinebat, clientes suos honoribus aut pro-

cul urbanis deliciis. *Ut peractum est vallum,* cœpit *sibi conciliare sensim militum studia, salutando, compellando nominatim* caligas: *etiam centuriones ac tribunos ipse provehere. Neque apud senatum* ipsum *ambitione temperabat, dum*

NOTÆ

[t] *Si vallum statuatur*] Id enim ex disciplina. Veget. lib. I. 3. 'Et si longior expeditio emergit, in agrariis plurimum detinendi sunt, proculque habendi a civitatis illecebris; ut eo modo et corporibus eorum robur accedat et animis.' Tac. lib. II. 'Simul juvenem urbano luxu lascivientem, melius in castris haberi.'

[u] *Procul urbis illecebris*] Quomodo hoc verum? nam castra ista ad ipsam urbem fuerunt, juxta portam Viminalem: et hoc antiquarii nostri hodie docuerunt, vel Onufrium in urbe Roma vide. Adde hæc Scholiastis prisci, in Juvenalem: 'Juxta aggerem primus posuit castra Sejanus, id est super Diocletianas: quæ dicta sunt castra prætoria.' Sunt ipsa quæ dixi: nam Agger Tarquinii est ad Viminalem, et infra, Diocletianæ. Sed quod quærebam, quomodo igitur *procul urbis illecebris?* Non nimis hercle: nisi quod non in mediis ipsis, et quod amoti a consuetudine vulgi. Item quod vallo clausi et licentia cohibita: quo spectabat Sejanus, aut spectare fingebat. *Lipsius.*

[v] *Adeundo, appellando*] *Adire* non ita capiendum autumem, ut sponte ad eos ventitasse credatur, nisi ad universos, jam in castra collectos: sed ubi forsitan conspexisset aliquos, ad eos se convertisse et blande eos compellasse; neque hoc nominatim, quis enim potuisset, nisi forte Xerxis aut Cyri fabulosa memoria præditus? sic *appellare* dicimus etiam penitus ignotos. Plaut. Pœnulo v. 2. 22. 'Adibo hosce atque appellabo Punice.' *Freinsh.*

Comis vulgo militum et εὐπρόσοδος haberi voluit, præveniebat eos ut facile ipsum adirent, eos blande compellabat, salutabatque: 'omnia serviliter,' ut Otho, 'pro dominatione.'

[w] *Centuriones*] Ut honores et munia militaria sui beneficii faceret, centuriones ipse et tribunos provehebat, inscio, vel connivente, aut etiam prono faventeque principe.

[x] *Neque Senatorio ambitu*] Id est, volebat a senatu ambiri, coli: cum et eos promoveret, ac posse ibi doceret. *Lipsius.*

Neque Senatorio ambitu abstinebat] Ea largiendo quæ ambitu et precibus ab senatu impetrari consueverant. *Ferretus.* Neque castrensi ambitione contentus, etiam in senatu eam potentiam factionemque sibi comparavit, ut clientes atque satellites suos magistratibus atque provinciis pro arbitrio suo attolleret.

Non cessabat etiam in senatu se venditare ac gratiosum et potentem reddere. Qua ratione? nempe non patiendo ad honores et imperia pervenire, nisi quibus ipse apud Tiberium suffragatus esset. Quo animadverso, quis dubitaret hunc patronum adoptare? *Gronovius.*

vinciis ornandi,[2] [y] facili Tiberio atque ita prono, ut *socium laborum,* non modo in sermonibus,[z] sed apud Patres et Populum celebraret, colique[a] per theatra et fora effigies ejus, interque principia legionum[b] sineret.

suos fautores dignitatibus aut præfecturis auget, indulgente Tiberio, et ita promto, ut consortem curarum, *non solum in colloquiis* privatis, *sed et apud senatum plebemque* eum *laudaret, extolleret, permitteretque honorari per theatra et plateas imagines illius, et etiam inter aquilas et signa legionum.*

2 In Ms. Flor. *ornandi*, quod minime spernit Gronovius, quasi *ambitu ornandi* non cessasset Sejanus in senatu se venditare, ac gratiosum et potentem reddere. Melior videtur vulgata scriptura. *Brotier.* Et Ryckius et Homerus cum Brotiero legunt *ornando.*

NOTÆ

[y] *Provinciis ornandi*] Vulgo *ornando;* sed in Man. legitur, *ornandi;* quod forte spernendum non est, ut quodammodo regatur a voce, *ambitu.* Pichena.

[z] *In sermonibus*] Nempe in privatis et promiscuis sermonibus, verum et in publicis: in curia, in foro, pro Rostris, in senatu coram patribus, in concione apud populum infra 40. 'Id tantum aperiam nihil esse tam excelsum, quod non virtutes istæ, tuusque in me animus mereantur; datoque tempore, vel in senatu, non reticebo.'

[a] *Coli*] Cultum divinum significat, quem Sejani statuis exhibitum fuisse diserte testatur Dio, l. LVIII. Καὶ τέλος καὶ ταῖς εἰκόσιν αὐτοῦ, ὥσπερ καὶ ταῖς τοῦ Τιβηρίου, ἔθυον: 'Et tandem etiam ipsius imaginibus, quemadmodum et Tiberii statuis, rem divinam faciebant.' Respicitque eo his verbis, ubi de ruina Sejani: ὄντε προσεκύνουν καὶ ὡς θεῷ ἔθυον: 'quem adoraverant et sacrificiis tanquam Deum coluerant.' *Freinsh.*

Coli jussit Sejanum tanquam 'collegam imperii,' ut principem, ut Cæsarem, ut Heroa, ut Divum, quod mali ominis fuit. Nam *Divus* sit, modo non *vivus*, Tac. 'Deum honor principi non ante habetur, quam agere inter homines desierit.' Sed quem maxime perire volunt, hunc maxime ornant, fere quasi victimam aræ et neci destinatam.

[b] *Interque principia legionum*] Sinebat quidem Tiberius, sed invitus, ut ex Suetonio colligitur c. 48. 'Quædam munera Syriacis legionibus largitus est, quod solæ nullam Sejani imaginem inter signa coluissent.' *Pichena.*

Erant *principia* locus in castris honoratissimus, in quo jus reddebatur, et aquilæ signaque legionum servabantur, uti demonstratum ad I. 61. I. 67. Inter ea autem signa, quæ pro *numinibus legionum* habebantur, II. 17. inter illa signa Imperatorum imagines. Tac. h. I. 36. 'In suggestu, in quo paulo ante aurea Galbæ statua fuerat, medium inter signa Othonem vexillis circumdant.' *Freinsh.*

Τὸ *tamen* tacite demonstrat ambitionis tantæ et Sejani indolem, datque intelligendum, quanquam ægre ferret ambitio incitata hanc moram, et properaret ad vota Sejanus, 'placuit ei tamen occultior via.'

3. Ceterum plena Cæsarum domus, juvenis filius, nepotes adulti, moram cupidis[1] afferebant: et, quia vi tot simul[c] corripere[2] intutum, dolus intervalla scelerum poscebat. Placuit tamen occultior via, et a Druso incipere, in quem recenti ira ferebatur. Nam Drusus, impatiens æmuli et animo commotior, orto forte jurgio, intenderat Sejano manus,[d] et

Sed pleni Cæsarum penates; filius juventa florens, et nepotes jam puberes vota illius morabantur; et quia periculosum erat *tot simul* principes *invadere, insidiæ spatia diversa temporum et criminum requirebant. Visum est tamen fraude et occultis artibus* grassari, *et a Druso inchoare, in quem nupera offensione stimulabatur. Quippe Drusus intolerans rivalis, et ingenio violentior, mota forte rixa, ma-*

1 Gronovius, Ryckius, Brotierus et Homerus habent *cupitis*.—2 Male emendat Cl. de Harlay, *eripere*. *Corripere*, elegantius dicitur. Mox frustra delet, *tamen;* Gronovius conjicit, *tandem*. Nihil mutandum. *Brotier*.—

NOTÆ

[c] *Simul*] Sejani Cupiditatem multa morabantur, quoniam familia Cæsarum satis frequens erat, ac inprimis filium juvenem duosque nepotes adultos Tiberius habebat, atque tot numero homines non eodem loco commorantes, neque simul vi aperta adoriri poterat; hoc enim nimis audax et periculosum fuisset; neque clandestinis insidiis tam cito quam vellet perimere: nam ne dolus manifestus fieret, carptim, et singuli conficiendi et per intervalla temporum; nam alioqui, tot simul congestis cædibus, scelus innotuisset. Quibus omnibus utrimque consideratis placuit tamen modus occultior, &c. Cunctabatur, dubitabat Sejanus, an vi aperta, an dolo rem aggrederetur. Vis aperta intuta et periculosa, dolus longa scelerum intervalla requirebat, itaque rebus omnibus diu pensitatis, licet ipsum urgeret summa apiscendi libido, 'placuit tamen occultior via.' Veneno grassari statuit Sejanus.

[d] *Intenderat Sejano manus*] Intendere manus, principium et causa jurgii etiam hodie apud Italum vulgus. Lib. I. supra: 'Postremo deserunt tribunal, ut quis prætorianorum militum amicorumve Cæsaris occurreret, manus intentare, causam discordiæ et initium armorum.' Lib. XIII. 'Simul intendere manus, aggerere probra.' Seneca de Clementia lib. I. 'Conclamatio civitatis et fuga est, et Dis ipsis manus intenduntur.'

At quod sequitur, Sejani os palma percussum a Druso, aliter apud Dionem et Zonaram legas; qui Drusum percussum volunt a Sejano. Itaque eorum fide rescribit hic Vertranius: 'Et hic contra tendentis os verberaverat.'

Neutri mihi persuadent; non illi sententiam, non hic lectionem. Sejanum non tam prorupta audacia fuisse crediderim, ut ultro verberaret principis Romani filium, Tribuniciæ potestatis, et imperii consortem: et convenit magis in mores Drusi, cui adeo promtæ ad verbera manus, ut hac de causa Castor sit cognominatus, teste Dione ipso l. LVII. *Lipsius*.

Errat Dio, errat et Zonaras ejus sectator, quia non satis ceperunt latinitatem Taciti, ex quo id hauserunt; quemadmodum et multis aliis locis;

contra tendentis[e] os verberaverat. Igitur cuncta tentanti promtissimum visum, ad uxorem ejus Liviam[f] convertere: quæ soror Germanici,[g] formæ initio ætatis indecoræ,[h] mox pulchritudine præcellebat. Hanc, ut amore incensus, adulterio pellexit: et, postquam primi flagitii potitus est, (neque fœmina, amissa pudicitia, alia abnuerit;)[3] [i] ad conjugii spem, consortium regni, et necem mariti impulit. Atque illa, cui avunculus Augustus,[j] socer Tiberius, ex Druso liberi, seque

num Sejano intentaverat, et contra nitentis faciem percusserat. Itaque Sejano *nihil non moventi,* quod *expeditissimum* erat, *placuit, ad conjugem ejus Livillam se vertere. Quæ soror Germanici, prima juventa deformis, postea forma eximia prænitebat. Hanc veluti cupidine incitus stupro polluit, et cum primum facinus adeptus esset, (neque enim mulier, profligato semel pudore, cetera recusaverit,)* eam *incitavit ad spem matrimonii, societatem imperii, et cædem viri. Et fœmina illa quæ neptis Augusti, nurus Tiberii, cui ex Druso proles, seque, et avos, et nepotes polluebat*

3 Incassum Freinshemius, *abnueret.* Faërnus, *abnuit.* Idem.

NOTÆ

neque etiam Suetonium satis intellexere, ut alibi vidimus.

Intenderat] Jurgio forte inter eos exorto, Sejano intentis manibus minatus fuerat Drusus, et Sejano contra minante, faciem ejus pugno percusserat.

[e] *Contra tendentis*] Non quasi verberare, aut ulcisci et percutere vicissim vellet Drusum Cæsarem, sed tantum contra tendebat Sejanus, ut vim et plagam a se averteret, quod tamen ægre ferens commotior animo Cæsar, statim os hominis verberavit. Obnitendo tantum vim repulisse Sejanum verisimile est, ut adversus filium principis, forte tantum ut minas retunderet, quasi invicem minaretur.

[f] *Ad uxorem ejus Liviam*] Suetonius *Livillam* semper vocat: ut *Claudillam,* quam noster *Claudiam.* Nec te moverit; ὑποκόρισμα est, ut *Secundilla, Tertulla, Quartilla* in fœminarum nominibus per blanditias frequens. Sic in Museo Carpensi lapis de hac ipsa Livia.

SECVNDA
LIVILLAES
MEDICA
TI. CLAVDIVS
CÆSARIS L.
CELER ÆDITVS A. VESTA.

Lipsius.

[g] *Soror Germanici*] Filia Drusi ex Antonia minore.

[h] *Formæ initio ætatis indecoræ*] Tacitus *deformem* fuisse dicit, dein non minus *formosam:* at inter illa duo multum interest. Sic Aristonis Spartanorum regis uxorem ex deformi puella pulcherrimam evasisse tradunt Herodot. VI. 61. et Pausanias in Laconicis. *Mox* nihil aliud significat hoc aliisque multis locis, quam *deinde:* nec ad proximum tempus restringendum est.

[i] *Neque fœmina, amissa pudicitia, alia abnuerit*] Subaudi, flagitia; 'quid enim salvi est mulieri amissa pudicitia?' Livius de Lucretia.

[j] *Avunculus Augustus*] Id est, major avunculus. Nam Octavia soror Au-

ac majores et posteros municipali adultero[k] fœdabat; ut, pro honestis et præsentibus, flagitiosa et incerta expectaret. Sumitur in conscientiam Eudemus,[l] amicus ac medicus Liviæ, specie artis frequens secretis:[m] pellit domo Sejanus uxorem Apicatam, ex qua tres liberos genuerat, ne pellici suspectaretur.[n] Sed magnitudo facinoris metum, prolationes, diversa interdum consilia[o] afferebat.

adultero provinciali: ita *ut pro decoris et certis, scelerosa probrosaque et ambigua speraret. Socius et conscius* facinoris *asciscitur Eudemus familiaris et medicus Livillæ, prætextu professionis, arcanorum particeps: Sejanus suis penatibus ejicit conjugem Apicatam, ex qua tres filios susceperat, ne concubinæ suspecta esset. Sed atrocitas sceleris timorem, dilationes, moras et varia quandoque proposita importabat.*

NOTÆ

gusti ex Antonio genuit Antoniam, Antoniæ filia Livilla.

[k] *Municipali adultero*] Quasi diceret, ne *Romano* quidem. Nam municipales, tunc minus honorati, nec pares urbanis censebantur. Ita Juvenalis, per contemtum: 'Municipalis eques.' Florus: 'Municipalia prodigia.' Erat autem Sejanus Vulsiniis natus. *Lipsius.*

Municipali adultero] Cic. Philip. III. 6. 'Aricina mater. Trallianam aut Ephesiam putes dicere. Videte, quam despiciamur omnes, qui sumus e municipiis, id est omnes plane; quotus enim quisque non est? quod autem municipium non contemnit is, qui Aricinum tantopere despicit?'

[l] *Eudemus*] In criminatione medicorum non omisit eum Plinius XXIX. 1. 'Jam vero et adulteria etiam in principum domibus, ut Eudemi in Livia Drusi Cæsaris.'

[m] *Frequens secretis*] Prætextu artis frequenter et sine suspicione secreto cum ipsa Livia versari colloquique solitus erat.

Frequens secretis] Non modo frequenter invisit Liviam, verum etiam, eorum quæ ipsa secreto agebat aut consultabat, medicus solebat esse particeps: adeo quidem ut ipse quoque illam adulterio cognovisse arguatur a Plinio XXIX. 1. Hæc autem sub specie sive prætextu artis facile perpetrare poterat: quia dum Livia se consulere eum de valetudine sua fingit, tanquam per verecundiam omnes arbitros submovebat.

[n] *Ne pellici suspectaretur*] Ne Liviæ causam suspicionis præberet, quasi illam non esset ducturus. *Freinsh.* Ne suspectaretur Sejanus magis diligere uxorem. Ne suspectaretur ipse, quasi nihil ageret amore Livillæ pellicis, et quasi non omnia desereret, illius causa; quasi non domum vacuam faceret cupidine Livillæ, ne suspectaretur etiam Apicata; quasi velut ex insidiis et e domo Sejani, velut e specula, dolos et amores utriusque adulteri rimaretur promeretque: quod et evenit, sed octo post annos.

[o] *Diversa interdum consilia*] *Diversa* hic sunt omnino contraria prioribus, ideoque addit *interdum*, ut solet evenire in tam arduis, ubi magnitudinem facinoris reputantibus interdum pœnitentia subrepit. Quod ostendi posset exemplis multorum, qui, cædem principum moliti, quamcumque ob causam destiterunt.

Et quia jam *metum, prolationes*, præmisit, quæ ipsa variorum consiliorum

4. Interim anni principio Drusus,[p] ex Germanici liberis, togam virilem[q] sumsit; quæque fratri ejus Neroni decreverat Senatus, repetita. Addidit orationem Cæsar, multa cum laude filii sui, 'quod patria benevolentia in fratris liberos foret.' Nam Drusus (quanquam arduum sit,[r] eodem loci potentiam et concordiam esse) æquus adolescentibus, aut certe non adversus habebatur. Exin vetus et sæpe simulatum proficiscendi in provincias consilium refertur:[s] 'multitudinem veteranorum[t]' prætexebat Imperator, et 'delectibus supplendos exercitus: nam voluntarium militem deesse; ac, si suppeditet, non eadem virtute ac modes-

Interea Drusus ex Germanici filiis togam virilem ineunte anno induit; quæque censuerant et concesserant *patres fratri ejus Neroni*, Druso pariter *concessa et decreta. Adjecit orationem Tiberius, qua filium suum multo cum honore celebravit*, quod paternum amorem exhiberet erga fratris Germanici filios. *Quippe Drusus, (quamvis ægre consistant, et in una sede maneant simul potestas et amor,) favorabilis juvenibus, aut saltem non infestus putabatur. Deinde renovatur antiquum et sæpe fictum eundi in provincias propositum: prætendebat Tiberius* numerum ingentem veteranorum, et supplendas legiones novo milite: quippe sponte militantes desiderari; et quamvis suppeterent, non eadem fortitudine

NOTÆ

causas præbent, indicavit eo, quod ad finem reservabat, plane se dicere velle aliquid majus et minus expectatum. Hac significatione ponitur hæc vox apud nostrum XVI. 30. 'Steteruntque diversi ante tribunal,' hoc est, adversi invicem: sic apud eundem frequenter, 'ex diverso,' pro *ex adversa parte*. Freinsh.

[p] *Drusus*] Drusus unus liberorum Germanici juventam ingressus togam virilem sumsit, iidemque honores, qui tertio ante anno fratri ejus Neroni a senatu decreti fuerant, ipsi delati sunt.

[q] *Togam virilem*] Quæ *pura* dicta, ut nempe distingueretur a *prætexta*, cui *purpura* attexta erat. Sumebatur *toga* illa *virilis* circa annum septimum decimum, sed in filiis principum quandoque maturabatur, ut ad honores citius pervenirent, et imperio maturi viderentur.

[r] *Quanquam arduum sit*] Lucanus l. 1. 'Nulla fides regni sociis, omnisque potestas Impatiens consortis erit.'

[s] *Exin vetus refertur*] Particula hæc ostendit eodem tempore hæc gesta esse, quo ea quæ superius exposuerat. *Refertur* non est positum eo sensu, quo *consulum* relatio dicitur: sed *refertur* idem est ac *repetitur;* rursum introducitur, denuo affertur, ab ipso videlicet Tiberio. *Freinsh.*

[t] *Veteranorum*] Prætendebat veteranorum multitudinem, quorum discessu vacuæ legiones novis delectibus supplendæ forent. Raros enim reperiri qui sponte militiam subirent, et si qui essent, non ita fortiter et modeste se gerere, sicut delectum militem; quia plerumque pauperes et vagabundi tantum voluntarii milites fierent.

tia agere: quia plerumque inopes ac vagi sponte militiam sumant:' percensuitque cursim numerum legionum, et quas provincias tutarentur. Quod mihi quoque exequendum reor, quæ tum Romana copia in armis, qui socii Reges, quanto sit angustius[u] imperitatum.

5. Italiam utroque mari[v] duæ classes, Misenum apud[w] et Ravennam,[x] proximumque Galliæ littus rostratæ naves præsidebant,[y] quas Actiaca victoria captas Augustus in oppidum Forojuliense miserat, valido cum remige.[z] Sed

aut disciplina agitare; quia sæpius egeni ac palantes ultro bellum capessant: *enumeravitque obiter, quot legiones et quibus provinciis præsidio essent. Quod mihi etiam memorandum esse existimo,* nempe *quæ tum Romana vis fuerit in castris, qui fœdere innexi reges, quanto sit arctius imperatum.*

Duæ classes utroque æquore Italiam obtinebant, apud Misenum nempe *et Ravennam: et vicinam Galliæ oram rostratæ naves* habebant, *quas Actiaco prælio victas expugnatasque in coloniam Forojuliensem miserat Augustus firmo cum remigio.*

NOTÆ

[u] *Quanto sit angustius*] Nempe tum, seu ævo Tiberii, angustius imperium Rom. quam ævo Taciti sub Trajano, qui fines imperii longius promovit, spreto consilio priorum Cæsarum, seu potius otio et ignavia successorum Augusti.

Angustius] Quanto angustius, sub Tiberio, quam nunc nostra ætate, sub Trajano principe imperitatum sit: id ad laudem sui ævi suique principis obiter dixit Tacitus, vere et sine adulatione.

[v] *Italiam utroque mari*] Scil. Infero sive Tyrrheno, in quo Misenum promontorium; ac Supero seu Adriatico, in quo Ravenna civitas. Suet. Aug. c. 49. 'Classem Miseni, et alteram Ravennæ, ad tutelam Superi et Inferi maris collocavit.' Lucanus de Apennino Italiam dividente, l. II. 'Mons inter geminas mediis se porrigit undas, Inferni Superique maris.' *Pichena.*

[w] *Misenum apud*] Promontorium inter Cumas et Puteolos. *Muretus.*

Misenum] Misenum promont. et urbs *Miseno* adhuc dicuntur; tam mons quam urbs in eo excisa; olim Episcopalis; in ora ejus adhuc vestigia et ruinæ manent.

Misenum] Promontorium Campaniæ provinciæ ad mare Tyrrhenum, hodie *Capo di Miseno,* in Terra Laboris, provincia regni Neapolitani. *Tillemonius.*

[x] *Ravennam*] Ravenna, sic vulgo Ravenna, urbs Galliæ Togatæ Æmiliæ archiep. et metrop. apud oram littoream, inter Ferrariam et Ariminum, urbs olim ex primis Italiæ et antiquissima; anno post diluvium 480. a Thessalis, teste Strab. vel a Sabinis, teste Plinio, condita, a Longobardis, ejectis Exarchis, capta anno salutis 744. Olymp. 380. anno 3.

[y] *Præsidebant*] Sic supra de Velleio: 'Is proximum exercitum præsidebat.'

[z] *Valido cum remige*] Videtur voce *valido* præter numerum etiam vigor ætatis et robur corporis intelligi. Sic apud Vellei. II. 48. 'Hinc remiges firmissimi; illinc inopia affectissimi:' et mox II. 85. 'Omnia in altera parte fuere, dux, remiges, milites; in altera nihil, præter milites.' Ubi negat remiges fuisse, non quod nulli aut

præcipuum robur Rhenum juxta, commune in Germanos[a] Gallosque subsidium, octo legiones[b] erant. Hispaniæ, recens perdomitæ,[c] tribus habebantur. Mauros Juba Rex acceperat[d] donum Populi Romani. Cetera Africæ per

Sed præcipuæ vires imperii *apud Rhenum, promiscuum adversus Germanos Gallosque robur et præsidium, octo legiones fuere. Hispaniæ nuper devictæ tribus* legionibus *continebantur. Juba rex obtinebat Mauros, beneficium populi Romani. Aliæ*

NOTÆ

pauci numero essent, sed quia invalidis corporibus munia sua explere non poterant. *Freinsh.*

[a] *Commune in Germanos*] Juxta Rhenum dispositæ, ut tam adversus Gallos ex una ripa, quam ex altera adversus Germanos subsidium essent.

[b] *Octo legiones*] Divisæ per varia castra et castella. Florus de Druso: ‘Per Rheni quidem ripam amplius quinquaginta castella direxit.’ Quæ non dubia origo nobilium in eo tractu oppidorum. *Lipsius.*

[c] *Hispaniæ, recens perdomitæ*] Ab Augusto. Livius l. XXVIII. de Hispania: ‘Ita ergo prima Romanis inita provinciarum, quæ quidem continentis sint: postrema omnium nostra demum ætate, ductu auspicioque Augusti Cæsaris perdomita est.’ Propter Cantabros scilicet et Astures, quos ipse devicit. *Lipsius.*

Intelligendus Tacitus de tempore quod ibi describit, de ævo Augusti, a quo tandem perdomitæ Hispaniæ, id est, penitus domitæ, devictæ atque pacatæ sunt; postquam per multos annos ætatesque bella Romana Punicaque sustinuissent.

Recens perdomitæ] Plerique vertunt *recens acquisitæ.* Negabit hoc, qui legerit ante annos ferme ducentos jam Romanorum magistratus in Hispania fuisse: debebant igitur exprimere illud *per*, in *perdomitæ;* quo absolutum opus et ad finem perductum significatur. Rem declarabit Livius XXVIII. 12. Florus II. 17. Strab. l. III. *Freinsh.*

[d] *Mauros Juba Rex acceperat*] Filius Jubæ, cujus pater victus a Julio Cæsare in Africa cum Petreio, post epulas lautiores, concidit mutuis vulneribus, manu Petreii acceptis. Evasit is filius in regem magnum et eruditum; ita ludente fortuna in rebus humanis, immo ita Deo volente.

Et citantur ejus libri sæpe a Plinio in indice. De illo l. V. c. 1. ita scribit: ‘Juba Ptolemæi pater, qui prius utrique Mauritaniæ imperavit, studiorum claritate memorabilior etiam quam regno. Scripsit de expeditione Arabica volumina dicata Cæsari,’ inquit idem VI. 28. Et XII. 14. ‘Juba rex iis voluminibus, quæ scripsit ad Caium Cæsarem Augusti filium ardentem fama Arabiæ.’

Mauros] Vertunt ita ut videantur existimavisse, Jubam, antequam Mauros accepisset, regem fuisse, et regionem aliquam possedisse: accepisse deinde dono Mauros, homines sine lare, sine tribu, et eos in suo regno collocasse, ibique custodivisse, ne forsan iterum delaberentur.

Ignorabant videlicet gentis nomen creberrime pro regione, quam incolat illa, poni. Sic I. 55. ‘Repentino in Cattos excursu,’ et I. 56. ‘Exercitum in Cattos rapit:’ hoc est in Cattiam, sive terram Cattorum. *Frein.*

duas[e] legiones; parique numero Ægyptus. Dehinc initio ab Syria[1] usque ad flumen Euphraten, quantum ingenti terrarum[f] sinu ambitur, quatuor legionibus coërcita:[2] accolis[g] Ibero[h] Albanoque et aliis Regibus, qui magnitudine nostra proteguntur adversum externa[i] imperia. Et Thraciam Rhœ-

Africæ partes *duabus legionibus, totidem copiis Ægyptus custodiebatur. Posthac incipiendo a Syria, usque ad amnem Euphratem, quantum immenso orbis illius sinu circumdatur, quatuor legiones tuebantur: conterminis Ibero Albanoque et aliis principibus, qui vi et amplitudine nostra defenduntur adversus extraneas dominatio-*

1 Emendabat Muretus, *initio ab Syriæ*. Placet plurimum, nisi forte intelligatur, *ducto*. Ernestus existimat, *initio*, insititium esse, et corrigit, *hinc, ab Syria usque ad Euphraten*, &c. quod probabile non videtur. *Brotier*. [Bipontini modesta crisi *regio* corrigunt, nec tamen statuere volunt. Nobis in mentem venit *ditio*. B. C. II. VI. 62.]—2 Ita Ms. Flor. editiones veteres et recentiores. Emendatum in quibusdam intermediis, *coërcitum*. Brotier.

NOTÆ

[e] *Cetera Africæ, per duas*] Ain' tu duas? atqui una legio attributa Africæ ab Augusto Tiberioque, te ipso teste non uno loco. Lib. IV. Historiarum scribis: 'Legio in Africa auxiliaque tutandis imperii finibus, sub Divo Augusto Tiberioque principibus, proconsuli parebant.' Et l. II. Annalium: 'Furius Camillus proconsul Africæ, legionem, et quod sub signis sociorum, ad hostem duxit.' Lib. II. Histor. 'In Africa legio, cohortesque dilectæ a Clodio Macro.'

Unam legionem ordinariam Africæ fuisse, verissimum est. Unde hic ergo duæ? Per bellum Tacfarinatis abducta e Pannonia legio, et in Africam missa. Supra l. III. 'Piso assequitur legionem, quæ e Pannonia in urbem, dein præsidio Africæ ducebatur.' Ea ibi mansit biennium paulo amplius, iterumque in Pannoniam remissa. Hoc ipso libro, statim: 'Cæsar post res a Blæso quasi nullis jam in Africa hostibus, reportari nonam legionem jusserat: nec proconsul ejus anni Dolabella retinere ausus fuerat, jussa principis magis quam incerta belli metuens.'

At enim quia quo loco quæque legio hoc ipso anno fuerit, decretum scribere Tacito, et nondum ea abducta, ideo duas ecce in Africa collocavit, in Pannonia duas. Atqui tres in ista debuerat: quod clarum vel ex iis quæ in seditione trium Pannonicarum legionum dicta supra. Ubi etiam recensita hæc nona. *Lipsius*.

[f] *Quantum ingenti terrarum*] Ingens illud terrarum spatium quod initio a Syria facto, ad Euphratem fluvium usque protenditur, quatuor legiones continebant.

[g] *Accolis Ibero Albanoque*] Planitiem omnem a Cyro usque Albanorum gens tenet, mox Iberum. Plin. VI. 10. Pertinent ad Caucasios montes.

[h] *Ibero*] Iberia regio Asiæ ad montem Caucasum, et ad Cyrum fluvium, prope Armeniam majorem: hodie regna *Carduel* et *Zacheti*, in Georgia regione. Ex chartis Gulielmi Sanson. *Tillemonius*.

[i] *Adversum externa*] Præcipue adversus Parthos et Medos.

metalces ac liberi Cotyis; ripamque Danubii[j] legionum duæ in Pannonia, duæ in Mœsia attinebant: totidem apud Dalmatiam[k] locatis, quæ, positu regionis a tergo illis, ac, si repentinum auxilium Italia posceret, haud procul accirentur: quanquam insideret urbem proprius miles, tres urbanæ, novem prætoriæ cohortes,[l] Etruria[m] ferme Umbriaque[n]

nes. Et Thraciam Rhœmetalces, ac filii Cotyis habuere, *littusque Danubii binæ legiones in Pannonia, totidem in Mœsia coërcebant: duabus etiam in Dalmatia dispositis, quæ pro situ provinciæ a tergo alias tuebantur, ac si subitam opem Italia flagitaret, haud longe accerserentur, quamvis esset in civitate peculiaris miles, tres urbanæ cohortes, et novem prætoriæ* in *Etruria fere et Umbria conscriptæ vel anti-*

NOTÆ

[j] *Danubii*] Danubius fluvius, *Donaw* et *Tonaw* Germanis, *Danubio* Italis: fluv. Germaniæ notissimus et maximus, per Suevos, Vindelicos, Noricos, Pannonios, Mœsosque in Euxinum mare delatus, ac Ister dictus ab Axiopoli urbe Mysiæ.

[k] *Totidem apud Dalmatiam*] Dalmatia Augusto tradita, perpetuumque præsidium in ea decretum, anno urbis 753.: antea inermis fuit. Adi Dionem, l. LIV. *Lipsius.*

Dalmatia] Vel Illyricum proprie dictum: vide notas l. II. c. 44.

[l] *Tres urbanæ, novem prætoriæ cohortes*] Vigilum autem cur omittit? quæ numero et robore supra urbanas. Septem enim cohortes erant, institutæ jam inde ab Augusto. Causa hæc; quia id ævi, inter legitimos justosque milites, vigiles non censebantur: itaque in omnibus bellis civilibus Galbæ, Othonis, Vitellii, rara eorum mentio, nullus usus. E libertinis lecti erant, vile genus, et Vulcani potius ministri, quam Martis. Itaque nec Præfecti vigilum inter illustres dignitates mentio Tacito usquam: cujus auctoritas tamen adolevit; sicut et militum ipsorum, uti ex Pandectis aliisque scriptoribus, clarum. Dicam de hoc omni urbano milite cum cura, ad libros historiarum. *Lips.*

Tres urbanæ, novem prætoriæ] Labor, ut rescribam, *decem prætoriæ,* quia et Dio decem millia militum fuisse ait: in decem cohortes tributa et mansisse eundem numerum etiam sequenti ævo fidem facit vetus inscriptio, quam descripsi ex libro epigrammatum urbis Romæ.

'M. Aurelio. Cæsari. Imp. Cæsaris. T. Æli. Hadriani. Antonini. Augusti. Pii. Fil. Divi. Hadriani. Nep. Divi. Trajani. Pronep. Divi. Nervæ. Abnep. Cos. Petronius. Mamertinus. et Gavius. Maximus Pr. Pr. Tribuni. cohortium. Prætoriarum decem, et Vrbanarum. trium Centuriones. cohortium. Prætoriarum. et Vrbanarum, et Statorum. Evocati. cohortes. Prætoriæ. decem. et Vrbanæ. X. XII. XIV. Centuriæ. Statorum. optimo. ac. piissimo.' Nam quod Vitellius sedecim prætorias conscripsit, quatuor urbanas, non mansit diu.

[m] *Etruria*] Vel *Hetruria*, et *Tuscia*, provincia Italiæ regionis ad mare Tyrrhenum: hodie fere omnis ducatus *Toscanæ*, et ducatus *Massa*, respublica *Lucca*, pars etiam plurima marchionatus *Malespinæ*, et integri comitatus *Ronciglione* et *Pitigliano*, atque ducatus *Bracciano;* necnon provinciæ vulgo dictæ *Patrimonio di San Pietro*, *stato di Castro*, et *Orvietino;* pars major provinciæ *Perugino*, aliquid provinciæ *Bolognese* et reipublicæ Genuensis: quæ omnes regiones aut provinciæ parent variis

delectæ, aut vetere Latio,[o] et coloniis[3] antiquitus[p] Romanis. At apud idonea provinciarum sociæ triremes[q] alæque et auxilia cohortium: neque multo secus[r] in iis virium; sed persequi incertum fuerit,[4] cùm, ex usu temporis, huc illuc mearent, gliscerent numero, et aliquanto minuerentur.

6. Congruens crediderim, recensere ceteras quoque Reipubl. partes, quibus modis ad eam diem habitæ sint: quando[s] Tiberio mutati in deterius Principatus initium ille annus

quo Latio, et coloniis olim Romanis. At in opportunis provinciarum locis sociorum triremes, alæque et cohortes auxiliarium. Neque fere minus in iis roboris, sed quantæ vires *fuerint, tradere anceps sit, cum ex necessitate rerum hucque et illuc commearent,* modo *crescerent multitudine, et interdum pauciores aut minores essent.*

Operæ pretium esse existimaverim enumerare ceteras etiam reip. partes, quo pacto ad id usque tempus administratæ sint: quandoquidem ille annus principium Tiberio

3 Beroaldus ac veteres, *et colonis.* Vere Lipsius ac recentiores, *et coloniis.* Idem.—4 Ita Lipsius et recentiores. Male Beroaldus et veteres, *incertum fuit.* Brotier.

NOTÆ

principibus, veluti summo Pontifici, Magno Duci Toscanæ et aliis. Ex chartis Sansonis. *Tillemon.*

[n] *Umbria*] Provincia Italiæ ad mare Adriaticum; hodie *Urbino* ducatus, et *Citta di Castello* comitatus, major pars Ombriæ seu ducatus *Spoleti*, cum nonnullis partibus *Romandiolæ, Marcæ Anconitanæ*, et *Perusini*, sub dominio summi Pontificis, et pars minima *Etruriæ* sive *Toscanæ* ducatus. *Tillemonius.*

[o] *Vetere Latio*] Latium Vetus, pars est occidentalis Latii provinciæ et ubi Latini populi, ad Tiberim fluvium et ad mare Tyrrhenum: hodie pars occidentalis Campaniæ Romanæ circa urbes *Palestrina, Frascati, Roma, Ostia*, &c. in statu Ecclesiastico. *Tillemonius.*

[p] *Antiquitus*] Quæ olim et primis reipub. seu veteris populi Rom. temporibus deductæ et conditæ erant, ita ut vere et ex animo olim Romanæ, Romanam indolem fidemque referrent.

[q] *Sociæ triremes*] Ut classis in Danubio, classis in Rheno, in Ponto. *Lipsius.*

Sociæ] Triremes illæ, alæ et cohortes auxilia sociorum erant (*alæ* equitum sunt, *cohortes* peditum) auxiliares quippe hujus ævi non habuere legiones, ut Romani, sed tantum cohortes et alas.

[r] *Neque multo secus*] Dicit clare non minus virium roborisque in auxiliis fuisse, quam in legionibus; ex quo magnitudinem opesque videas imperii Romani. *Lipsius.*

Neque multo secus] Sensus est, quæ provinciæ idoneæ essent auxiliis dandis, habebant triremes socias et alas et cohortes auxiliares: in quibus non minus erat virium, quam in cohortibus aut legionibus Rom. sed illud erat incertum: quia ex utilitate temporum huc et illuc meabant augebanturque.

[s] *Quando*] Positum est pro *quia*, ut sæpe. Ita I. 44. 'Nec Cæsar arcebat, quando nullo ipsius jussu, penes eosdem sævitia facti et invidia erat.' Sed quidam acceperant vulga-

attulit. Jam primum,[t] publica negotia, et privatorum maxima, apud Patres tractabantur: dabaturque primoribus disserere:[u] et in adulationem lapsos cohibebat ipse: mandabatque honores, nobilitatem majorum, claritudinem militiæ, illustres domi artes[v] spectando: ut satis constaret, non alios potiores fuisse. Sua Consulibus, sua Prætoribus species:[w] minorum quoque magistratuum exercita potestas; legesque, si majestatis quæstio eximeretur, bono in usu. At frumenta[x] et pecuniæ vectigales, cetera publicorum fructuum, societatibus Equitum Romanorum[y] agitabantur. Res

invexit præcipitatæ in pejus dominationis. Initiis Tiberii *publicæ res, et privatorum quæ majoris momenti essent, apud senatum agitabantur, licebatque proceribus proferre sententiam, et si* quando *in assentationem cecidissent, retinebat ipse; tribuebatque dignitates, ratione habita claritudinis avorum, famæ bello quæsitæ, spectabat et insignes pacis artes; ut satis compertum esset, non alios,* quos eligeret, *præstantiores fuisse. Sua consulibus* majestas, *sua prætoribus dignitas* erat. *Inferiorum etiam magistratuum valebat auctoritas; legesque, si majestatis causa exciperetur, rite et ordine exercebantur. Et annona, tributa, et alii census, reditusque reip. societatibus equitum Rom. administrabantur. Rem familiarem suam,* seu fiscum,

NOTÆ

ri notione, pro *quo tempore*. Freinsh.

[t] *Jam primum*] Ad ordinem narrationis pertinet, idemque valet ac si dixisset, *ut hinc exordiar*. Male, qui ad initia Tiberii retulit. Quod præter alia ipsa quoque re evidenter refutatur: nam Tacitus diserte dixerat se executurum, quibus modis habita sit resp. non tantum inter initia Tiberiani imperii, sed ad eam diem.

[u] *Disserere*] Nimirum in sententia dicenda probandaque.

[v] *Illustres domi artes*] Plane intelliguntur tales artes, quales supra III. 75. 'studia civilia,' et alibi 'bonas domi artes' vocavit. Non enim *domi* referendum est ad singulas ædes, sed ad urbem, ut fit, ubi hæc opponitur longinquis expeditionibus; quomodo in nota sententia: 'Parvi sunt arma foris, nisi consilium sit domi.' Ita frequenter junguntur, *domi bellique*. Freinsh.

[w] *Species*] Manebat etiam consulibus prætoribusque aliqua pristinæ majestatis imago, et minores magistratus suam potestatem sine impedimento ullo exercebant. Sueton. Tib. 30. 'Quinetiam speciem libertatis quandam induxit, conservatis senatui ac magistratibus et majestate pristina et potestate; neque tam parvum quicquam, neque tam magnum publici privatique negotii fuit, de quo non ad P. C. referretur. De vectigalibus ac monopoliis, de exstruendis reficiendisque operibus, etiam de legendo vel exauctorando milite, ac legionum et auxiliorum descriptione; denique quibus imperium prorogari, aut extraordinaria bella mandari, quid et qua forma regum literis rescribi placeret.'

[x] *Frumenta*] Intellige non quævis, sed a tributariis pendi solita, quæ apud auctores JCtos præsertim, *annonæ* vocabulo censeri solent.

[y] *Societatibus Equitum Rom.*] Publicanos ex equestri ordine fuisse pluribus Livii aliorumque locis promtum

suas Cæsar spectatissimo cuique, quibusdam ignotis ex fama mandabat; semelque assumti tenebantur, prorsus sine modo,[z] cum plerique iisdem negotiis insenescerent. Plebes acri quidem annona fatigabantur: sed nulla in eo culpa ex Principe: quin infœcunditati terrarum, aut asperis maris obviam iit,[a] quantum impendio diligentiaque poterat. Et, ne provinciæ novis oneribus turbarentur, utque vetera sine avaritia aut crudelitate magistratuum tolerarent, providebat: corporum verbera, ademtiones[b] bonorum aberant.

7. Rari per Italiam[c] Cæsaris agri: modesta servitia:[d]

princeps honestissimo cuique, nonnullis etiam *incognitis, ex sola virtutis fama committebat; semelque electi habebantur in muneribus omnino sine fine, cum plurimi iisdem in muniis senescerent. Populus quidem rei frumentariæ inopia premebatur; sed nullum in eo delictum ex imperante: quin agrorum sterilitati, vel pelagi procellis succurrit, quantum sumtu et vigilantia licebat. Et prospiciebat, ne provinciæ novis tributis vexarentur, et ut antiqua* onera *ferrent, sine cupiditate aut sævitia præfectorum: neque in corpora, neque in bona* civium aut sociorum *sæviebatur.*

Haud multa per Italiam Cæsaris prædia, modesti servi; pauci liberti intra pe-

NOTÆ

esset ostendere. Sed sufficiat hic Ciceronis ex orat. pro Cn. Plancio c. 9. 'Flos equitum Rom. ornamentum civitatis, firmamentum reip. publicanorum ordine continetur.' *Agitabantur* bono sensu hic extat pro *tractabantur.*

Seneca epist. 119. 'Jam ego paraveram fiscos: circumspiciebam, in quod me mare negotiaturus immitterem, quod publicum agitarem.' Suetonius Vespas. 1. 'Publicum quadragesimæ in Asia egit.' *Gronovius.*

[z] *Sine modo*] Illos præter modum retinebat, ita ut plerique ad ulteriores honores pervenire non possent, sed in iisdem negotiis, ad quæ primo adhibiti fuerant, consenescerent. Supra l. I. 80. 'ut callidum ejus ingenium, ita anxium judicium' in deligendo; quam hæsitationem et anxietatem vitavit, cum eosdem in iisdem muniis retineret. Alii id invidia factum putant, ne plures rempub. haberent gererentve. Alii amore populi, ne avidi novi procuratores pecus seu plebeculam degluberent, non tonderent.

[a] *Obviam iit*] Ita ut pericula maris præcaverit, aut etiam, si quæ naves tempestatibus interceptæ essent, damnum id sarciretur. *Freinsh.*

[b] *Ademtiones bonorum*] Providit ne provincialium aut sociorum corpora verberibus, aut confiscationibus bonorum vexarentur.

[c] *Rari per Italiam*] Non latifundia, ut postea, ex bonorum publicatione et reorum damnationibus parta.

Rari per Italiam] Non ut postea Emphyteuticarii patrimoniales, tum rei privatæ, tum divinæ domus, tum tamiei, qui impediunt agriculturam, diminuunt vectigalia, pauperantque populos. *Muretus.*

[d] *Modesta servitia*] Id est, intra modum. Lib. III. 'Simul modestiæ Neronis, et suæ magnitudini fidebat.'

intra paucos libertos domus: ac, si quando cum privatis disceptaret, forum et jus.[e] Quæ cuncta, non quidem comi[1]

nates: et si aliquando cum privatis rem seu litem haberet, forum et judices. Quæ

1 Vere et eleganter dictum. Neque aliter Plinius XXXV. 4. 'Tiberius Cæsar minime comis imperator.' Pessime ergo Acidalius emendat, *cum vi. Brotier.*

NOTÆ

Et l. I. 'Et ille varie disserebat de magnitudine imperii, sua modestia.' Et l. XII. 'Magnaque Deum benignitate et modestia hyemis, rebus extremis subventum.'

Martialis de Domitiano, sed vereor ne adulatione, IX. 81. 'Oderat ante ducum famulos turbamque priorum Et Pallatinum Roma supercilium. At nunc tantus amor cunctis, Auguste, tuorum, Ut sit cuique suæ cura secunda domus. Tam placidæ mentes, tanta est reverentia vestri, Tam pacata quies, tantus in ore pudor. Nemo suos (hæc est aulæ natura potentis) Sed domini mores Cæsarianus habet.'

Miror omnes *modesta servitia* pro paucis accepisse. Nihil ego cunctatus sum de servorum, non de *numero*, sed de *modestia* exponere: quod ex contrario magis apparebit, si aliorum immodestiam, petulantiam, arrogantiam spectes, qui propterea quod principum essent servi, se non modo super ingenuos sed etiam magistratus extollebant. In hoc auctore, IV. 4. 'Eo venire patres, eques,' &c.: et mox, 'ibi campo aut littore jacentes, nullo discrimine, noctem ac diem juxta, gratiam aut fastus janitorum perpetiebantur.' VI. 8. 'Libertis quoque ac janitoribus ejus notescere, pro magnifico accipiebatur.'

Seneca epist. 74. 'Stare ante limen Callisti dominum vidi, et eum qui illi impegerat titulum, qui inter rejicula mancipia produxerat, aliis intrantibus excludi.' Ubi similem de Epaphroditi servo, postea sutore Cæsaris facto, narratiunculam annotat Lipsius ex Epicteto I. 19.

Occiso Commodo inter alias acclamationes senatus hoc quoque legitur, 'servis servivimus,' apud Lamprid. c. 19. Hæc est igitur immodestia servitiorum, quam in suo servo retudit Adrianus, referente Spartiano, c. 21. 'Cum quodam tempore servum suum inter duos senatores e conspectu ambulare vidisset, misit qui ei colaphum daret, et diceret, Noli inter eos ambulare, quorum esse adhuc potes servus.'

Modesta servitia] Quod rarum et difficile viris principibus. Juvenal. 'Omnis magna domus servis est plena superbis;' et, ut ait Tacit. in Agric. vita, sæpe difficilius est regere familiam, quam provinciam. Doctus 'parum profici armis, si injuriæ sequerentur, causas bellorum statuit exscindere; a se suisque orsus, primam domum suam coërcuit, quod plerisque haud minus arduum est, quam provinciam regere.' Plin. Panegyr. 'Est magnificum quod te ab omni contagione vitiorum reprimis ac revocas, sed magnificentius, quod tuos. Quanto enim magis arduum est alios præstare quam se, tanto laudabilius, quod cum ipse sis optimus, omnes circa te similes tui effecisti.'

[e] *Forum et jus*] Plinius idem laudat in Trajano *Optimo* principe. 'At fortasse non eadem severitate fiscum, qua ærarium cohibes, immo tanto majore, quanto plus tibi licere de tuo,

via, sed horridus ac plerumque formidatus, retinebat tamen, donec morte Drusi verterentur: nam, dum superfuit, mansere; quia Sejanus, incipiente adhuc potentia, bonis consiliis[f] notescere volebat, et ultor metuebatur, non occultus odii, et crebro querens, 'incolumi filio, adjutorem imperii alium vocari: et quantum superesse, ut collega dicatur? Primas dominandi spes[g] in arduo: ubi sis ingressus, adesse studia et ministros: exstructa jam, sponte Præfecti, castra: datos in manum milites: cerni effigiem ejus[h] in monumentis[i] Cn. Pompeii: communes illi[j] cum familia Drusorum

omnia, non quidem civili more, sed tristis et atrox ac sæpe metuendus, servabat tamen, donec interitu Drusi res mutarentur: nam dum vixit, dum floruit, duravere; quia Sejanus, recente adhuc potestate, inclarescere probis consiliis cupiebat, et vindex Drusus *formidabatur, haud dissimulans offensionis, et sæpius fremens,* salvo et superstite filio, administrum imperii alium asciscі: et quantum abesse, ut socius et consors imperii appelletur? Primam imperandi cupidinem difficilem et ambiguam: at, ubi semel ausus fueris, adesse statim favorem, et adjutores: ædificata jam arbitrio præfecti munimenta, traditos in potestatem prætorianos, spectari ejus imaginem apud theatrum Cn. Pompeii: promiscuos illi cum gente Drusorum futuros nepotes: orandam postea modestiam, ut se

NOTÆ

quam de publico credis. Dicitur actori atque etiam procuratori tuo, In jus veni, sequere ad tribunal.'

[f] *Bonis consiliis*] In rempub. et etiam in privatos operam nempe dabat, ut bona consilia principi daret, ut nempe si constaret eum honesta suadere, majoribus hominum studiis celebraretur. Præterea, si quid perperam fecisset, Drusum metuendum habuit, tanquam ultorem facinorum, si quando Tiberio succederet, et solus rerum potiretur.

[g] *Primas dominandi spes*] Jam sane eum, quod in eo negotio difficillimum fuerat, superasse. Nam primos captandæ dominationis conatus arduos esse, at ubi quis ingressus fuerit, fautores et adjutores statim adesse, qui propellant. Hoc in Sejano prætorii præfecto jam id satis manifestum esse, ut cujus ad arbitrium castra prætoria exstructa sint, et eo jam pervenisse, ut his non contentus esse posse videatur, et necesse sit exorare modestiæ numen, quod tandem ei aliquod cupiditatum et ambitionis temperamentum inspiret.

[h] *Cerni effigiem ejus*] Statuam æneam in theatro Pompeii. Dio.

[i] *In monumentis*] Nihil hic intelligitur aliud quam, 'effigies Sejano apud theatrum Pompeii locata;' supra III. 72. Id *theatrum* hic intelligitur per *monumenta Cn. Pompeii:* sicut ejusdem capitis initio 'Basilica Pauli,' per *Æmilia monumenta.*

[j] *Communes illi*] Suetonius Claudii filio Druso desponsam Sejani filiam scribit, c. 27. in Claud. nec alius sententiæ est, quod noster l. III. dixit, Claudii filio Sejanum socerum destinatum. Hæc certa, clara: sed quomodo hic Drusus queritur, communes illi fore cum Drusorum gente nepotes? locum non habet; ea querela vana est. Si vere idem Sueton. scribit, Drusum extinctum esse post paucos dies, quam ei Sejani filia esset desponsa. Desponsa autem ante

fore nepotes: precandam post hæc modestiam,[k] ut contentus

NOTÆ

biennium; ergo extinctus, et simul connubii nepotumque spes.

An aliud aliquid est, quo noster hic respexit? nemo dicit. In Zonara lego, *Juliam* Drusi filiam desponsam Sejano: corrupte: quia scribendum *Liviam;* intelligitque Germanici sororem, de qua infra dicemus, Drusi majoris prolem. Quid nugamur? cum omnia scrinia excusserimus, non inficiabimur, quin Tacitus guttam attigerit e flumine Lethes. *Lipsius.*

Suetonius tradit filiam Sejani biennio ante plus minus Druso filio Claudii desponsam fuisse, posteaque brevi Drusum hunc Pompeiis vita cessisse.

Nihil aliud queritur Drusus, nisi quod jam Sejanus conjunctione Cæsaris dignus habitus esset, ut ait Tacitus infra. Ideoque quamvis primum illud matrimonium morte irritum fuerat, fortasse prævidebat fore, ut quandoque Sejanus aliud simile moliretur, affinitatemque cum Drusorum familia iterum et arctius jungeret.

Non existimo restringendas esse has querelas Drusi ad hoc tempus, quo Tacito memorare eas placitum; sed cogitemus jam ante, nec semel, (ut ipse auctor est iis verbis, *crebraque querens*,) erupisse Drusum, et singulas querelas effudisse eo maxime tempore, quo ea, quibus offendebatur, facta erant. Eas cum suis quasque locis commemorare nollet Tacitus, collegit hic loci, in quem seposuerat totam de potentia Sejani historiam; ut patet ex primo statim hujus libri capite. *Freinsh.*

Queritur, simulque vaticinatur Drusus, posse Sejanum habere prolem nepotesque communes cum Drusis, eique jam destinari tantum decus, ab eo tempore quo desponsa filio Claudii ejus filia fuerat, quæ tamen vota Sejani et vaticinia Drusi in irritum abiere; nam Drusus ille filius Claudii statim extinctus, filia Sejani occisa, cum adhuc immatura esset, ipseque Sejanus necatus priusquam voti seu nuptiarum Livillæ compos factus esset; ut patet ex Sueton. Tib. 65. ‘Deinde spe affinitatis ac tribuniciæ potestatis deceptum, inopinantem criminatus est.’

[k] *Precandam post hæc modestiam*] Mirum genus loquendi, quasi Modestia inter Deas. Et cave tamen immutes: simile illud e libro xv.: ‘Sic quoque optimam fortunam orandam, ut pedes confectis itinerum spatiis equitem assequeretur.’ *Lipsius.*

Precandam post hæc modestiam] Intelligi possit de Modestia, quæ Dea sit. Nam ut nullo possit testimonio veteris scriptoris ostendi, consecratam inter numina fuisse Modestiam, ideone etiam pro absurdo habendum id est, cum *Spem*, *Concordiam*, *Pudicitiam*, *Pavorem* etiam, aliosque animi habitus affectusve pro Diis habita sint?

Unde illa invocatio Manlii Statiani, apud Vopiscum in Probo c. 12. ‘Jupiter optim. max. Juno regina, tuque virtutum præsul Minerva, tu orbis Concordia et tu Romana Victoria, date hoc Senatui populoque Rom. date militibus, date sociis atque exteris nationibus: imperet, quomodo militavit.’

Omitto Stoicorum opinionem, qui, teste Seneca Ep. 113, virtutes etiam computabant inter animalia, neque minus Deos. Sed etiam si neutrum horum probaretur, tamen mirifice elegans esset ea θεοποΐα, qua hominis ejus nimias spes eo processisse ostenditur, ut non nisi divino quodam auxilio possent cohiberi. Tale quid est hoc in Asinaria, II. 1. ‘Perfidiæ lau-

esset.' Neque raro, neque apud paucos talia jaciebat: et

continere vellet. *Neque infrequenter, neque apud paucos talia querebatur, et*

NOTÆ

des gratiasque habemus merito magnas.' *Freinsh.*

Tanquam cum dicitur *precandam Modestiam*, non possit intelligi, vel *Sejani*, vel *Sejano a Diis*, qui eo creverat, ut coërceri, atque adeo modestia ei imperari non posse videretur. Tanquam verbo *precandam* necessario statuatur singularis *Dea Modestia*, a quo modestiam peti oportet. Male igitur Horatius l. I. sat. 4. 'Dii bene fecerunt, inopis me quodque pusilli Finxerunt animi.' Debuisset dicere: 'Modestiæ numen bene fecit, quod me modestum finxit.' Non venit enim scilicet illa modestia virtus et animal, nisi a peculiari numine Modestia: quemadmodum nemini potest optari, nisi ab eo unico numine, quod eam conferre possit.

Ego talem Deam nullam, sed quæ sanis facile modestiam ingeneraret, *Adrastiam, Rhamnusiam, Nemesin* novi. Nam Plautus risum captat. Quid multa? quod illi mire elegans, id mihi κακόζηλον, et gravitate Taciti atque materiæ indignum videtur. *Gronovius.*

Modestiam] Si Dea *Modestia* sit, cur nomine Dei appellatæ sint virtutes istæ, explicat facunde Cic. 2. de Nat. Deorum. 'Multæ autem aliæ naturæ Deorum ex magnis beneficiis eorum non sine causa et a Græcis sapientibus et a majoribus nostris constitutæ nominatæque sunt: quicquid enim magnam utilitatem generi afferret humano, id non sine divina bonitate erga homines fieri arbitrabantur. Itaque tum illud quod erat a Deo natum nomine ipsius Dei nuncupabant: ut cum fruges Cererem appellamus, vinum autem Liberum: ex quo illud Terentii: Sine Cerere et Libero friget Venus. Tum autem res ipsa, in qua vis inest major aliqua, sic appellatur, ut ea ipsa vis nominetur Deus, ut Fides, ut Mens, quas in Capitolio dedicatas videmus, proxime a M. Æmilio Scauro, ante autem ab Attilio Calatino erat Fides consecrata. Vides Virtutis templum, vides Honoris a M. Marcello renovatum, quod multis ante annis erat bello Ligustico a Q. Maximo dedicatum. Quid Opis? quid Salutis? quid Concordiæ? Libertatis? Victoriæ? quarum omnium rerum quia vis erat tanta, ut sine Deo regi non posset, ipsa res Deorum nomen obtinuit.'

Audi etiam Plinium II. 7. 'Innumeros quidem (Deos) credere, atque etiam in virtutibus vitiisque hominum, ut Pudicitiam, Concordiam, Mentem, Spem, Honorem, Clementiam, Fidem, aut (ut Democrito placuit) duos omnino, Pœnam et Beneficium, majorem ad socordiam accedit. Fragilis et laboriosa mortalitas in partes ista digessit, infirmitatis suæ memor, ut portionibus quisque coleret, quo maxime indigeret. Itaque nomina alia aliis gentibus, et numina iisdem innumerabilia reperimus: inferis quoque in genera descriptis, morbisque et multis etiam pestibus, dum esse placatas trepido metu cupimus. Ideoque etiam publice Febri fanum in palatio dicatum est; Orbonæ ad ædem Larium ara, et Malæ Fortunæ Exquiliis.' Hæc Plin.

Longe validior graviorque sensus Taciti seu Drusi erit, si intelligas jam orandam modestiam Sejani, ut temperare ambitionem et libidinem imperandi vellet.

Modestiam] Non præcise de Dea aliqua intelligendum hoc, nisi forte

secreta[l] quoque ejus, corrupta uxore, prodebantur.

8. Igitur Sejanus, maturandum ratus, deligit venenum,[m] quo paulatim irrepente,[n] fortuitus morbus assimularetur: id Druso datum per Lygdum spadonem, ut octo post annos[o] cognitum est. Ceterum Tiberius, per omnes valetudinis

arcana etiam ejus, pellecta et polluta conjuge, aperiebantur Sejano.

Itaque Sejanus putans properandum esse, parat venenum, quo sensim grassante, fortuita ægritudo crederetur. Id Druso oblatum per Lygdum eunuchum, ut octo annis elapsis compertum est. At Tiberius per totum tempus, quo duravit morbus

NOTÆ

virtus illa in Sejano Dea fuerit, quod vanum et ridiculum fuerit. Intellige orandam esse modestiam Sejano Diis, vel potius orandam ipsam Sejani modestiam, seu ipsum Sejanum ut temperaret; sibi velit, nempe rogandum esse Sejanum ipsum, ut modestiam exhibere et contentus esse dignaretur.

Nec par est locus, quem attulit Lipsius ex Taciti lib. xv. ‘Optimam fortunam orandam, ut pedes (Romanus) confectis itinerum spatiis, equitem (Parthorum) assequeretur,’ seu cursu adæquaret: ne, nempe, legionibus Rom. contingeret, quod olim Crasso et M. Antonio, ut equite et sagittis Parthicis inulti perirent. Tum certe maxime *oranda* fuit *Optima Fortuna* populi Rom. et ipsius principis, (et ista hæc Fortuna Dea Deorum Dearumque celeberrima) ut saluti tot civium Rom. consuleret.

Irridet hoc loco Drusus Sejanum, quem ambitione ferocem et nullius modestiæ capacem sciebat, et si semel principatum raptum isset, de illo dici potuit, quod Tacit. lib. de Germ. Mor. ‘Inter impotentes et validos falso quiescas, ubi manu agitur, modestia ac probitas nomina superioris sunt.’

[l] *Secreta*] Secreta ejus prodebantur a Livilla uxore adultero Sejano, Liviæ Augustæ, forte et Tiberio, qui juvenem ingenio ferocem hinc minus amaret.

[m] *Deligit venenum*] Tale venenum sibi Carthaginenses dedisse dixit Regulus, non præsentaneum, ‘sed ejusmodi, quod mortem proferret: eo consilio, ut viveret quidem tantisper, quoad fieret permutatio: post autem grassante sensim veneno, cor tabesceret;’ (lego *contabesceret*) Gell. vi. 4.

Theophrastus lib. IX. *περὶ φυτῶν ἱστορ.* de aconito, *συντίθεσθαι δὲ, ὥστε κατὰ χρόνους τακτοὺς ἀναιρεῖν, οἷον δίμηνον, τρίμηνον, ἑξάμηνον, ἐνιαυτὸν, τοὺς δὲ καὶ δύο ἔτη.* Mihi tamen hoc verisimile non fit: causæ sunt obscuræ.

[n] *Quo paulatim irrepente*] Delegit venenum, quod non statim extingueret hominem, sed ita temperatum esset, ut paulatim se corpori insinuans, viresque consumens, fortuitæ valetudinis speciem exhiberet. Sic Tacit. xii. 66. ubi de necando Claudio consultat Agrippina: ‘De genere veneni consultavit, ne repentino et præcipiti facinus proderetur; si lentum et tabidum delegisset, ne admotus supremis Claudius, et dolo intellecto, ad amorem filii rediret: exquisitum aliquid placebat, quod turbaret mentem et mortem differret.’

[o] *Ut octo post annos*] Recte, eo ipso videlicet anno, quo interfectus Sejanus, cum Apicata ejus uxor hæc scelera prodidit: vide Dionem lib. lviii.

ejus dies, nullo metu,[p] an ut firmitudinem animi ostentaret, etiam defuncto, necdum sepulto, curiam ingressus est: Consulesque, sede vulgari[q] per speciem mœstitiæ sedentes, honoris locique[r] admonuit; et effusum in lacrymas Senatum, victo gemitu,[s] simul oratione continua[t] erexit. ' Non qui-

illius, sive nullo timore, (sive ut constantiam animi præferret jactaretque,) etiam extincto, et nondum tumulato filio, *senatum introiit: et consules throno communi, ut tristitiam ostentarent, recumbentes, dignitatis sedisque memores esse jussit; et superato compressoque dolore, erumpentes in fletum, patres etiam concione per-*

NOTÆ

[p] *Nullo metu*] Nullo metu, forte quia lethalem mortem non credebat, vel *nullo metu,* quia nullo amore animatus erga Drusum erat, teste Suetonio et aliis auctoribus. Gaudebat forte senectutem suam non premi ætate aut ingenio juvenis violenti et forte aliquid ausuri, si casus daret. Sueton. Tib. 52. ' Filiorum neque naturalem Drusum, neque adoptivum Germanicum patria caritate dilexit, alterius vitiis infensus,' nempe Drusi.

[q] *Consulesque, sede vulgari*] Id est, in sedibus prætorum aut tribunorum, ut Dio interpretari videtur, in morte Augusti l. LVI. Ἐκαθέζοντο δὲ οἱ μὲν πολλοὶ ὥς που ἕκαστος εἰώθει, οἱ δ' ὕπατοι κάτω ἐν τοῖς βάθροις, ὁ μὲν τῷ τῶν στρατηγῶν, ὁ δὲ τῷ τῶν δημάρχων. Verterem ego: ' sederunt autem vulgus senatorum, quo quisque loco solebat: Consules vero inferne in subselliis, alter prætorum, alter tribunorum.' Nec dissimile est, quod Suetonius scribit, Claudium ' de majore negotio acturum, medium inter Consulum sellas Tribunicio subsellio sedisse.' Humiles autem senatorum omnium sedes, altæ consulum et excelsæ. Lucanus v. ' Ut primum mœstum tenuere silentia cœtum, Lentulus e celsa sublimis sede profatur.' Lentulus enim ibi consul. Et alius poëta quispiam: ' Conspicuum signis cum premet altus ebur.' Intelligit Consulis sellam curulem: in qua ornatus causa, signa. Idem: ' Signa quoque in sella nossem formata curuli Et totum Numidæ sculptile dentis opus.'

[r] *Honoris locique*] Admonuit consules suæ dignitatis, et ut curules sellas magistratui quem exercerent, debitas occuparent. Debuit indui veste magistratus quæ suam dignitatem deceret, debuit servare majestatem, ac præferre insignia dignitatis, et cum adiret senatum, et cum senatus acciperet mandata, et sic, quovis loco, et quacumque in re ille personam publicam sustineret. Plinius XVIII. 3. ' Aranti quatuor sua jugera in Vaticano, quæ prata Quintia appellantur, Cincinnato viator attulit Dictaturam, et quidem, ut traditur, nudo plenoque pulveris etiamnum ore. Cui viator: vela corpus, inquit, ut proferam senatus populique Rom. mandata.' Et statim uxor prætextam ei attulit.

[s] *Victo gemitu*] An Tiberius vicit sedavitque gemitum senatorum, quos ait, in lacrymas effusos? ita videtur, cum supra dixerit, ipsum nullo metu, fortitudinemque præferentem, introisse curiam. Tamen verius credo, de ipsius Tiberii gemitu, nam verisimile est, morte filii magno dolore affectum; sed, ut cetera omnia, dissimulasse, ut invictum animum ostentaret. *Freinsh.*

Aliquid simile de Valerio Asiatico dixit II. 2. ' Ad quod victo silentio,

dem sibi ignarum, posse argui, quod tam recenti dolore subierit oculos Senatus: vix propinquorum alloquia[u] tolerari, vix diem aspici[v] a plerisque lugentium: neque illos imbecillitatis damnandos: se tamen fortiora solatia e complexu Reipubl.[w] petivisse.' Miseratusque 'Augustæ extremam senectam,' rudem[x] adhuc nepotum, 'et vergentem ætatem suam, ut Germanici liberi, unica præsentium malorum levamenta, inducerentur,' petivit. Egressi Consules, firmatos

petua firmavit et solatus est. Neque certe sibi ignotum, se posse reprehendi, quod tam repenti mœrore in conspectum patrum venerit; vix proximorum solatia ferri, vix lucem contueri plerosque flentium. Neque illos infirmitatis arguendos, se tamen firmiora delinimenta e sinu reip. quæsivisse. Et cum deflevisset provectam Liviæ ætatem, nepotum teneram et nondum adultam ætatem, suamque præcipitantem in senium, *postulavit*, ut filii Germanici, *quæ* sola præsentium calamitatum solatia *erant*, introducerentur *in curiam. Cum*

NOTÆ

prorupit reus,' id est, suo ipsius silentio. *Pichena. Victo gemitu*, id ad Tiberium referre, debes; nec enim Patrum lacrymas cessasse vult Tacitus, immo lacrymantes eos cum maxime principis constantia et alloquio erectos: neque vero *gemitus* et *lacrymæ* pro iisdem sunt accipienda, cum adeo nihil de lacrymis Tiberii cogitare nos velit auctor, ut etiam gemitus, quod majus atque difficilius est, in potestate habuisse tradat.

Denique constructio turbatur, quæ hæc est: Tiberius *victo gemitu, simul oratione continua, erexit senatum in lacrymas effusum.*

[t] *Oratione continua*] Cum gemitus in potestate haberet, oratione continua, nulloque doloris impetu interrupta patres consolatus est. *Freinsh.* Certe non desineret esse perpetua oratio, etiam si gemitu aliquando et dolore interrumperetur. Intelligit Tacitus per *orationem continuam*, eam quæ sit in id composita et meditata, quæ non aliis rebus aut sermonibus vel interrogationibus interrumpitur, et quamvis abrumperet aliquando talem orationem dolor, miseranda magis, sed nihilominus continua dici posset.

[u] *Propinquorum alloquia*] *Alloquia* proprie in consolatione, notatum aliis.

[v] *Vix diem aspici*] Ita enim moris, ut limine et domo se continerent in luctu. Plin. lib. IX. 'Mitto ad Arriam: rogo ut veniat, quoniam me recens adhuc luctus limine contineret.'

[w] *E complexu Reip.*] Hunc *complexum* potius ita capiendum arbitror, ut Tiberius complexus sit remp. quam ut illum resp. *Complecti remp.* est curam atque administrationem publicorum negotiorum suscipere, agere, tractare: infra IV. hist. 11.

Nihil autem aliud quam actum rerum intelligit, quod statim IV. 13. 'Nihil intermissa rerum cura, negotia pro solatiis accipiens.' Elegantissime tamen hac *complexus* metaphora est usus.

[x] *Rudem*] Nepotum adhuc rudes et negotiis impares annos. Intelligit ætatem puerilem, qua adhuc rudes et imperiti animi Cæsarum, ut qui nullo rerum usu, neque tirocinii

alloquio adolescentulos deductosque ante Cæsarem statuunt. Quibus apprehensis,[1] 'Patres conscripti, hos,' inquit, 'orbatos parente, tradidi patruo ipsorum, precatusque sum, quanquam esset illi propria soboles, ne secus, quam suum sanguinem, foveret ac tolleret, sibique et posteris conformaret.[2] [y] Erepto Druso, preces ad vos converto, Diisque et patria coram obtestor, Augusti pronepotes, clarissimis majoribus genitos, suscipite, regite: vestram meamque vicem explete. Hi vobis, Nero et Druse, parentum loco; ita nati estis,[z] ut bona malaque vestra ad Rempubl. perneant.'

9. Magno ea fletu, et mox precationibus[a] faustis, audita: ac, si modum orationi posuisset, misericordia sui gloriaque animos audientium impleverat: ad vana, et totiens irrisa revolutus, 'de reddenda Republ.[b] utque Consules, seu quis

exiissent consules, firmassentque solatio pueros, deduxissentque, ante principem sistunt; quos manu tenens, Patres conscripti, illos, *ait*, amisso patre, commendavi patruo illorum Druso, et obtestatus sum, quamvis illi essent proprii liberi, ne aliter aleret educaretque illos, quam suammet sobolem, sibique et posteris institueret. Extincto Druso, preces meas ad vos flecto, et in conspectu Deorum patriæque obsecro; rogo vos, Augusti pronepotes, illustrissimis avis ortos excipite, fovete, juvate consiliis; vestrasque et meas partes agite. Hi vobis, Nero et Druse, vice parentum sunt: ea stirpe orti estis, ut prospera adversaque vestra ad remp. spectent.

Ingenti ea gemitu, et postea lætis acclamationibus excepta sunt; et si modum verbis statuisset, miseratione sui famaque nominis mentes auditorum impleverat: sed relapsus ad inania falsaque et toties risu explosa, de restituenda Repub. et ut

1 Ita libri omnes editi. Ms. Flor. *adprensis.*—2 Ita Ms. Flor. editiones veteres et recentiores. Lipsius, *confirmaret.*

NOTÆ

rudimenta deposuerant. Fere *prætextati* adhuc erant filii Germanici.

[y] *Conformaret*] Ita institueret, ut in iis ipse posterique nostri præsidium ornamentumque habere possent.

[z] *Ita nati estis*] Ea fortuna nati estis, ut bonorum et malorum vestrorum particeps futura sit respublica.

[a] *Mox precationibus*] Istud *mox* hoc loco non tantum temporis spatium complectitur, ut interim finita Tiberii oratio videri debeat. Immo pergit, et in eo commissum Tiberio, quod modum orationi non posuerit, sed libidine disserendi, aut potius dissimulandi, 'ad vana, et totiens irrisa revolutus sit.'

[b] *De reddenda Republica*] Seneca, de brevitate vitæ: cap. 5. 'Divus Augustus, cui Dii plura quam ulli præstiterunt, non desiit quietem sibi

alius, regimen susciperent,' vero quoque et honesto fidem demsit.[c] Memoriæ Drusi eadem, quæ in Germanicum, decernuntur, plerisque additis, ut ferme amat posterior adulatio. Funus imaginum pompa maxime illustre fuit, cum origo Juliæ gentis, Æneas, omnesque Albanorum[n] Reges, et conditor urbis Romulus, post Sabina nobilitas,[d] Attus[1] Clausus, ceteræque Claudiorum effigies, longo ordine spectarentur.

consules, seu quispiam alius imperium capesserent, *effecit ut ne quidem ei de vero et honesto crederetur. Gloriæ Drusi eadem, quæ in Germanicum* decreta erant, *statuuntur; plurimis adjectis* honoribus, *ut fere solet postrema assentatio. Exequiæ simulacrorum spectaculo maxime insignes fuere, cum longa pompa* conspicerentur *auctor Juliæ gentis Æneas, omnesque Albanorum principes, et fundator civitatis Romulus, dein Sabini nobiles, Attus Clausus, et aliæ Claudiorum imagines translatæ ordine cernerentur.*

1 Sic Ms. Flor. Pichena et recentiores. Beroaldus aliique veteres, *Appius Clausus.* Idem *Attus Clausus* in plurimis Mss. Codicibus appellatur infra

NOTÆ

precari, et vacationem a Repub. petere. Omnis ejus sermo ad hoc semper revolutus est, ut sibi speraret otium. Hoc labores suos etiam si falso, dulci tamen oblectabat solatio, aliquando se victurum sibi. In quadam ad senatum missa epistola, cum requiem suam non vacuam fore dignitatis, nec a priore gloria discrepantem, pollicitus esset, hæc verba inveni: sed ista fieri speciosius quam promitti possunt: me tamen cupido temporis optatissimi mihi, provexit, ut quoniam rerum lætitia morabatur adhuc, præciperem aliquid voluptatis ex verborum dulcedine. Tanta visa est res otium, ut illam, quia usu non poterat, cogitatione præsumeret. Qui omnia videbat ex se uno pendentia, qui hominibus gentibusque fortunam dabat, illum diem lætissimus cogitabat, quo magnitudinem suam exueret. Expertus erat, quantum illa bona per omnes terras fulgentia, sudoris exprimerent, quantum occultarum solicitudinum tegerent; cum civibus primum, deinde cum collegis, novissime cum affinibus, coactus armis decernere, mari terraque sanguinem fudit; per Macedoniam, Siciliam, Ægyptum, Syriam, Asiamque et omnes prope oras bello circumactus, Romana cæde lassos exercitus ad externa bella convertit.'

[c] *Fidem demsit*] Ut etiam illis minor fides haberetur, quæ honesta et gloriosa ex vera et seria animi affectione protulerat.

[n] *Albanorum*] Alba longa, urbs Latinorum populorum in Latio provincia: hodie in ruinis jacet, inter villas vulgo dictas *Palazzuolo* et *Castel Gandolfo*, in parte occidentali Campaniæ Romanæ provinciæ status Ecclesiastici. Ex Cluverio et Kircheri Latio. *Tillemon.*

[d] *Sabina nobilitas*] Unde Claudiæ gentis origo.

Sabina] Sabini populi Samnii regionis in Italia: hodie pars provinciarum Sabinæ et Ombriæ, sive ducatus *Spoleti* in statu Ecclesiastico; et

10. In tradenda morte Drusi, quæ plurimis maximeque fidis auctoribus memorata sunt, retuli: sed non omiserim eorundem temporum rumorem, validum[e] adeo, ut nondum exolescat. 'Corrupta ad scelus[f] Livia, Sejanum Lygdi quoque spadonis animum stupro vinxisse: quod is ætate atque forma carus domino, interque primores ministros erat: deinde, inter conscios ubi locus veneficii tempusque composita sint,[1] eo audaciæ provectum, ut verteret,[g] et, occulto indicio Drusum veneni in patrem arguens, moneret Tiberium, vitandam potionem, quæ prima ei, apud filium epulanti, offerretur. Ea fraude tum senem, postquam convivium inierat, exceptum poculum Druso tradidisse; atque illo ignaro, et juveniliter hauriente,[h] auctam suspicionem, tanquam metu et pudore sibimet irrogaret mortem, quam patri struxerat.'

In referenda nece Drusi, memoravi quæ a multis, et fidelissimis scriptoribus tradita sunt; at non prætererim sparsam eodem ævo famam adeo firmam et constantem, ut nondum senescat. Pellecta ad flagitium Livilla, Sejanum Lygdi etiam eunuchi conscientiam stupro illigasse: quia is Lygdus juventa et pulchritudine domino in deliciis erat, interque præcipuos ministros habebatur. Postea inter socios facinoris ascitus, postquam locus maleficii tempusque constituta sint, eo temeritatis progressum, ut mutaret cuncta, et secreta delatione incusans Drusum veneficii in parentem, nuntiaret Tiberio, cavendum poculum, quod primum exhiberetur ei, apud Drusum inter epulas. Eo dolo tum deceptum senem, ubi ad epulas venisset, acceptam potionem filio præbuisse; atque illo inscio et alacriter bibente, firmatam diffidentiam Tiberii, tanquam timore et verecundia sibimet Drusus inferret necem, quam patri paraverat.

Annal. XII. 25. et apud Livium, II. 16. *Appius* tamen *Claudius* dicitur in Ms. Reg. Codice Taciti, et in Ms. nostro Livii codice, *Attius Clausus.* Brotier.

1 Ita Ms. Flor. Pichena et recentiores. Beroaldus et veteres, *composita sunt.* Copulam *que* omiserat Lipsius.

NOTÆ

pars provinciæ Aprutii Ulterioris, vel *Abruzzo Ultra,* in regno Neapolitano. *Tillemon.*

e *Validum*] Non omittendam puto famam illorum temporum, adeo valide infixam hominum mentibus, ut adhuc duret.

f *Corrupta ad scelus*] Quidam *scelus* de adulterio tantum intelligunt: ego putabam potius cædem mariti hic innui: de qua una, hoc loco agere constituit.

g *Ut verteret*] Sejanum eo audaciæ provectum esse, ut omnia invertens Drusum occultis calumniis accusaret apud patrem, &c.

h *Juveniliter hauriente*] Cum poculum ignarus doli et puerili facilitate ac securitate ebibisset, &c.

11. Hæc vulgo jactata,[i] super id, quod nullo auctore certo firmantur, promte refutaveris. Quis enim mediocri prudentia, nedum Tiberius, tantis rebus exercitus, inaudito filio exitium offerret, idque sua manu, et nullo ad pœnitendum[j] regressu? Quin potius ministrum veneni excruciaret, auctorem exquireret, insita denique, etiam in extraneos, cunctatione et mora, adversum unicum, et nullius ante flagitii compertum uteretur. Sed, quia Sejanus facinorum omnium repertor habebatur, ex nimia caritate in eum Cæsaris, et ceterorum in utrumque odio, quamvis fabulosa et immania credebantur:[k] atrociore semper fama[l] erga dominantium exitus. Ordo alioqui sceleris, per Apicatam Sejani[m] proditus, tormentis Eudemi ac Lygdi patefactus est: neque quisquam scriptor tam infensus extitit, ut Tiberio objectaret, cum omnia alia conquirerent intenderentque. Mihi tradendi arguendique rumoris causa fuit, ut, claro sub exemplo, falsas auditiones depellerem, peteremque ab iis,

Hæc in vulgus sparsa, præter quam quod nullo satis *fido auctore fulciuntur, facile refellas. Quis enim* vel *modica sapientia, non modo Tiberius, tanto rerum usu firmatus expertusque, non cognita causa filio suo necem inferret, idque propria manu, et nulla ad meliorem mentem redeundi* concessa *venia? Quin potius pocillatorem veneficum torqueret, auctorem cruciatu interrogaret,* quin potius *tandem innata ingenitaque* sibi *etiam in alienos tarditate, gravitateque uteretur in unicum* filium, *et nullius ante sceleris manifestum. Sed quia Sejanus cunctorum scelerum inventor existimabatur, ex nimio amore Tiberii erga illum, et aliorum in utrumque malevolo animo, licet vana falsaque et atrocia pro veris et certis habebantur: truculentiore semper fama erga imperitantium mortes. Præterea ordo facinoris per Apicatam Sejani* uxorem *patefactus, et cruciatibus Eudemi ac Lygdi compertus est. Neque ullus auctor adeo infestus fuit, ut* id *Tiberio exprobraret; cum cuncta alia scrutarentur augerentque. Mihi memorandæ refellendæque famæ causa fuit, ut insigni sub nomine, vanos rumores rejicerem, postularemque ab illis, qui hoc opus nostrum*

NOTÆ

[i] *Hæc vulgo jactata*] Et credita Orosio, qui l. VII. tradit Drusum a Tiberio veneno extinctum. At me non valde movent ejusmodi scriptores, legitimæ historiæ (dicam iratis quorundam auribus) dehonestamenta. *Lipsius.*

[j] *Nullo ad pœnitendum*] Qui necaret filium suum sua manu, nulloque sibi aut filio regressu ad pœnitendum concesso. Tò *pœnitendum* tamen potius de patre intelligendum putem: forte alii capient de filio, cui exitium offerret Tiberius sua manu, inaudito, nulloque dato ad pœnitendum regressu; forte de utroque.

[k] *Et immania credebantur*] Alii libri, *inania:* sed magis arridet τὸ *immania.*

[l] *Atrociore semper fama*] Intellige, spargi plerumque et credi *atrocia* aut *tragica*, de morte dominantium.

[m] *Per Apicatam Sejani*] Sic Virgil. 'Hectoris Andromache.'

quorum in manus cura nostra[l] venerit, ne divulgata[n] atque incredibilia, avide accepta, veris, neque in miraculum corruptis, antehabeant.

12. Ceterum, laudante[o] filium pro rostris Tiberio, Sena-

legerint, ne in vulgus temere *jactata, et quæ a fide aliena sunt, cupide accipiant,* neque talia *anteponant iis, quæ certa sunt, quæque nequaquam in admirationem ficta aut adulterata sunt.*

Ceterum Tiberio commendante filium apud Rostra, Patres plebsque vestem ac

1 Ita libri omnes editi, et supra Annal. III. 24. *Si...plures ad curas vitam produxero.* Muretus ait quibusdam in libris antiquis legi, *scripta;* et supra, *inania*, pro *immania.* Vereor ne, Ursinum imitatus, antiquos libros hic comminiscatur, ut opiniones suas approbet. *Brotier.*

NOTÆ

[n] *Ne divulgata*] Ne vulgatos rumores atque incredibilia narrantes avide arripiant, præponantque veris, seu historiis, nudam rerum veritatem, nullisque mirabilibus circumstantiis in speciem auctam adornatamque, exequentibus.

[o] *Laudante*] Fuit ille mos antiquus apud Ægyptios laudandi mortuos reges cum sepelirentur, vel etiam eos vituperandi, ut sic imperare agereque vitam laudabili morte dignam addiscerent. Testis Diodorus Siculus l. II. 'Hoc tempore, quæ ad pompam funeris spectant, præparatis, postrema die corpus in arca conditum ante sepulcri aditum ponunt. Ibi breviarium in vita ab rege gestorum de more recitant: volentique facultas datur defunctum accusandi. Astant sacerdotes mortui recte facta laudantes: populus, si permagnus est, qui exequias circumstat, applaudit veris laudibus, in reliquis magno reclamat tumultu: quo accidit ut plures reges repugnante plebe solito caruerint sepulcri honore, ac magnificentia. Is timor coëgit Ægypti reges juste vivere, veritos futuram post mortem plebis iram, atque odium sempiternum.'

Laudante filium] Velo quidem interposito, ne Pontificis maximi oculi aspectu cadaveris funestarentur. Seneca, consolatione ad Martiam: 'Tiberius Cæsar, et quem genuerat, et quem adoptaverat, amisit. Ipse tamen pro Rostris laudavit filium, stetitque in conspectu posito corpore, interjecto tantummodo velamento, quod Pontificis oculos a funere arceret.'

Recenset eundem ritum Dio l. LIV. in funere Agrippæ, sed causam ejus ignorare fatetur, et quam Seneca dedit, refellit. Verba sunt: 'Sed et laudationem Agrippæ Augustus recitavit, velo quopiam ante mortuum expanso. Id cui rei factum, mihi non liquet. Tamen alii volunt ideo, quia Pontifex esset: alii, quia obiret munera censoris. Neutri recte. Neque enim vel Pontifici mortuum aspicere nefas: neque Censori, nisi cum finem censioni imponit, conditque lustrum.' Hæc Dio.

Sed ego existimo, de Pontifice Senecam vera dicere. *Sacer* enim; ideoque non ipsum solum arceri aspectu funesto, sed et *statuas Deorum* voluerunt. Quæ si in loco positæ, ubi supplicia et cædes, *velari* eas mos fuit, aut *transferri.*

Notat ipse Dio: 'Claudius,' inquit,

tus populusque habitum ac voces dolentum, simulatione[p] magis, quam libens, induebat, domumque Germanici revirescere, occulti lætabantur. Quod principium favoris, et mater Agrippina, spem male tegens, perniciem acceleravere. Nam Sejanus, ubi videt, mortem Drusi inultam interfectoribus, sine mœrore publico esse, ferox scelerum,[q] et quia prima provenerant, volutare secum, quonam modo Germanici liberos perverteret, quorum non dubia successio:[r] neque spargi venenum in tres poterat,[s] egregia custodum fide, et pudicitia Agrippinæ impenetrabili. Igitur contumaciam ejus insectari, vetus Augustæ odium, recentem Liviæ conscientiam[t] exagitare,[u] 'ut superbam[1] [v] fœcundi-

verba mœrentium specie et imitatione magis quam ultro et ex animo assumebant, familiamque Germanici florere rursus secreti gaudebant. Quod initium amoris, simul *et parens Agrippina, vota* sua *non satis occultans, exitium* illis *approperavere. Quippe Sejanus, postquam animadvertit exitium Drusi impune fuisse* sceleris *auctoribus*, ferri *absque tristitia populi, patrumque, jam superbus et audax facinorum, et quia prima pro votis cesserant, agitare animo, quonam pacto subverteret Germanici filios, ad quos certa spectabat* imperii *successio. Neque diffundi virus in tres* fratres *poterat, ob insignem custodum fidem, et inexpugnabilem Agrippinæ pudicitiam. Itaque pervicaciam ejus criminari* cœpit, *priscam Liviæ offensionem, nuperi consciam facinoris Livillam exstimulare, ut apud Tiberium incusarent* arro-

1 In libris editis, *ut superbiam.* Emendandum, *superbam,* optime monuit

NOTÆ

'delectabatur gladiatoribus, et præsertim meridianis. Ideo plerosque servos, qui dominos sub Caio aut Tiberio calumniati erant, hoc modo perdebat. Eorumque tantus fuit numerus, ut Augusti statuam eo loci positam jusserit transferri, ne aut semper aspiceret cædes, aut semper velata esset.'

Ceterum de Pontifice, in Judæorum ritu, simile Philo notat, De Monarchia: 'a cadavere arceri.'

Dicit Dio, 'non fuisse prohibitum Pontifici maximo cadaver videre,' sed non probat Græculus. Melius Plutarchus qui refert Metellam uxorem Syllæ, cum in morbum incidisset, translatam fuisse in alias ædes, a penatibus viri, quia tum ille Pontifex, ne domum ejus funestaret, quod nefas erat.

[p] *Simulatione*] Mœrebant magis per simulationem, quam ex animo. Secreto enim gaudebant, sublato Druso, qui unus Germanici liberis præferri debuerat, illius domum reviviscere.

[q] *Ferox scelerum*] Animo jam ante ad audenda scelera promto et feroci præditus, simul impunitate feliciter experti veneficii confirmatus.

[r] *Quorum non dubia successio*] Scil. ad principatum, cui, amoto Druso, nemo jam erat propior.

[s] *Neque spargi venenum in tres poterat*] Tres intelliguntur filii Germanici, Nero, Drusus, Caius. Hi enim superstites patri fuerunt, ut testatur Sueton. Calig. 7.

[t] *Recentem Liviæ conscientiam*] *Recentem* vocat, comparando cum ea *vetus Augustæ odium,* quasi non post

tate, subnixam popularibus studiis inhiare dominationi,' apud Cæsarem arguerent. Adque[2] hæc callidis criminatoribus (inter quos delegerat Julium Postumum,[w] per adulterium Mutiliæ Priscæ inter intimos aviæ, et consiliis suis peridoneum, quia Prisca in animo Augustæ valida) anum, suapte natura potentiæ anxiam,[x] insociabilem nurui efficie-

gantiam Agrippinæ, numerosa prole suffultam, quasi vulgi favore principatum ambiret. *Et* Livilla *Augustam vetulam suopte ingenio dominationis ægram, implacabilem nurui reddebat per vaferrimos calumniatores, inter quos asciverat Julium Posthumum, qui per stuprum cum Mutilia Prisca, inter familiares Liviæ, et cœptis suis peropportunus erat, quia Prisca in flagranti gratia Augustæ. Etiam*

Muretus; probavere Gruterus et Ernestus. Idque ipsa rerum series postulat. *Brotier.*—2 Brotierus edidit, *Atque hæc callidis criminatoribus: inter quos delegerat Julium Postumum, per adulterium Mutiliæ Priscæ inter intimos aviæ, et consiliis suis peridoneum; quia Prisca, in animo Augustæ valida, anum suapte, &c.* quæ Beroaldi et veterum scriptura est. Oberlinus prætulit Lipsii et Ernesti distinctionem, et *adque hæc* pro *atque hæc*, ut Ernestus edidit.

NOTÆ

primum scelus cum Livia perpetratum, sed recens in consilium de evertendis Germanici liberis, eam adhibuerit. *Conscientia* designat societatem scelerum; ut alteri quoque conscius sis, non tibi uni.

Vetus Augustæ Liviæ odium fuit adversus Agrippinam Germanici et ipsius liberos: cum illo veteri Liviæ vetulæ odio comparat recens crimen Liviæ seu Livillæ. Recens autem post adulterium crimen fuit veneficium, quo periit Drusus maritus: *recens* igitur *conscientia* respectu *veteris odii* Augustæ, forte et respectu primi facinoris, adulterii nempe.

[u] *Exagitare*] Exstimulat, ut Agrippinam apud aures Tiberii insectarentur, tanquam fœmina et ingenio arrogans, et in numero prolis superbiæ suæ fulcra habens, favore populi ad affectandum imperium prolaberetur.

[v] *Ut superbam*] Vulgo *superbiam.* Legit Gruterus, *ut superbam fœcunditate, subnixam popularibus studiis, &c.*

[w] *Julium Postumum*] Estne ille, qui præfectus Ægypto postea? de quo Romæ lapis: PRO. SALUTE. TI. CLAUDI. CÆSARIS. AUG. GERMANICI. PONT. MAX. TRIB. POT. VII. COS. IIII. IMP. XV. P. P. CENSORIS : : : LIBERORUMQUE. EX VOTO. SUSCEPTO. C. IULIUS. SEX. F. COR. POSTUMUS. PRÆF. ÆGYPTI. Vix puto: Claudii enim ævo ille floruit, non hoc Tiberiano.

[x] *Potentiæ anxiam*] Multo minus est *potentiæ cupidum* esse, quam *anxium. Anxius* enim est, qui retinendæ, quam habet, omni cura incumbit, omnia aliorum facta dictaque solicite circumspicit, et suspecta habet, tanquam sibi suæque potentiæ insidiantia.

At cupidus esse potest, qui nec habet, uti liberti Neronis, 'apiscendæ potentiæ properi' IV. 59.: aut qui habet quidem, et amat; sed nullo metu amittendi, quomodo supra III. 56. Augustus qui 'suæ magnitudini fidebat.' *Freinshem.*

Anxiam] De potentia quam sub

bat. Agrippinæ quoque proximi[y] illiciebantur, pravis sermonibus[z] tumidos spiritus perstimulare.[a]

13. At Tiberius, nihil intermissa rerum cura,[b] negotia pro solatiis accipiens, jus civium, preces sociorum tractabat: factaque, auctore eo, Senatusconsulta, 'ut civitati Cibyraticæ[c] apud Asiam, Ægiensi[1] [d] apud Achaiam, motu

proximi Agrippinæ pelliciebantur, ut improbis colloquiis ferocem animum exasperarent.

At Tiberius, nullatenus interrupta Reipublicæ cura, munia imperii *pro delinimentis assumens, de jure civium* et *desideriis sociorum cognoscebat. Factaque, referente illo, decreta patrum,* ut succurreretur urbi Cibyraticæ in Asia, Ægi-

1 In Ms. Flor. *Ægiensi.* Unde Beroaldus aliique veteres edidere, *Ægi-*

NOTÆ

Augusto habuerat retinenda solicita fuit, quippe timere potuit, ne, si quid accideret Tiberio, rerum potirentur filii Germanici, sicque ipsi præferretur Agrippina animo ferox et commota: jam olim muliebres offensiones exercebant illæ.

[y] *Proximi*] Dictum videtur, quomodo XIII. 15. 'Proximus quisque Britannico.' Superiore versu *intimos* appellaverat: *inter intimos aviæ.*

Proximi sunt propinqui, amici, comites, domestici, clientes, liberti, officiosi salutantes, consultoresque omnes. Hoc sensu dictum, ubi de Sejano 'qui te invito prorumpunt et de omnibus rebus consulunt.'

[z] *Pravis sermonibus*] Vafris machinationibus inducebat proximos Agrippinæ, ut pravis malignisque de Cæsare et Augusta sermonibus præferocem mulieris animum ad contumaciam propellerent, dictaque aut facta temeraria elicerent, quibus dein Sejanus in crimen et perniciem illius uteretur.

[a] *Perstimulare*] Plus est quam stimulare: continet enim constantiam in stimulando, ad extremum usque, donec videlicet obtineatur, quod destinatum est. Nec de Augusta hæc debent accipi, tanquam adversus illam exstimulanda fuerit Agrippina; hoc enim supervacuum erat, cum jam ante anui isti esset invisa.

Id accipiendum de Cæsare, quem nova Agrippinæ contumacia excitari volebat Sejanus, 'ut cunctationes ejus aperirentur,' &c. IV. 71. Nam et *pravi sermones* non intelligi debent ab Agrippina proferendi, sed ab instigatoribus ejus, qui videlicet uterentur iis sermonibus ad exstimulandos mulieris spiritus. Ejusmodi *pravi sermones* referuntur infra IV. 59.

Illiciebantur *proximi*, ut superbiam violentiamque Agrippinæ pravis sermonibus stimularent adversus Augustam et præcipue in Tiberium. Sic infra de Nerone filio Germanici: 'Quid in præsentiarum conduceret, oblitum, dum a libertis et clientibus apiscendæ potentiæ properis exstimulatur.' Sed alio consilio id agebant proximi Agrippinæ; nempe ut eam proderent imperitantibus. Tò *illiciebantur* denotat fuisse ad id solicitatos et corruptos.

[b] *Nihil intermissa rerum cura*] Hoc est, interrupta ob luctum.

[c] *Cibyraticæ*] Cibyra oppidum Phrygiæ majoris versus meridiem, et Ci-

terræ labefactis, subveniretur remissione tributi in triennium.' Et Vibius Serenus, Proconsul ulterioris Hispaniæ,[e] de vi publica damnatus ob atrocitatem morum,[2 f] in insulam

rensi apud Achaiam, terræ motu subversis, condonatione vectigalium in tres annos. *Et Vibius Serenus rector ulterioris Hispaniæ de vi publica damnatus*

---

nensi. At cum nulla sit urbs Ægina in Achaia, Rhenanus aliique plurimi emendavere, *Ægirensi.* Melius recentiores, *Ægiensi.* Brotier.—2 In veteribus editionibus, *ob atrocitatem temporum.* Bene recentiores, *ob atrocitatem morum.* Idem.

NOTÆ

byraticæ jurisdictionis, in Asia minore: hodie forsan *Celestria*, oppidum præfecturæ Natoliæ versus meridiem sub Turcico imperio Asiatico. Ex Plinio v. 28. &c. *Tillemon.*

[d] *Ægiensi*] Ægium, urbs Achaiæ regionis minoris, ad Corinthiacum sinum, in Peloponneso provincia Græciæ: hodie *Vistiza*, urbs Clarenzæ tractus, in Morea provincia imperii Turcici Europæi. *Tillemon.*

[e] *Ulterioris Hispaniæ*] Hispania Ulterior, pars est fere dimidia totius Hispaniæ ad occidentem hybernum: sub Romanis partita est in duas provincias, Bæticam et Lusitaniam, &c. Hodie hic sunt, pars meridionalis regni *Leon*, pars occidentalis Castellæ veteris et novæ, Andalusia fere integra, et major pars Granadæ. Hæ provinciæ, vel regna Hispaniæ parent regi Catholico sive Castellæ; his addenda pars maxima Portugalliæ, et omnis Algarva sub ditione regis Portugalliæ, in Hispania peninsula: ex chartis Sansonis. *Tillemon.*

Ulterioris Hispaniæ] Qui interpretatur *Lusitaniam*, dupliciter fallitur. Semel, quod partem *ulterioris Hispaniæ* Lusitaniam pro tota posuit: nam præter hanc continebatur hac appellatione *Bætica* quoque, sicut Plin. III. 2. diserte tradit: iterum, quod eam posuit partem, quæ hic minime intelligitur.

Sciendum enim est, cum olim, ut dixi, duas in partes Hispania distribueretur, *citeriorem* et *ulteriorem*, Augustum postea, cum provincias cum senatu populoque Romano divideret, *ulteriorem* bifariam secuisse: et *Bæticam* quidem reliquisse populo; *citeriorem* et Lusitaniam sibi vindicavisse: ac exinde per *ulteriorem Hispaniam*, Bœticam tantum intelligi cœpisse, cui parti, post Lusitaniam proprio prætori attributam, totius appellatio uni hæserit. Vide Dion. lib. LIII. Strabon. lib. III.

Postea sex provinciæ factæ sunt ex Hispania, ut Sex. Rufus testatur, in quo ipso etiam Bœtica et Lusitania distinguuntur. *Freinshem.*

[f] *Ob atrocitatem temporum*] Placet olim emendatio, *atrocitatem morum;* quam velim distinctione juvari hoc modo: *de vi publica damnatus ob atrocitatem morum, in insulam.* Facilis exscribentium lapsus repetitione Syllabæ, *tem morum.* Etsi non sum ignarus a Suetonio 'temporum atrocitatem' dictam, Calig. cap. 6. Sed hic, ut censeo, parum opportune. Puto autem pertinuisse ad Serenum caput hoc legis Juliæ: 'Julia de vi publica tenetur, qui cum imperium potestatemve haberet, civem Rom. adversus provocationem necaverit, verberaverit, jusseritve quid fieri, aut quid in collum injecerit, ut torqueatur.' *Lips.*

NOTÆ

Ob atrocitatem] Nam sævitia Tiberii pœnas legitimas egrediebatur hoc lib. cap. 42. ' Cæsar objectam sibi adversus reos inclementiam eo pervicacius amplexus.' L. x. DD. ad L. Jul. de vi publ. ' Damnato de vi publica aqua et igni interdicitur.' Ergo arguitur *atrocitas temporum*, quod cum par esset, ut aqua et igni Sereno interdiceretur, Tiberius indulgens inclementiæ, eum in insulam deportavit; quod utique gravius erat interdictione.

Interdictus enim non prius amittebat civitatem, quam inter cives ejus oppidi cooptaretur, in quo sedem fixisset. Cic. pro domo cap. 30. Tac. Annal. IV. 43. *Deportatus* autem statim a sententia, jus civitatis exuebat. Ulp. l. XI. DD. de Pœn. Poterat interdictus (nisi aliud in sententia fuerat additum) se quocumque conferre: at non licitum deportato superare certos fines l. IV. DD. de Pœn. *Vertran.*

Ob atrocitatem temporum] Hanc lectionem in Tacito comprobare possit locus Suetonii Calig. 6. ubi de Germanico: ' Auxit gloriam desideriumque defuncti etiam atrocitas insequentium temporum: cunctis nec temere opinantibus, reverentia ejus ac metu repressam Tiberii sævitiam, quæ mox eruperit.' Quæ tamen *atrocitas* Tiberii seu *temporum* erupit tantum post mortem Drusi qui filius Tiberii, ut patet ex tota ea narratione Taciti.

Ob atrocitatem] Verisimilius est scripsisse Tacitum, *ob atrocitatem morum*: quis enim putet damnatum esse aliquem *ob atrocitatem temporum?* idem quippe est, ac si diceret *ob sævitiam imperitantium* fuisse deportatum, et quis auctor sic loquatur, nullo alio addito, nulla ratione reddita, talis atrocitatis temporum, seu imperitantium?

Et ubi, aut unde illa *atrocitas temporum?* Certe jam turbare fortuna cœperat, cum Drusus Tiberii filius, dolo uxoris et adulteri periit, sed nondum sævire ipse Tiberius cœperat. Hactenus Sejanus metu Drusi coërcitus, et tantum abest, ut inclementiam exerceret Tiberius hoc ipso tempore; quin potius clementer subvenerit urbibus Asiaticis terræ motu labefactis, ita ut tributa eis remitterentur, et opibus juvarentur. Et eo ipso tempore absolutus Carsidius Sacerdos, periculo liberatus C. Gracchus.

Et quodnam majus argumentum modestiæ Tiberii fuit, cum apud patres ' etiam tum cuncta tractabantur?' adeo ut procurator Asiæ Lucilius accusatus sit, ' magna cum asseveratione principis, non se jus nisi in servitia et pecunias familiares dedisse, quod si vim prætoris usurpasset, manibusque militum usus foret, spreta in eo mandata sua,' &c. Compara ea tempora cum sequentibus, et videbis mirum justæ clementiæ documentum, non *atrocitatem temporum*. Et quid Sereno fuit cum temporibus? aut cum ministris seu imperitantibus, nisi quod forte in verba atrociora adversus principem prorupisset, cum exprobravit Tiberio suum tantum studium in damnando Libone sine fructu fuisse? quæ *atrocitas* non *temporum* fuit, sed ingenii et morum ipsius Vibii Sereni.

Et verisimile est hunc delatorem acerrimum, non modo lacessisse Cæsarem, sed etiam senatum, seu patrum honestissimos et clarissimos, optimis civium obtrectasse et oblatrasse criminationibus crebris delationibusque: unde odium universorum in se concitavit.

Hinc causa est, cur non tantum aqua et igni interdictus sit, ob sævitiam et vim publicam exercitam in

Amorgum[g] deportatur.[h] Carsidius[3] Sacerdos, reus, tanquam frumento hostem Tacfarinatem juvisset,[i] absolvitur; ejus-

amovetur ob sævitiam animi in insulam Amorgum. Carsius Sacerdos crimen habens, quasi annonam suppeditasset prædoni Tacfarinati, culpam diluit; idemque

3 Ms. Flor. et editiones veteres, *Carsius Sacerdos.* Recte emendavit Ernestus, *Carsidius Sacerdos.* Idem enim est, qui infra Annal. VI. 48. *Garsidius Sacerdos* perperam dicitur. Hicque, *Sacerdos*, cognomen est, non vero dignitatis appellatio. Vide et veterem lapidem apud Gruterum, p. 767.

NOTÆ

ulteriore Hispania, sed etiam insula et scopulo clausus sit, ne si loco celebri et frequenti versari licuisset, crimina et delationes continuaret. Sic refrænata nimia licentia et atrocitas ingenii. Et habemus apud Tacitum exempla talium prodigiorum pravæ eloquentiæ, qui in insulas amandati, eadem de causa, ne perpetuo proceribus, senatui, et civitati infesti essent.

Ob atrocitatem morum] Sic *seponebant* in aliquem recessum eos, qui sibi displicerent, vel ob ferociam animi, vel ob nobilitatem aut ambitionem: sic seponebant viros quos metuebant, aut suspectabant, in aliquem locum remotum ab urbe et frequenti hominum cœtu. Sic Dolabella a Vitellio Aquinum sepositus, sic Sylla Massiliam a Nerone, sic et Rubellius Blandus in Asiam, sic et Mucianus in Lyciam: aliquando tamen aliqua specie honoris amovebantur, ut Otho in Lusitaniam. Vespasianus Morboniam amandatus, forte et Helvidius Priscus tantum seponebatur a Vespasiano. Sed dominationis magistri, seu mali ministri necem ipsi consciverunt inscio et invito principe: sic intelliges Suet. Tit. 9. 'Fratrem insidiari sibi non desinentem, &c. nec occidere, neque seponere, &c. sustinuit.' Etiam ultro secedebant magni viri, ne fama illorum suspectaretur. Ut Galba apud Suet. 8. 'Prope ad medium Neronis principatum, in secessu plurimum vixit, &c. donec in oppido Fundis moranti Hispania Tarraconensis oblata est.'

[g] *Amorgum*] Amorgus, insularum Sporadum una, in mari Ægæo, versus meridiem; hodie *Amorgo*, vel *Morgo*, in Archipelago, Turcis paret. *Tillemon.*

[h] *Deportatur*] Vibius Serenus ulterioris Hispaniæ proconsul, ob atrocitatem morum de vi publica damnatus, in insulam Amorgum deportatur. *Freinshem.* Puto, fallitur; et longe satius est, ut fuerit Serenus de vi publica damnatus, seu aqua et igni interdictus; ita ut posset exilii sedem pro libito sibi deligere: dein tamen præter ordinem et legem, considerata atrocitate morum ejus, in insulam Amorgum deportatus sit. Nec verisimile est hominem fuisse de *vi publica damnatum* ob atrocitatem morum præcise; nisi aliquod crimen intervenisset.

[i] *Frumento hostem Tacfarinatem juvisset*] Quod læsæ majestatis crimen est. L. cujusque ad L. Juliam majestat. D. Lib. I. Machab. 'Præliantibus non dabunt, neque subministrabunt triticum, arma, pecuniam, naves.' Sunt verba societatis initæ inter Judæos et Romanos, cap. 8. et imperatores Valentinianus et Gratianus prohibent ad Barbaricam oleum, aut liquamen, aut vinum, ne gustus

demque criminis C. Gracchus.[4] Hunc comitem exilii, admodum infantem, pater Sempronius[j] in insulam Cercinam[k] tulerat. Illic adultus, inter extorres[l] et liberalium artium nescios, mox per Africam ac Siciliam mutando sordidas merces[m] sustentabatur: neque tamen effugit magnæ fortunæ

scelus a se amolitur C. Gracchus. Illum pater Sempronius socium exilii, tenera admodum ætate, secum avexerat in insulam Cercinam. Hic educatus est inter exules, et ingenuarum artium rudes; deinde per Africam ac Siciliam vili rerum permutatione se tolerabat, nec tamen eminentis fastigii discrimina vitavit. Et nisi

n. 10. Gronovius et Ryckius legunt *Carsius*. Brotier.—4 *Graccus* Homerus et Brotier. passim.

NOTÆ

quidem gratia, portari: in Cod. L. ad Barbaricam. De his quæ export. non deb. Paulus J. C. 'Cotem ferro subigendo, et necessaria hostibus venumdari, ut ferrum, et frumentum, et sales, non sine capitis periculo licet.'

j *Pater Sempronius*] Ille est de quo Tac. I. 53. qui filiam Augusti 'Juliam in matrimonio M. Agrippæ temeraverat;' traditamque Tiberio 'contumacia et odiis in maritum accendebat, &c. Igitur amotus Cercinam Africi maris insulam, quatuordecim annis exilium toleravit.' Tumque occisus est jussu Tiberii, cum rerum potitus est.

k *Insulam Cercinam*] Cercina, ad oram Africæ minoris, et prope Syrtim minorem: hodie *Cercare*, prope regnum Tunetanum, in Barbaria. *Tillemonius.*

l *Adultus, inter extorres*] Inter profugos et liberalium artium rudes adultus, postea nullam meliorem vitæ exhibendæ rationem inire potuit, quam ut sordidam, et tantis majoribus indignam negotiationem exercendo, merces Africanas in Siciliam et vicissim Siculas in Africam transportaret, distraheretque. *Freinsh.* Non tantum sordida illa negotiatio ob claritatem majorum illius, sed præcise ex se ipsa; quia negotiatores mentiri, fraudare, jurare, falsasque merces miscere veris et corrumpere solent.

m *Sordidas merces*] Quidam interpretantur minimi pretii. Sed ipsum crimen, cujus hic arcessitur Gracchus, interpretationem hanc repudiat: insimulabatur enim tanquam hostem Tacfarinatem juvisset: ut videatur vel hoc genus mercimonii exercuisse, vel certe aliud quodcumque non minimi lucri.

Quod autem *sordidas merces* appellat auctor, fieri potest vel ipsarum respectu, si verbi gratia salsamenta vendidisset permutassetve; aut etiam respectu personæ, in qua, ob dignitatem familiæ, etiam negotiatio mediocribus honesta, pro sordida reputari poterat.

Ad hæc accommodari potest judicium Ciceronis de Off. I. 42. 'Quibus artibus aut prudentia major inest, aut non mediocris utilitas quæritur, ut medicina, ut architectura, ut doctrina rerum honestarum; hæ sunt iis, quorum ordini conveniunt, honestæ. Mercatura autem si tenuis est, sordida putanda est; sin magna et copiosa, &c. non est admodum vituperanda.'

Magis itaque hic tolero, quod nonnulli *vilissimas* interpretati sunt, quia vilitas ea, non tantum ad pretii mediocritatem pertinet, verum etiam ad

pericula. Ac, ni Ælius Lamia, et L. Apronius, qui Africam obtinuerant, insontem protexissent, claritudine infausti generis, et paternis adversis[n] foret abstractus.

14. Is quoque annus legationes Græcarum civitatum habuit: Samiis 'Junonis,'[o] Cois 'Æsculapii delubro, vetustum asyli jus ut firmaretur,' petentibus. Samii decreto

Ælius Lamia, et L. Apronius, qui Africæ præfuerant, innocentem defendissent, nobilitate infelicis familiæ, et paternis infortuniis abreptus foret.

Eo etiam anno Græcæ civitates misere legatos in urbem, *Samiis postulantibus, ut* Junonis templo stabiliretur antiquum jus perfugii: *idem petebant Coi* Æsculapii fano. *Samii nixi sanctione Amphictionum, penes quos summum fuit om-*

NOTÆ

mercium ipsarum, licet caro comparatarum, sordes.

Sordidæ erant illæ merces respectu avorum Sempronii et clarissimæ illius stirpis, et quoad se *sordidæ* fuerunt, saltem sigillatim sumtæ, quia viles et vulgares: etiam ob turpem quæstum et ob vanitatem artis, quæ sæpe inania mendaciaque et perjuria lucro habet; quod certe a probro, flagitio et ignominia prope abest; adde ob avaritiam: per *sordes* intelligitur avaritia.

Cic. de Offic. l. I. 'Primum improbantur ii quæstus, qui in odia hominum incurrunt, ut portitorum et fœneratorum; illiberales autem et sordidi quæstus mercenariorum omnium, quorum opera, non quorum artes emuntur. Est enim in illis ipsa merces auctoramentum servitutis. Sordidi etiam putandi, qui mercantur a mercatoribus, quod statim vendant carius. Nihil enim proficiunt, nisi admodum mentiantur, nec vero quicquam turpius est vanitate.' Et paulo infra: 'Mercatura autem si tenuis est, sordida putanda est: sin magna et copiosa, multa undique apportans, multisque sine vanitate impertiens, non est admodum vituperanda.'

[n] *Paternis adversis*] Pater ejus in Cercinam insulam relegatus fuerat: ergo, si quidem, ut nonnulli aiunt, eadem pœna in hunc incubuisset, ipse quoque eodem erat relegandus. Neque recte paternorum adversorum particeps fieret: quin illa jam aderant et miserum premebant; haud minus quam ipsa generis infausti claritudo.

Quippe vox *abstractus* absolute posita est, neque subjicitur quo abstractus foret, sed subintelligitur extrema calamitas, atque ultimum supplicium. Ita VI. 26. 'Pernicies Agrippinæ Plancinam traxit;' scilicet, in exitium. *Freinsh.*

[o] *Samiis Junonis*] Virg. Æneid. I. 'Quam Juno terris magis omnibus unam Posthabita coluisse Samo.'

Samiis] Samos, Samus Cic. quæ et Parthenia, olim a Parthenio fluvio, *Samo* adhuc vulgo dicta, insula maris Icarii, Ioniæ adjacens, contra Ephesum: ipsa circuitu 87. mil. pass. teste Plin. sed majore apud recentiores.

Ibi vasa fictilia primum fabricata in urbe ejusdem nom. Episcopalis: ibi Juno colebatur, unde Samos Junonica dicta, pop. Samothraces. Samos altera ins. maris Ægei Thraciæ adjacens, quæ Samothrace et Samothracia, dicitur vulgo *Samandrachi*, teste Soph. circuitus 20. mil. pass. hinc Sibylla cognomine Samia.

Samiis] Samos vel Samus, insularum Sporadum una, in mari Ægæo, et prope Ioniam provinciam Asiæ

Amphictyonum[p] nitebantur, quis præcipuum fuit rerum omnium judicium, qua tempestate Græci, conditis per Asiam urbibus, ora maris potiebantur. Neque dispar apud Coos[q] antiquitas: et accedebat meritum ex loco. Nam cives Romanos templo Æsculapii induxerant,[r] cum, jussu Regis Mithridatis,[s] apud cunctas Asiæ insulas et urbes, trucidarentur. Variis dehinc et sæpius irritis Prætorum questibus, postremo Cæsar 'de immodestia histrionum' retulit: 'multa ab iis in publicum seditiose, fœda per domos tentari: Oscum quondam ludicrum,[t] levissimæ apud vulgum oblectationis,[u] eo flagitiorum[v] et virium venisse, ut auctoritate Patrum coërcendum sit.' Pulsi tum histriones Italia.

15. Idem annus alio quoque luctu Cæsarem afficit, alte-

nium rerum arbitrium, quo tempore Græci, structis per Asiam civitatibus, littus maris obtinebant. Neque minor apud Coos vetustas, et accrescebat gratia ex templo ipso. *Quippe intromiserant cives Romanos in Æsculapii delubrum, cum edicto Regis Mithridatis per omnes Asiæ insulas civitatesque interficerentur. Exin post multas, et sæpius vanas, elusasque Prætorum expostulationes, tandem Tiberius retulit* apud Patres, de licentia mimorum; eos multa in vulgus seditiose, multa inhonesta in familiis audere. Oscum olim ludum, tenuissimæ apud plebem voluptatis, eo scelerum et virium provectum esse, ut decreto senatus comprimendus sit. *Tum mimi Italia ejecti.*

Eodem anno novo etiam mœrore perculsus Tiberius, extincto altero ex gemellis

NOTÆ

minoris: hodie *Samo* vel *Samoa* in Archipelago prope Natoliam; paret Turcis. *Tillemonius.*

[p] *Decreto Amphictyonum*] Publicum Græciæ concilium. Quintil. et Plinius. Bis quotannis, vere et autumno, mittebantur Pylagoræ e duodecim populis Græciæ. Harpocration.

[q] *Coos*] Cos insula: vide notas l. II. c. 75.

[r] *Induxerant*] Romanos, qui apud se morabantur, in templum Æsculapii inductos, loci religione servaverunt, spreto Mithridatis edicto.

[s] *Jussu Regis Mithridatis*] Uno die 150. millia civium Romanorum Mithridatis jussu trucidata sunt. Cic. pro lege Manilia. Livius l. LXXVIII. Plutarchus in Sylla, Appianus in Mithridatico.

[t] *Oscum quondam ludicrum*] Quod celebratum Romæ, non Romana lingua. Strabo l. v. 'Eximium quid Oscis et Ausoniorum genti contigit; cum enim Osci defecerint, lingua manet apud Romanos, ita ut poëmata illorum in scena exhibeantur quodam ludicro et a mimis recitentur.' Censent idem esse cum Atellanis ludis: nec errant. Nam Atella, *Oscorum* urbs. Sermo autem *Oscus*, diversus a Latino. Titinnius: 'Qui Osce et Volsce fabulantur, nam Latine nesciunt.' Quo et Campani usi videntur, et, ut Livius alibi me docet, Samnites.

Oscum] Osci, populi Latii et Campaniæ provinciarum Italiæ. Vide Cluverii Ital. ant. l. III. c. 9. p. 1059. *Tillemon.*

[u] *Levissimæ apud vulgum oblectationis*] *Levissima oblectatio*, non est, par-

rum ex geminis Drusi liberis extinguendo: neque minus morte amici. Is fuit Lucilius Longus,[1] omnium illi tristium lætorumque socius, unusque e Senatoribus Rhodii secessus comes. Ita, quanquam novo homini,[w] censorium funus,[x]

Drusi filiis, nec minus interitu amici afflictus est. *Is fuit Lucilius Longus cunctarum illi secundarum adversarumque rerum particeps, solusque e senatoriis socius Rhodiæ solitudinis: sic, licet homini novæ claritatis, censorias exequias, imaginem*

1 Ita Ms. Flor. et mox, *Lucilius Capito*, ut docet Jac. Gronovius. Perperam Beroaldus et veteres, *Lucillius Longus....Lucillius Capito*. Brotier.

NOTÆ

va aut minima, constat enim Romanos, si qua alia re, his ludis esse delectatos: verum ita vocatur, quia gravitati principis populi non conveniret, ex re tam levi et ludicra quantamcunque delectationem capere: pari modo, quo præcedenti capite *sordidæ merces* sunt appellatæ; nempe si respicias personam.

Sed Populus ille Romanus quamvis victor gentium et rerum dominus, non minus tamen levis fuit, si plebeculam saltem respicias. Immo in luxum et talia oblectamenta pronior et magis oblectari voluit, quia ditior et pinguior. Sed *levissima* dicta, quia modici vel etiam nullius ingenii, et quia initio vana, ridicula, et tenuis res; postea aucta: *levis* etiam respectu sapientum et procerum, qui graviores voluptates sectabantur.

[v] *Eo flagitiorum*] Vanum ludicrum eo recidisse, ut flagitia histrionum inulta manere non debeant, neque ob illorum potentiam a magistratibus coërceri possint, sed patrum auctoritatem requirant. Tanta fuit potentia histrionum, ut illorum domos frequentarent senatores ipsi, ut equites Romani stiparent tegerentque eorum latera, cum in publicum egrederentur: quod eo usque invaluerat, ut edictis et senatusconsultis ea flagitia comprimi necesse fuerit.

Flagitiorum] Intelligunt flagitia, probra, obscœna verba, et talia vel facta, aut exhibita in iis ludis, quæ pudorem publicum veluti prostituerent. Puto et intelligenda etiam *flagitia*, quæ per domos faciebant non mimice mimi illi, stupra, adulteria, ceterasque ejusmodi libidines in utroque sexu. Quid non potuit Paris histrio et similes? quid non ausus in Messalinam Mnester? quid non ausus in Domitiam discipulus Paridis?

[w] *Novo homini*] Licet novus homo nullisque majorum imaginibus decoratus esset, tamen Censorium funus, &c. habuit. *Novitas* illa, claritas potius fuit quam nobilitas, nullos patricios, nullas imagines numerabat: *nobilitas* tamen fuit, sed una illa sua imagine decorata: ex se velut orti videbantur novi illi homines, quæ prima et summa claritudo, quæ caput et scaturigo nobilitatis.

[x] *Censorium funus*] Quidam putant idem esse funus *publicum*, funus *censorium*, funus *indictivum*. Arbitror ego funus *publicum* et *indictivum*, eadem: nec aliud esse, quam cum denuntiatur et indicitur publicitus per præconem. *Censorium*, partem ejus esse: id est, ut omne *censorium* funus *publicum* sit; (qui enim aliter honoratum esse potest?) at non omne *publicum*, *Censorium*.

Ut inter magistratus, honoratissimi *Censores*, isque cumulus quasi reliqua-

effigiem apud forum Augusti,[y] publica pecunia[z] Patres de

in foro Augusti, sumtu reip. statuit senatus, apud quem tum temporis omnia age-

NOTÆ

rum dignitatum: sic inter funera *Censorium*, primo loco. Itaque Capitolinus de Pertinace: 'Funus imaginarium ei et Censorium ductum est, et ab ipso Severo funebri laudatione honoratus est.'

Tacitus de Sabino fratre imperatoris Vespasiani: 'funusque Censorium Flavio Sabino ductum.' Et l. XII. 'Decretum Claudio Censorium funus et mox consecratio.' Qua ergo nota eximium hoc funus? credo ista, ut omnia in eo *purpurea* essent, *vestes stragulaque*; in aliis, tantum *purpura prætexta.*

Non obscure annuere mihi videtur Polybius, l. VI. 'Ubi autem præclarus aliquis ex domesticis obiit, instituunt funeris apparatum, et circumfusi qui similes magnitudine ac statura videntur, vestes capiunt; si consul vel prætor fuit purpura prætextas; si censor, purpureas, si triumphalis, auro intextas.'

Postrema Græce sic habent: 'Ἐὰν μὲν ὕπατος καὶ στρατηγὸς ᾖ γεγονὼς, περιπορφύρους (intellige ἐσθῆτας λαμβάνουσιν) ἐὰν δὲ τιμητὴς, πορφυρᾶς, ἐὰν δὲ καὶ τεθριαμβευκὼς, διαχρύσους.

Publico autem funeri opponitur, *tacitum*, id est, sine pompa, sine designatore, sine ludis, præcone, indictione, silens et quietum. Seneca, de Tranquillitate I. l. 'Quid opus est sæculis duratura componere? vis tu nunc id agere ne te posteri taceant? Morti natus es: minus molestiarum habet funus tacitum.'

E Polybii verbis suspicari possis distinctum *Censorium* funus a *triumphali* fuisse, et hoc dignius. Mihi ita non videtur.

Primum, quia nemo Latinorum *Triumphale* nominat. Deinde, quia *Censorium* reperio Principibus ipsis ductum (ut Claudio, ut Pertinaci) quos constat honestissimo affectos.

Tertio, quia illa ornamenta quæ *triumphali* tribuit Polybius, reperire est in Censorio. Vide Xiphilinum in Severo. Currum huic intervenisse, ritu triumphantium, non opinor: nam quod in Propertio legis, 'cujus honoratis ossa vehantur equis;' verius est, *aquis:* et ille ipse Poëta superiori ejus libri Elegia, in amne Infero distinxit duplices sedes, et navigationes.

Quod in Dione etiam scriptum; funere Augusti, imaginem ejus unam (tres enim fuerunt) vectam ἐφ' ἅρματος πομπικοῦ, id est, *curru triumphali*, ut interpretes volunt! ego mallem *curru pompali;* et *Carpentum* intelligam, quo per pompam Circensium Dii transvecti: hoc enim novi honoris genus apposite tributum novo Divo. *Lipsius.*

Censorium funus] Arbitratur Lipsius funus *publicum*, et *indictivum* idem esse, quod idem est, ac si diceret *publicum* a *privato* nihil differre: *indictiva* enim plurima mere *privata* sunt, licet per præconem populus evocaretur, καταγγέλλεται· *publica* quidem funera *indictiva* fuerunt omnia, sed non omnia *indictiva*, *publica:* ut nec *publica* omnia *Censoria.* Funus unicuique privato indicere licuit, et indictivo funere ex ædibus efferri præco eos dicit qui e tabernis efferuntur. At tabernæ humiles et privatæ domus sunt. *Gutherius.*

[y] *Apud forum Augusti*] Ubi in utraque porticu ab ipso Augusto locatæ statuæ omnium veterum ducum. *Suet.*

[z] *Publica pecunia*] Nempe ex ærario

crevere: apud quos etiam tum cuncta tractabantur, adeo ut Procurator Asiæ, Lucilius Capito, accusante provincia, causam dixerit, magna cum asseveratione[a] Principis, 'non se jus, nisi in servitia et pecunias familiares, dedisse: quod si vim Prætoris usurpasset, manibusque militum usus foret,[b] spreta in eo mandata sua: audirent socios.' Ita reus, cognito negotio, damnatur.[c] Ob quam ultionem,[d] et quia pri-

bantur: ita ut procurator Cæsaris *in Asia Lucillius Capito interrogante provincia, causam oraverit, constanter asseverante testanteque principe*, auctoritatem se ei non nisi in servos, et rem familiarem mandasse: sin jus prætoris sibi vindicasset, et vim militum adhibuisset, contemta in eo jussa sua: sociis senatus et accusandi procuratoris copiam præberent. *Sic reus, disceptata re, mulctatur. Ob quam vindictam, et quia superiore anno in C. Silanum animadversum fuerat*,

NOTÆ

cujus adhuc arbitri Patres, ut olim vetere Repub. Ex ærario igitur decreti sumtus funeris, et a patribus, non ex fisco principis: quare et addit Tac. 'etiam tum' apud patres 'cuncta tractabantur.' Ut nobis revocet in memoriam discrimen reipub. et eorum temporum quæ mox secuta sunt, quibus res non amplius in senatu, et a Patribus, sed intra unam domum principis et a paucis agitabantur; quibus jam inter ærarium et fiscum nulla differentia, quia cuncta in se traxerat princeps, et 'omnia Cæsar erat,' ut inquit Lucanus.

Sub Caligula et Claudio et sequentibus Cæsaribus longe aliter res se habuere. Servitium paulatim gravius graviusque incubuit. Audi Tacit. l. XI. 2. ubi de Asiatico bis consule, 'Neque data senatus copia, intra cubiculum auditur, Messalina coram.' Ibique cogitur ad mortem 'fraude' Messalinæ et 'impudico Vitellii ore,' quasi parcerent, quasi veniam darent, quasi per clementiam, tantum artes in scelera pollent: Vitellius 'liberum ei mortis arbitrium permisit: et secuta sunt Claudii verba in eandem clementiam.' Quod et arguit in senatu Nero fretus eloquentia Senecæ, cum nondum corruptus esset, l. XIII. 3. 'Non enim se negotiorum omnium judicem fore, ut clausis unam intra domum accusatoribus et reis, paucorum potentia grassaretur.'

[a] *Magna cum asseveratione*] Tiberio reum adeo non defendente, ut potius constantissime asseveraret, se Capitoni nullam potestatem concessisse, nisi in rebus servos suos et rem pecuniariam privatam concernentibus.

[b] *Manibusque militum usus foret*] Huc pertinet quod habet Tac. in Agricolæ vita. Ubi sic queruntur Britanni: 'Singulos sibi olim reges fuisse, nunc binos imponi; e quibus legatus in sanguinem, procurator in bona sæviret; æque discordiam præpositorum, æque concordiam subjectis exitiosam: alterius manus centuriones, alterius vim et contumelias miscere,' &c.

[c] *Damnatur*] Ne de ultimo supplicio intelligas; ut ex Dionis testimonio; subaudio *in exilium.* Vertran.

[d] *Ob quam ultionem*] Et propter illam injuriarum provincialium vindictam, simul quia præcedente anno C. Silanus similem ob causam punitus fuerat, urbes Asiaticæ decreverunt, ut templum statueretur, &c.

ore anno in C. Silanum[e] vindicatum erat, decrevere Asiæ urbes 'templum Tiberio matrique ejus ac Senatui.' Et permissum statuere: egitque Nero grates[f] ea causa[g] Patribus atque avo, lætas inter audientium affectiones, qui, recenti memoria Germanici, illum aspici, illum audiri rebantur: aderantque juveni modestia ac forma, principe viro digna,[h] notis in eum Sejani odiis,[i] ob periculum gratiora.

16. Sub idem tempus, 'de Flamine Diali, in locum Servii Maluginensis defuncti legendo, simul roganda nova

censuere civitates Asiæ ædem dicandam Tiberio, et Augustæ, ac senatui. *Et concessum est ut exstruerent. Retulitque Nero gratias ea de re senatui et principi, non sine magna audientium lætitia, qui insidente adhuc animis memoria Germanici, illum videri, illum audiri putabant: ineratque adolescenti verecundia ac dignitas oris, quæ principem virum decent,* quæ *et compertis in illum Sejani simultatibus, ob discrimen lætiora erant.*

Eadem tempestate retulit princeps de Flamine Diali sufficiendo in locum Servii Maluginensis extincti, atque etiam de sancienda nova lege. Quippe

NOTÆ

[e] *In C. Silanum*] Qui relegatus erat in insulam Cytheram.

[f] *Egitque Nero grates*] Nempe Nero Germanici filius. Hinc observabis, solitum fuisse principibus adolescentibus, publicam aliquando causam suscipere, ut provincialium gratiam acquirerent, studiumque eloquentiæ ostenderent.

Sic de Nerone sextum decimum annum agente, Tacitus lib. XII. 'Utque studiis honestis, et eloquentiæ gloria nitesceret, causa Iliensium suscepta:' et de eodem Sueton. c. 7. 'Pro Bononiensibus Latine, et pro Rhodiis atque Iliensibus Græce verba fecit.'

Tiberius quoque, ut idem testatur Sueton. c. 8. 'Civilium officiorum rudimentis regem Archelaum, Trallianos et Thessalos, varia quosque de causa, Augusto cognoscente, defendit. Pro Laodicenis, Thyatirenis, Chiis terræ motu afflictis, opemque implorantibus, senatum deprecatus est.'

[g] *Ea causa*] Egitque Nero Germanici filius, qui causam Asiaticorum susceperat, grates eam ob rem patribus, &c.

Ea causa] Intelligunt quasi Nero suscepisset causam, seu patrocinium istarum urbium; sed puto restringendum sensum ad verba Taciti, qui dicit tantum 'egisse Neronem grates;' nempe egit Nero grates principi et senatui, quod vindicassent Asiæ civitates, et quod permisissent statuere templum Cæsari, Augustæ, et Senatui. Facile fuit et decuit juvenem agere grates principi in senatu, nomine civitatum Asiæ, at non ita facile fuit ulcisci tales reos, eosque damnare: ea causa clariores validioresque patronos requirebat. Forte egit tantum grates Nero, quod permissum iis esset exstruere templum.

[h] *Forma, principe viro digna*] Euripides, εἶδος ἄξιον τυραννίδος.

[i] *Notis in eum Sejani odiis*] Eaque tanto gratiora in vulgus erant, quanto magis metuebatur, ne machinatione Sejani, cujus odium in Germanici stirpem haud ignorabatur, cito perderetur.

lege'[j] disseruit Cæsar. 'Nam patricios, confarreatis parentibus[k] genitos, tres simul nominari, ex quis unus legeretur, vetusto more; neque adesse, ut olim, eam copiam, omissa confarreandi assuetudine, aut inter paucos retenta: plures-

dicebat, tres simul designari solere patricios ex patre matreque confarreatis ortos, ex quibus unus crearetur prisco ritu; neque suppetere, ut antiquitus, eam multitudinem confarreatorum parentum, neglecta confarreandi consuetudine, vel apud paucos observata. Multasque ejus rei rationes astruebat

NOTÆ

[j] *Simul roganda nova lege*] Disseruitque etiam de nova lege sancienda, quia vetus observari non posset. Antiquitus enim (aiebat) moris erat, ut simul tres patricii, omnes e parentibus, qui confarreatione conjuncti fuissent, geniti, nominarentur; ex iis deinceps unus eligebatur.

[k] *Nam patricios, confarreatis parentibus*] Non alibi tam expressi ritus in legendo Diali. Ait *Patricios*, quia cum quindecim Flamines essent, ex iis tres primi instituti a Numa, non nisi ex patribus legebantur: iique *majores* dicti; alii etiam e plebe, appellatique *Flamines minores.*

Addit *confarreatis parentibus;* quia, ut Plinius ait, 'in sacris nihil religiosius confarreationis vinculo erat.' Triplex enim matrimonii contrahendi mos, *Usu, Farre, Coëmtione.*

Antiquissimum genus *Farre* videtur, quod Dionysius appellat γάμον κατὰ τοὺς ἱεροὺς νόμους, eratque necessum non solum *Flaminem* nasci *confarreatis parentibus*, sed et ipsum cum Flaminica *Farre* jungi.

Servius Danielis in excerptis a Pithœo: 'Tribus modis apud veteres nuptiæ fiebant, *Usu*, si, verbi gratia, mulier anno uno cum viro, licet sine legibus, fuisset. *Farre*, cum per Pontificem Max. et Dialem Flaminem per fruges et molam salsam conjungebantur: unde confarreatio appellatur, ex quibus patrimi et matrimi nascebantur. *Coëmtione*, vero atque in manu conventione, cum illa in filiæ locum, maritus in patris veniebat, ut si quis prior fuisset defunctus, locum hæreditatis justum alteri faceret.'

Iterum alibi: 'Quid enim est aliud dextræ, quam in manum convenire? quæ conventio eo ritu perficitur, ut aqua et igni adhibitis, duobus maximis elementis, natura conjuncta habeatur: quæ res ad farreatas nuptias pertinet, quibus Flaminem et Flaminicam jure Pontificio in matrimonium necesse est convenire.'

Et paulo post: 'Mos fuit Flamini ac Flaminicæ, ut per Farreationem in nuptias convenirent, sellas duas jugatas, ovili pelle superinjecta poni, ejus ovis quæ hostia fuisset: et ibi nubentes velatis capitibus in confarreatione Flamen ac Flaminica residerent. Confarreationes autem tonitru dirimit.' Adde Festum in *Diffarreatio*, et Arnobium lib. IV. 'Uxores enim Dii habent, atque in conjugalia fœdera conditionibus veniunt ante quæsitis. Usu, Farre, Coëmtione, genialis lectuli sacramenta conducunt.' *Lipsius.*

Cum ex lege Regia mulier in viri manum conveniret, certis verbis (quæ utinam ex Ulpiani scriptis superessent, uti hoc superest) testibusque præsentibus, solenni sacrificio facto, panis farreus, ante novam nuptam delatus aderat, quem conjuges participarent: inde ductum sacri nomen *farreatio*, aut *confarreatio*, cujus vin-

que ejus rei causas afferebat: potissimam[l] penes incuriam[m] virorum fœminarumque: accedere ipsius cærimoniæ difficultates, quæ consulto vitarentur: et quando exiret[n] e jure patrio,[x] qui id Flaminium apisceretur, quæque in manum

Cæsar, quarum præcipuam refundebat in negligentiam maritorum et uxorum. His addi et ipsius ritus ambages, quæ de industria omitterentur; et quandoquidem potestate patria exsolveretur, qui illud sacerdotium obtineret, quæque mu-

NOTÆ

culo nihil religiosius, Plinius ait l. XVIII. 3. et Dionysius antiquitatum l. II. *Vertranius.*

Tribus modis nuptiæ fiebant, usu, farre, coëmtione. Boëthius in Topica. Ulpianus tit. 9. 'Farre convenitur in manum, certis verbis, et testibus decem præsentibus, et solenni sacrificio facto, in quo panis quoque farreus adhibetur.'

Confarreatis] Dionys. lib. II. 'Romulus unica constitutione redegit uxores ad decentem modestiam; ea fuit talis: mulierem nuptam, quæ juxta sacras leges convenisset cum viro, participem esse omnium bonorum et sacrorum. Nominabant autem prisci Romani sacras nuptias vocabulo suo farracia, a communione Farris, quod nos Græci Zean dicimus, et quemadmodum nostri homines antiquissimam hordeaceam frugem rati, hordeo victimas initiant, οὐλὰς illud (id est molam salsam) nominantes: ita Romani quamvis hostiam igne adolendam respergunt farre, quippe qui hoc frugum genus antiquissimum existimant, et honoratissimum; manet enim is mos hodieque: nec quicquam est additum ad priscam frugalitatem. Quia sociæ essent fœminæ sanctissimæ et primæ nutritionis, et ut felicissimo omine convenirent cum viro, appellationem ex farre habuit matrimonii societas, nempe ad vinculum conjunctionis indissolubilis hoc tendebat, nihilque erat quod hasce nuptias dissolvere posset. Ea lex obstringebat nuptas fœminas ad unum mariti nutum se conformare et vivere, cum nulla ipsis abscedendi facultas relinqueretur. Eodemque instituto viri astringebantur habere et continere fœminas, veluti rem necessario nexu sibi devinctam atque individuam. Uxor enim pudica, et marito in omnibus obsequens, æque ac ille domus erat domina, et in ejus defuncti bona succedebat hæres, sicut filia in parentis; ex asse quidem, si is sine liberis, ac intestatus decederet; quod si prolem haberet, ex æquo cum liberis.' Hæc ille.

[l] *Potissimam*] Plures causas afferebat, sed præcipua ex virorum pariter fœminarumque incuria profecta est, qui dum nuptiis coëunt, non student, ut quam optimo modo, et liberis ipsorum præ ceteris profuturo, conjungantur.

[m] *Penes incuriam*] Ego potiorem causam existimavi, *coëmtionem*, per quam matrimonio contracto, mulier minori negotio et pari jure, ac si per *farreationem*, in viri manum et potestatem transiret. Qua de re satis multa in quæstione juris trium liberorum emisi. *Vertranius.*

[n] *Et quando exiret*] Sed *quando*, pro *quoniam*, a Cornelio familiarissime usurpatum, expono, auctore Pompeio lib. XV. Scripti autem sententia est; licet moris esset capi Flaminem ex confarreatis patribus natum, desiit tamen matrimonium per confarreationem contrahi, quoniam filius ex eo natus, si deinde Flamen fieret, vel filia, si per sacras nuptias in viri jam

NOTÆ

Flaminis, futurive, potestatem veniret, e vinculis patriæ potestatis evolarent: quod patres tam graviter molesteque tulerunt, quam patria potestas inæstimabilis res et est, et dicitur.

Duplicem vero philologus ex hoc loco fructum historiæ metet: unus est, in ea forma dicendi, 'in manum convenire,' quod alii *in matrimonium*, ut Agellius XVIII. 6. et ita a Papiniano Pauloque scriptum referunt libri Digestorum Etrusci.

Alter fructus percipitur ex eo, quod filia, quæ Flamini farreatione nupsisset, in mariti, non etiam patris manu fuit: tametsi nupta per coëmtionem, nec emancipata, in patris et mariti potestate fuerit. *Vertran.*

Qui patria potestate liberantur, aliquando capite minuuntur, ut qui emancipantur: venduntur enim: aliquando non; ut olim qui fiebant Flamines Diales, hodie qui Episcopi. Ne ii quidem capite minuebantur, qui morte patris fiebant juris sui.

Liberabantur et *Flaminicæ*, fiebantque in viri potestate, dum *convenirent in manum.* Quanquam alioqui nuptiæ non liberent a potestate patria: nam et filius qui uxorem duxit, manet in potestate patris, et filia familias quæ nupsit. Ulpianus tit. 10. 'In potestate parentum esse desinunt, et hi qui Flamines Diales inaugurantur, et quæ virgines Vestæ capiuntur.' Vide et Gellium x. 15. *Muretus.*

Inter causas omissæ confarreationis, has affert; unam, *cærimoniæ difficultates*, quas vel incuria negligerent, vel consulto vitarent: alteram *ob privilegium liberorum*, qui Flamines aut Flaminicæ; quia ii, adepto sacerdotio, statim exibant e patris potestate, quod nolebant patres, et ne inviti id paterentur, omittebant usum confarreationis, ne liberi eorum in id sacerdotium legerentur. Nam alioqui filii, etiam honoribus aucti, filiæ etiam nuptæ, manebant tamen in patris potestate, ut notum est e nostris legibus.

Re deliberata, senatus in ipsis cærimoniis, et in jure Flaminis nihil mutat: in jure Flaminicæ hoc tantum, quod sacrorum causa in manu viri est, cetera in manu et potestate patris, sicut aliæ fœminæ.

De confarreatione multa docte notata, et ex omnibus clarum, sanctas habitas eas nuptias, ideo prisci moris servantissimus Apuleius Cupidinis nuptiis eam adhibet, loco vulgo corrupto, quem emendo sic, l. v. 'Miles, Ego vero sororem tuam, et nomen quo tu censeris, aiebat, jam mihi confarreatis nuptiis conjugabo.' *Mercer.*

[x] *E jure patrio*] Quin ideo etiam confarreari novi mariti nolunt; quia sciunt potestatem patriam tolli isto sacerdotio, sibique nihil amplius juris futurum in filio bonisque ejus, qui Flamen creatus esset, parique modo in filia, quæ Flamini nupsisset. Potestas patrum in filios maxima, quæ etiam auctoritate magistratuum ipsorumque Consulum major fuit. Dionys. l. II. 'Romulus legislator omnem, ut ita dicam, potestatem patri dedit in filium, idque toto vitæ tempore, sive eum in carcerem detrudere, sive flagris cædere, sive vinctum ablegare ad rustica opera, sive necare libeat; etiam si filius tractet rempub. etiam si maximos magistratus gesserit; etiam si studii erga rempub. laudem promeritus sit. Juxta hanc certe legem illustres viri pro Rostris, favente plebe, concionantes in senatus invidiam fruentesque aura populari, detracti e suggesto abductique sunt a patribus, pœnas daturi ex ipsorum sententia, quos dum per forum ducerentur, nemo astantium eripere poterat, non consul, non tribunus, non ipsa turba cui tum adulabantur; licet

Flaminis conveniret. Ita medendum Senatus decreto, aut lege: sicut Augustus[o] quædam ex horrida illa antiquitate ad præsentem usum flexisset.' Igitur tractatis religionibus, placitum, 'instituto Flaminum nihil demutari.'[p] Sed lata lex, qua 'Flaminica Dialis,[q] sacrorum causa,[r] in potestate viri, cetera promiscuo fœminarum jure ageret:'[s] et filius

lier nuptias cum Flamine contraheret. Itaque subveniendum esse auctoritate patrum, aut lege, quemadmodum Augustus nonnulla ex tristi illa et incomta vetustate in præsentem morem temperasset. *Itaque perspectis perpensisque cærimoniis, visum est,* ritui Flaminum legendorum nihil detrahi; *sed facta sanctaque lex, qua* Flaminica Dialis religionum gratia, penes maritum esset; reliqua

NOTÆ

omnem potestatem sua minorem existimans,' &c.

[o] *Sicut Augustus*] Sicut Augustus etiam nonnulla ex rigida illa antiquitate mitigavit, et præsentium temporum usui accommodavit.

[p] *Nihil demutari*] Circa Flaminum legendorum consuetudinem nihil mutari placuit: sed de Flaminica Diali lata lex est, ut tantum in iis, quæ ad sacra pertinerent, in potestate mariti esset; at in aliis, &c.

[q] *Flaminica Dialis*] Flaminia appellari mulier ipsa videtur, ex lapide prisco, MARCELLA. FLAMINIA. AVGVSTÆ. *Lipsius.*

Lata lex, qua Flaminica, &c.] Lata lex est, qua Flaminis uxor in solius mariti, non etiam in patris potestate esset, quantum ad sacra, et eorum rationem attinet, quæ 'cincta vesteque velata, Flaminica' faciebat, et sibi ministram *Flaminiam* habebat; auctoribus Pompeio, et Agellio l. VI. et X. 15. ex quibus emendandus videtur locus Tertulliani, exhortatione ad castitatem, ibi 'Flaminia non nisi univira est, quæ Flaminii lex est.' Erunt tamen quibus legere placebit, eo quod ex Auximo Italiæ fertur inscriptio: VRBIA. L. F. MARCELLA. FLAMINIA. AVGVSTÆ. MARITO. &c. Ego non moveor. *Vertran.*

Recte, *Flaminica.* Ita semper Gellius, Festus, Servius, alii: et aliam esse *Flaminiam* ostendit Festus, sacerdotulam videlicet, quæ Flaminicæ præministrat, ut Flaminius Camillus, qui ministrat Flamini. De hac sacerdotula capio antiquum lapidem. MARCELLA. FLAMINIA. AVGVSTÆ. et Ovid. II. Fast. 'Ipse ego Flaminiam poscentem februa vidi;' quamvis secus alii. *Mercerus.*

[r] *Sacrorum causa*] Quod quædam sacra obiri oporteret a Flaminica, quæ obiri nefas putaretur ab ea, quæ alia potestate quam viri contineretur.

[s] *Cetera promiscuo fœminarum jure ageret*] Hæc accipienda sunt, ut Flaminis uxor, sicut aliæ fœminæ, quæ per coëmtionem confarreationemve alii quam Flamini nupsissent, extra causam sacrorum, in patris simul et mariti manu esset: alioquin Flaminii lex non substiterit. Cum autem ex causa divertere aliis mulieribus prohibitum non esset, 'Flaminicæ divortium nullo modo facere licebat,' inquit Festus l. VI. Plane quod Dei sacris et sacerdotio una cum matrimonio satisfacere minus posset, propter sacerdotium alius sacerdos, divertisse ab uxore, bona gratia potuit, teste Hermogeniano. D. de donationibus inter virum et uxorem 60. et 62. at Flamen Dialis non potuit. Sic

Maluginensis patri suffectus. Utque glisceret dignatio Sacerdotum, atque ipsis promtior animus foret ad capessendas cærimonias, decretum 'Corneliæ virgini,' quæ in locum Scantiæ[t] capiebatur,[u] 'HS. xx.[v] et quotiens Augusta theatrum introisset, ut sedes inter Vestalium[w] consideret.'

communi mulierum more et lege agitaret. *Et filius Maluginensis parenti substitutus est. Et ut augeretur dignitas sacerdotum, atque ipsis major affectus foret ad suscipiendos ritus, SCto concessum* Corneliæ Vestali, *quæ in locum Scantiæ eligebatur,* vicies sestertium; et quoties Augusta in theatrum venisset, inter sellas Vestalium sedem haberet.

NOTÆ

enim ex libro Fabii Pictoris Agellius refert x. 15. 'Flamen uxorem si amisit, Flaminio decedit: matrimonium Flaminis, nisi morte, dirimi non est jus.' *Vertran.*

[t] *Quæ in locum Scantiæ*] Certe 'in locum Scantiæ,' seu Maximæ natu virginis 'capiebatur' illa puella, non tamen in munus illius asciscebatur. Quis enim putet ea ætate puellam, nempe quæ 'capiebatur' sexto ætatis suæ anno, assumtam in officium et munus Maximæ virginis? certe loco mortuæ sufficiebatur, non ejus muneri aut dignitati statim succedebat, sed per gradus ætatis et officiorum promovebatur post alias virgines maturas annis et prudentia.

Debuit virgo capta primis decem annis discere, decem aliis facere, decem aliis docere. An statim sexennis puella provecta est loco, et eadem dignitate fuit, qua Maxima Vestalium, quæ ceteras virgines ætate, sanctimonia, sacrorum, religionum, et etiam arcanorum reipub. peritia antecellebat? non id mihi verisimile. Attamen sic vertunt nonnulli: melius illi qui *in locum* Maximæ captam tantum eam intelligunt.

[u] *Capiebatur*] De hoc ritu Gell. I. 10. 'Qui de Vestali virgine capienda scripserunt, (quorum diligentissime scripsit Labeo Antistius) minorem quam annos sex, majorem quam annos decem natam, negaverunt captas esse. Item, quæ non sit patrima et matrima. Item, quæ lingua debili, sensuve aurium diminuta, aliave quavis corporis labe insignita sit. Item, quæ ipsa, aut cujus pater emancipatus sit, etiam si vivo patre in avi potestate sit. Item, cujus parentes alter ambove servitutem servierunt, aut in negotiis sordidis diversantur. Item, et eam, cujus soror ad id sacerdotium lecta sit, excusationem mereri aiunt. Item, cujus pater Flamen, aut Augur, aut Quindecimvir sacris faciundis, aut qui Septemvir epulonum, aut Salius est. Sponsæ quoque Pontificis et tibicinis sacrorum filiæ vacatio a sacerdotio isto tribui solet. Præterea Capito Atteius scriptum reliquit, neque ejus legendam filiam, qui domicilium in Italia non haberet, et excusandam ejus, qui liberos tres non haberet. Virgo autem Vestalis, simul atque capta, atque in atrium Vestæ deducta et pontificibus tradita est, eo statim tempore sine emancipatione, ac sine capitis minutione e patris potestate exit, et jus testamenti faciendi adipiscitur.

[v] *HS.* xx.] Ego autem opinor legendum *sestertium vicies,* quæ summa centuplo est amplior: nam illa altera liberalitas a contumelia quam honore tam dantis quam accipientis propius abfuerit: et sane II. 86. Agrippæ filiam idem ille 'Cæsar quam-

17. Cornelio Cethego, Visellio Varrone Coss. Pontifices, eorumque exemplo ceteri Sacerdotes, cum 'pro incolumitate[x] Principis' vota susciperent,[y] 'Neronem' quoque et

Cornelio Cethego Visellio Varrone Coss. Pontifices, eorumque imitatu reliqui sacerdotes, cum pro salute Cæsaris *vota nuncuparent,* pro Nerone *etiam et* Druso *eadem*

NOTÆ

vis posthabitam, decies sestertii dote solatus est.' Ut ita non mirum fuerit duplum ejus pecuniæ, huic, quæ capiebatur, datam: efficiunt autem HS. XX. circiter quinquaginta nummorum Imp. millia; quantum agitatori suo contulisse successorem Tiberii Caium scribit Sueton. c. 55. *Freinsh.*

Vicies sestertium (quod 50000. Philippæos æquat) decretum est Corneliæ virgini. Sunt quinquaginta millia coronatorum (pono coronatum valere 60. asses nostro more) seu centum et quinquaginta millia librarum.

[w] *Sedes inter Vestalium*] Quibus locus e regione Prætoris. Suetonius Aug. c. 44. 'Solis Virginibus Vestalibus locum in theatro separatum et contra prætoris tribunal dedit.'

Huc respexit Sueton. August. 31. 'Sacerdotum et numerum et dignitatem, sed et commoda auxit: præcipue Vestalium virginum, cumque in demortuæ locum aliam capi oporteret, ambirentque multi ne filias in sortem darent: adjuravit, si cujusquam neptium suarum competeret ætas, oblaturum se fuisse eam.'

Dio l. LV. 'Cum nobiles ægre filias suas in Collegium Vestalium darent, lex lata est, ut eo sacerdotio uti etiam virginibus libertinis liceret, et cum plures de eo disceptarent, in senatu sorte lectæ præsentibus earum patribus.'

Tanta fuit auctoritas Virginum ut magistratus eis cederent, ut ipsum Cæsarem servarent, defenderent adversus odium Syllæ dictatoris, teste Sueton. in Julio, et si adversus reliquos magistratus jure sacrosanctæ potestatis tribunis pleb. intercedere liceret, ita ut, uno intercedente, nihil reliqui decernere valerent: tamen contra Dictatoriam vim, aut Vestales virgines, quæ velut sacrosanctæ ab hominis tactu illæsæ manent, nulli tribunorum intercedere, nulli vetare, aut prohibere facultas erat.

Sedes inter Vestalium] Non præcise in decus Augustæ, sed potius in decus sacerdotum seu virginum Vestæ, quæ sic magis honoratæ, ut 'promtior animus foret ad capessendas cærimonias,' ut sic, 'glisceret dignatio sacerdotum;' cum eæ personæ, quas *majestas* complectitur, inter eas sedere dignarentur. Sed lictor Augustæ concessus imitatione Vestalium, quibus id decus tributum a Triumviris. Dio: 'Virginibus porro Vestalibus dederunt, ut singulis lictoribus uterentur: eo quod quædam ex iis a cœna sub vesperam domum revertens, cum, quæ esset, ignoraretur, vim passa fuerat.' Quod idem etiam postea concessum Agrippinæ matri Neronis, et præterea custodes Germani qui ad fores illius excubarent, stiparentque.

[x] *Cum pro incolumitate, &c.*] Prima decennalia Tiberii. Lege, quæ narrat Dio l. LIII. Sic antiquitus III. Nonas Januar. fiebant vota pro salute imperatoris. Plutarch. in Cic. Solvebantur autem quinquennalia, aut decennalia, pro quinquennio, decenniove præterito. Suscipiebantur; scribebantur in tabulis, et signabantur pro futuro.

'Drusum' iisdem Diis commendavere; non tam caritate juvenum, quam adulatione: quæ moribus corruptis[z] perinde anceps, si nulla, et ubi nimia est. Nam Tiberius, haud unquam domui Germanici mitis, tum vero 'æquari adolescentes senectæ suæ,' impatienter indoluit: accitosque Pontifices percunctatus est, 'num id precibus Agrippinæ, aut minis, tribuissent.' Et illi quidem, quanquam abnue-

numina precati sunt; non tam amore adolescentum, quam assentatione, quæ profligatis moribus æque periculosa si nulla, atque ubi immodica est. Quippe Tiberius, nunquam soboli Germanici lenis, tum certe adæquari juvenes senectuti suæ *ægre admodum tulit: accersitosque Pontifices sciscitatus est*, an precibus Agrippinæ, an superbiæ ferociæque illius id tribuissent. *Et illi certe quamvis inficiaren-*

NOTÆ

[y] *Vota susciperent*] De quibus dicam Annal. XVI. Ceterum notat Dio hoc anno prima decennalia Tiberii Cæsaris celebrata: quorum originem pete ab eodem scriptore l. LIII. Vota alia pro salute principis nuncupata singulis annis. Plin. Paneg. 'Nuncupare vota et pro æternitate imperii et pro salute civium, immo pro salute principum, ac propter illos pro æternitate imperii solebamus: hæc pro imperio nostro, in quæ sint verba suscepta, operæ pretium est annotare, si bene rempub. et ex utilitate omnium rexeris: digna vota quæ semper suscipiantur, semperque solvantur. Egit cum Diis, ipso te auctore, Cæsar, respub. ut te sospitem incolumemque præstarent, si tu ceteros præstitisses: si contra; illi quoque a custodia tui corporis oculos dimoverent, teque relinquerent votis, quæ non palam susciperentur. Alii se superstites reipub. optabant faciebantque: tibi salus tua invisa est, si non sit cum reipub. salute conjuncta: nihil pro te pateris optari, nisi expediat optantibus, omnibusque annis in consilium de te Deos mittis, exigisque ut sententiam suam mutent, si talis esse desieris, qualis electus es.' Hæc ille.

Sueton. Aug. 97. 'Cum lustrum in campo Martio magna populi frequentia conderet, aquila eum sæpius circumvolavit: transgressaque in vicinam ædem, super nomen Agrippæ, ad primam literam sedit: quo animadverso, vota quæ in proximum lustrum suscipi mos est, collegam suum Tiberium nuncupare jussit. Nam se, quanquam conscriptis paratisque jam tabulis, negavit susceptorum, quæ non esset soluturus.' De quinquennalibus agit.

Vota susciperent] Inter vota pro salute principis nuncupata, Neronem quoque et Drusum Germanico genitos iisdem Diis commendaverunt, non tam amore adolescentum, quam per adulationem in Tiberium et Cæsarum domum: quæ adulatio inter depravatos civitatis mores æque periculosa est, si vel omnino omittatur, vel supra modum exerceatur.

[z] *Quæ moribus corruptis*] Gnome sub Tiberio verissima, et alibi a nostro diversis verbis exagitata. Lib. III. Ann. 'Scilicet illum qui libertatem publicam nollet, tam projectæ servientium patientiæ pudebat.' Quodnam igitur sub eo tutum iter? quod instituit Lepidus summæ sapientiæ vir, trivitque: 'Inter abruptam contumaciam et deforme obsequium pergere iter ambitione et periculis vacuum.'

rent,[a] modice perstricti, (etenim pars magna e propinquis ipsius, aut primores civitatis erant); ceterum in Senatu oratione monuit in posterum,[b] 'ne quis mobiles[c] adolescentium animos præmaturis honoribus ad superbiam extolleret.' Instabat quippe Sejanus, incusabatque 'diductam civitatem, ut civili bello: esse, qui se partium Agrippinæ vocent: ac, ni resistatur, fore plures: neque aliud gliscentis discordiæ remedium, quam si unus alterve maxime promti[d] subverterentur.'

18. Qua causa C. Silium, et Titium Sabinum aggreditur: amicitia Germanici perniciosa utrique; Silio et, quod[e] [1] in-

tur, leviter increpiti, (quippe plerique eorum e proximis seu cognatis ipsius, aut proceres urbis erant;) sed apud patres oratione habita, *vetuit in futurum*, ne quis mutabiles juvenum animos præproperis honoribus ad fastum eveheret: *nam urgebat Sejanus, objectabatque* divisam urbem, ut armis civilibus; extare qui se in factione Agrippinæ dicant; ac, ni occurratur, plures futuros; neque aliud gravescentis dissensionis subsidium, quam si unus aut alter e ferocissimis subverterentur.

Quamobrem adoritur C. Silium et Titium Sabinum. Benevolentia Germanici exitiabilis utrique; Silio et quod validis legionibus per septennium præfuisset, quod-

1 Ita merito distinxere Acidalius et Ernestus. In veteribus libris, *Silio, et quod.* Brotier.

NOTÆ

[a] *Quanquam abnuerent*] Et quamvis negarent se, illa auctore, quicquam fecisse; tamen ipsos quidem, quia plerique e propinquis suis, aut principibus civitatis erant, modice castigavit. Quamvis objecta abnuerent, nihilominus perstricti et increpiti, sed tamen leviter, quia vel propinqui Cæsaris, vel principes civitatis erant.

[b] *Monuit in posterum*] *Monendi* verbum hoc loco auctoritatem atque potestatem includit: ita sup. III. 6. 'Monuit edicto.'

[c] *Ne quis mobiles*] Idem olim reprehenderat Augustus in Lucio et Caio Cæsaribus, teste Dione; 'Neque Augustus privata neglexit; sed Tiberium increpavit, quod ludis votivis, quos pro suo reditu faciebat, Caio juxta se sedem dedisset, populumque objurgavit, quod plausu et laudibus eum prosecutus esset.'

Mobiles] Ad flagitia et ad res novas, ob juvenilem ætatem, facile mutabiles tali adulatione præmatura.

[d] *Maxime promti*] Cicero l. II. famil. ep. 18. 'Tres fratres summo loco natos, promtos, non indisertos, te nolo habere irator.' Justinus lib. XXII. 'Ex plebe quoque locupletissimos et promtissimos interficit.' Noster in Agricola: 'Multi fortuitis casibus, promtissimus quisque sævitia principis interciderunt.'

[e] *Silio et, quod*] Nota hic vim particulæ *et*, quæ posita est pro *etiam*, vel *insuper*, hoc sensu: utrique perniciosa erat amicitia Germanici, sed præter illam Silio hoc quoque exitiabile, quod *ingentis exercitus, &c.*

gentis exercitus septem per annos moderator, partisque apud Germaniam triumphalibus[f] Sacroviriani[g] belli victor, quanto majore mole[h] procideret, plus formidinis in alios dispergebatur. Credebant plerique, auctam offensionem ipsius intemperantia, immodice jactantis, 'suum militem in obsequio duravisse, cum alii ad seditiones prolaberentur: neque mansurum Tiberio imperium, si iis quoque legionibus cupido novandi fuisset.' Destrui per hæc fortunam suam[i] Cæsar, imparemque tanto merito rebatur. Nam beneficia eo usque læta sunt,[j] dum videntur exsolvi posse: ubi multum antevenere,[k] pro gratia odium redditur.

que *in Germania insignia triumphi adeptus* et mox *Sacrovirianum bellum profligasset, quo grandiori clade corrueret,* eo *plus pavoris in ceteros diffundebatur. Existimabant plerique impulisse atque onerasse odium* Tiberii *suamet animi seu linguæ impotentia, intemperanter gloriantis,* suas legiones in officio et fide mansisse, cum alii ad discordias prorumperent: neque jam fore penes Tiberium dominationem, si suo etiam militi turbandi libido incessisset. *Everti per ea fastigium suum Cæsar* putabat, fortunamque principalem *infra tantum beneficium* esse *arbitrabatur: quippe merita eo usque grata sunt, dum rependi posse creduntur; cum longe superavere* fortunam, tum *pro gratitudine rependitur ira et offensio.*

NOTÆ

quomodo infra IV. 34. 'Id perniciabile reo, et Cæsar truci vultu defensionem accipiens.' Addo IV. 74. et VI. 18. Falluntur ergo, qui aliter hic scribunt aut explicant.

[f] *Partisque apud Germaniam triumphalibus*] Grave erratum est interpretis, qui diversissima duo, *triumphalia* scilicet in *Germania parta,* et *victoriam Sacroviriani belli* conjunxit; tanquam ob bellum Sacrovirianum triumphalia ista accepisset Silius. Sed hæc quidem acceperat diu, antequam bellum Sacrovirianum moveretur; scil. ob res in Germania cum Germanico gestas, II. 72. At bellum Sacrovirianum in Gallia ortum oppressumque est, III. 40. et 43. et seqq.

[g] *Sacroviriani*] Vertit interpres Hispanus quasi vicerit in Germania Sacrovirum, et propterea triumphalia insignia habuerit; quod falsum: jam *triumphalis* Silius erat, cum ex Germania expedivit adversus Sacrovirum et Gallos, eosque devicit.

[h] *Quanto majore mole*] Silio præterea perniciem meditabatur hac de causa, quia ipsius ruina, quanto gravior futura esset, tanto majorem metum ceteris qui Agrippinæ faverent incussum iri existimabat.

[i] *Destrui per hæc fortunam suam*] Hæc autem Cæsar in deminutionem sui fastigii accipiebat, qui tantis privati hominis meritis obstrictus erat, ut par ei referre non posset.

[j] *Beneficia eo usque læta sunt*] Senec. Ep. 19. Et epist. 82. in fine. Et de benef. II. 24. 'Tutius est quosdam offendere, quam demeruisse: argumentum nihil debentium, odio quæritur.' Seneca epist. XIX. 'Quidam quo plus debent, magis oderunt; leve æs alienum, debitorem facit; grave, inimicum.'

[k] *Ubi multum antevenere*] Nam beneficia privatorum principibus eo usque accepta et grata sunt, donec

19. Erat uxor Silio Sosia Galla, caritate Agrippinæ invisa Principi. Hos corripi, dilato ad tempus Sabino, placitum: immissusque Varro Consul, qui, 'paternas inimicitias' obtendens, odiis Sejani per dedecus suum gratificabatur. Precante reo 'brevem moram, dum accusator Consulatu abiret,' adversatus est Cæsar: 'solitum quippe magistratibus, diem privatis dicere: nec infringendum Consulis jus, cujus vigiliis niteretur, ne quod Respubl. detrimentum caperet.' Proprium id Tiberio fuit, scelera nuper reperta priscis verbis obtegere. Igitur multa asseveratione,[1]

Erat Silio conjux Sosia Galla, ob amicitiam Agrippinæ infesta Cæsari. Placuit hos invadi, rejecto Sabino in aliud tempus; incitatusque est Varro consul, qui paternarum simultatum *prætextu, Sejani offensionibus se venditabat, per ignominiam suam. Rogante Silio* breve tempus, dum accusator consulatu exiret, *intercessit Tiberius:* solere quippe magistratus in jus vocare privatos: nec infirmandam consulis auctoritatem, cujus vigilantia caveretur, ne quid detrimenti Resp. caperet. *Vetus insitumque id Tiberio fuit, flagitia recens adinventa antiquis nominibus occultare. Itaque maxima contentione, tanquam vel jure cum Silio*

NOTÆ

reddendæ gratiæ pares se putant, si vero vires eorum superant, pro gratitudine odium reddunt; nam qui turpe putat non reddere, non vult esse cui reddat.

[1] *Multa asseveratione*] *Asseveratio* nihil hic est aliud quam quod nos dicimus *ernst;* etiam de ficta tantum et assimulata severitate. Est igitur tantum assimulatio et larva quædam serii negotii, quod tamen revera longe alio modo, quam appareat, tractetur: sicut in præsenti causa nihil erat certius, quam ira Tiberii Silium premi, et jam exitio destinatum, nec quocumque modo illud effugiturum esse: verum hoc occultabatur, et inducebatur species alia, tanquam apud patres reus ille postularetur, qui libere, ut quondam, quid firmarent mutarentve, causæ cognitionem essent suscepturi. Sed hæc omnia inania fuisse res arguit, et imaginem sine vi retinuisse; neque enim revera legibus cum Silio actum esse (quanquam eæ obtenderentur), neque etiam præsentem rerum statum *Reipublicæ* appellationem mereri, cum ab unius nutu penderent omnia.

Hanc ego rem non possum explicare evidentius, quam nescio cujus festivissima comparatione; qui homines quosdam in rebus pub. ait reperiri, Caryatidibus aut Atlantibus similes, qui licet nihil omnino ferant, eam tamen asseverationem vultu gestuque præferunt, tanquam universum ædificii onus soli sustinerent. Asseverare enim non semper idem est quod affirmare. Sicut 'asseverare frontem' apud Apuleium l. III. Metam. est, eam contrahere, et formare ad severitatem, serium intueri. Sic apud nostrum XIII. 18. 'Viri gravitatem asseverantes,' dicuntur vultu eam gestuque et sermone aliaque specie præferentes.

Multa asseveratione] Sic magna asseveratione res agebatur, quasi juxta leges, quasi vetere repub. et quasi Varro priscum et ex antiquis moribus consulem ageret, quasi non

quasi aut legibus cum Silio ageretur, aut Varro Consul,[m] aut illud Respubl. esset,[n] coguntur Patres; silente reo,[o] vel, si defensionem cœptaret, non occultante, cujus ira premeretur. 'Conscientia belli Sacrovir diu dissimulatus, victoria per avaritiam fœdata,[p] et uxor Sosia,'[q] argueban-

disceptaretur, aut Varro consul esset, *aut tum Respub. ageretur, vocantur patres; tacente Silio, vel si crimen dilueret, non tegente, cujus odio et invidia opprimeretur. Objectabantur*, conscientia motus Sacroviriani, ideoque diu dissimulatus hostis, victoria cupidine opum dehonestata, et conjux Sosia ejusdem criminis rea;

NOTÆ

potius inter mancipia Sejani turpiter serviret.

[m] *Aut Varro consul*] Ut Varro verbo consul erat, re mancipium: ita et *reipublicæ* nomen quidem jactabatur, penitus autem tyrannis erat; quod apposite potest exprimi per hæc Dionis XLV. 4. Τό τε τῆς ἐλευθερίας σχῆμα ἐφαντάζετο, καὶ τὰ τῆς δυναστείας ἔργα ἐγίγνετο. *Freinsh.* Cicero Epist. fam. VII. 30. 'Sella Quinti Maximi quem illi consulem esse dicebant.' Lib. IX. epist. 14. 'Quem quidem post te consulem, solum possumus vere consulem dicere.' Lib. IV. epist. 2. 'Te frustra in senatum, sive potius in conventum senatorum, esse venturum.'

Aut Varro consul] Sic vertit interpres Hispanus; quasi cum Silio ageretur juxta leges; quasi ad Varronem consulem ea res spectaret: quasi ipsius unius res ageretur, aut quasi reipub. salus in eo negotio verteretur.

[n] *Aut illud Respub. esset*] Quasi aut Varro re, non inani tantum nomine consul, aut iste Romanæ rei status prisca adhuc et libera respub. esset, magna cum specie seriæ cognitionis senatus cogitur. *Freinsh.*

Quasi Varro *Consul* esset, qui tantum abest, ut consuleret Reipub. quin immo illam sic subverteret; quasi illud quod agebatur in Silium, respublica esset, aut in eo respub. ageretur, quin potius tollebatur, cum odiis privatis Sejani per dedecus suum velificarentur, prostituerentque se Patres: non id respub. immo nihil magis adversum bono publico.

[o] *Silente reo*] Silius adversus objecta tacebat; aut quoties defensionem ordiebatur, satis innuebat, cujus ira in id periculum adductus esset.

[p] *Victoria per avaritiam fœdata*] Objiciebatur etiam quod victoriam suam, provinciam spoliando, per avaritiam dehonestaverit, inque ea re uxorem Sosiam adjutricem habuerit.

Per avaritiam] Quia certe tum ditissimi Ædui, opulentissimi Galli existimabantur. Cum Gallias excitasset Gallus Vindex adversus Neronem, statim putavit Nero sibi datam occasionem et speciosum prætextum spoliandi Gallias opibus suis; sed ipse toto imperio spoliatus est, cum primum belli classicum cecinissent Galli nostri.

[q] *Uxor Sosia*] Non id ei crimini dabant, quod Sosiam duxisset; verum quod uxorem suam, cujus nomen obiter adjicitur, ab injuriis provincialium non abstinuisset. Nam viri in eo culpam, si fœmina modum excedat, supra III. 34. audivimus; ubi etiam præced. cap. affirmaverat Cæcina, 'quoties repetundarum aliqui arguerentur, plura uxoribus objectari.' Facem dictis adducere potest etiam

tur: nec dubie repetundarum criminibus hærebant:[r] sed cuncta quæstione majestatis exercita, et Silius imminentem damnationem voluntario fine prævertit.

20. Sævitum tamen[s] in bona, non, ut stipendiariis[t] pecuniæ redderentur, quorum nemo repetebat: sed et liberalitas Augusti avulsa,[u] computatis singillatim,[o] quæ fisco pete-

et quidem manifesti rei peculatus erant, vir et fœmina; *sed omnia lege majestatis tractata, et Silius instantem ex senatusconsulto damnationem spontaneo exitu occupavit.*

Ademtæ tamen opes, non ut provincialibus restituerentur, quorum nullus reposcebat, sed quæ ex munificentia Augusti acceperat Silius, abstracta, supputatis dili-

NOTÆ

Ulpianus in l. 4. §. de Offic. procos. 'Proficisci quidem proconsulem melius est sine uxore: sed et cum uxore potest, dummodo sciat senatum, Cotta Messallino censente, constituisse (sic puto leg. ex Tacit. VI. 20.) futurum ut si quid uxores eorum, qui ad officia proficiscuntur, deliquerint, ab ipsis ratio et vindicta exigatur.'

[r] *Hærebant*] Vertit Ablancurius; non satis compertum aut probatum crimen repetundarum; quod falsum est. Melius interpres Hispanus: 'Avian delinquido cohechando à los Franceses de la provincia.'

Hærebant] Ne dubium erat quod contra legem repetundarum pecunias cepissent, sed non illo judicio cum iis agebatur, sed majestatis.

[s] *Sævitum tamen*] Sævitum in bona Silii, non ut redderentur stipendiariis, qui non reposcebant, sed ut repeteretur quicquid Augusti liberalitate unquam accepisset; et donec ea summa confecta est, omnia quæ fiscus petebat, singillatim æstimata atque computata sunt.

[t] *Non, ut stipendiariis*] Id est, Gallis provincialibus, quos exhauserat. *Lips.* Addere possis et Germanis, qui etiam stipendiarii Romanorum, licet forte non tam stricte, forsan quia minus dites, et quia adhuc fortiores aut immaniores: testis Tac. IV. 73.

Stipendiariis] *Provinciales*, quia ferme *stipendiarii et tributarii vectigalesque* fuerunt, interdum aliquo nominum horum designantur: hoc sensu XI. 22. 'Stipendiaria jam Italia, accedentibus provinciarum vectigalibus.' Quanquam non omnia oppida, quæ in provinciis erant sita, stipendiaria essent. Quam differentiam egregie docent, cum alia Plinii loca, tum hic ex III. 3. de Hispania citeriore: 'provincia ipsa CLXXIX. continet oppida, in iis colonias XVII. oppida civium Romanorum XIII. Latinorum veterum XVII. fœderatorum unum, stipendiaria CXXXVI.' Sunt igitur *stipendiarii* ea pars provinciæ, quæ stipendia pendit: unde patet quid infra IV. 73. sit 'stipendiarius Cruptorix.' *Freinsh.*

Stipendiariis] Per *stipendiarios* Ablancurius intelligit *milites*, quod falsum. Melius interpres Hispanus vertit, 'à los tributarios de la provincia.'

[u] *Liberalitas Augusti avulsa*] Alii aliter, in loco, ut solet, obscuro: et fere intelligunt, avulsis separatisque iis quæ Augustus dono ei dederat, reliqua petita in fiscum. Ego putarem, illa vel maxime obnoxia fuisse, et ut ab ingrato repetenda. Sed meo

NOTÆ

judicio, nihil hic de primo Augusto, de Tiberio ipso sermo est; et hic denique avaritiam ejus se revelasse antea occultam. Legerem pro hoc sensu *Augusti convulsa.* Supra Tacitus dixit, 'Tiberium adversus pecuniam satis firmum fuisse:' et alibi sic ostendit. *Lipsius.*

Sed liberalitas Augusti] Corruptus mihi videtur locus: si tamen ut se habet defendendus sit, innuit plurima Augustum Silio liberaliter olim dono dedisse, nempe hortos, villas amœnas, et similia, quorum aviditate motus Tiberius in Silii bona sæviit: curavitque computari singillatim ea omnia quæ fisco petebantur, ut scilicet inter illa comprehenderentur etiam Augusti dona. Alium sensum, fortasse non absurdum, excogitavit Franciscus Venturius, scilicet: sed liberalitas, qua Augustus usus, quamque Tiberius usque ad hæc tempora imitatus est, tum primum corrupta. *Pichena.*

Avulsa liberalitas Augusti] Vertit Ablanc. quasi sic redemisset facileque solvisset Tiberius legatum Augusti, quod adhuc debebatur Silio.

Sed liberalitas Augusti avulsa] Vertit interpres Gallicus quasi Tiberius acceperit partem bonorum Silii, ut inde largitionem seu legata Augusti nondum exsoluta persolveret. Sed quid opes Silii, quamvis ingentes, ad tantæ molis largitionem, qua cives viritim, prætorianos et etiam legiones demeruerat Augustus? Alamus, interpres Hispanus, vertit, 'quasi tum extincta sic excisaque penitus liberalitas Augusti.' Davensatius Italus, 'quasi Augustus debita aliqua remisisset Silio; quæ liberalitas avulsa illi et ademta tum a Tiberio fuit,' 'computatis singillatim,' &c.

Certe liberalissimus fuit Augustus, ut patet ex his apud Sueton. verbis: 'Mea me benignitas efferet in cœlum;' quod dixit Augustus cum alea ludens suis amicis et collusoribus manus sæpe remitteret. Patet etiam ex Plinio l. XVIII. 6. 'L. Tatius Rufus infima natalium humilitate, consulatum militari industria meritus, antiquæ alias parcimoniæ, circiter millies HS. liberalitate divi Augusti congestum, usque ad detrectationem (alii legunt detractionem) hæredis, exhausit, agros in Piceno coëmendo, colendoque in gloriam.'

Sed liberalitas Augusti avulsa] Sic et Tac. l. I. Hist. 'bis et vicies millies sestertium donationibus Nero effuderat: appellari singulos jussit (Galba), decima parte liberalitatis apud quemque eorum relicta.' Cum Silius floreret in Germania legatus Germanici, haud dubie ex testamento Augusti, vel aliter, liberalitatem aliquam accipere debuit, vel jam acceperat: si nondum acceperat, tamen avulsa est; si acceperat, itidem avulsa et subtracta, nec quasi numerabatur in bonis Silii, quia forte non confirmatum illud beneficium a novo principe Tiberio, quod novum inventum, et inter artes Tiberii fuit, teste Suet. Tito 8. 'Natura autem benevolentissimus, cum ex instituto Tiberii omnes dehinc Cæsares beneficia a superioribus concessa principibus, aliter rata non haberent, quam si eadem iisdem et ipsi dedissent, primus præterita omnia confirmavit edicto: nec a se peti passus est.'

Liberalitas Augusti] Mihi certum est de primo Augusto sermonem hic esse, non de Tiberio, quem noster nusquam Augustum nominat ex sua persona.

Sensum porro hujus periodi hunc esse putem, ut dicat in bona Silii sævitum esse: non ut redderentur provincialibus, quæ ipsis eripuisset, sed ut repeteretur pecunia, quam ex liberalitate Augusti cum alias, tum

NOTÆ

etiam præcipue, credo, ex testamento ejus cepisset, atque ita singulæ res quæ fisco petebantur, æstimatæ computatæque sunt, donec ista summa conficeretur. Secutus sum hunc sensum: ereptum esse, quicquid Augusti liberalitate unquam accepisset: et donec ea summa conficeretur, optima et pretiosissima quæque æstimata, et procuratori fisci adjudicata esse. Sic. I. hist. 90. *Freinsh.*

Sed avulsa liberalitas Augusti] Verisimile est dona, beneficia, opes in Silium Germanici legatum conferre Cæsarem Augustum potuisse, sed cum eam liberalitatem seu beneficia Augusti prioris principis rata non haberet successor Tiberius, nisi ipse veluti novo beneficio confirmasset, teste Sueton. in Tito; inde est, quod illa liberalitas, seu opes a Silio statim abripiantur avellanturque, si quidem jam receperat eas opes Silius; si vero nondum receperat, tamen avulsa illi et filiis ipsius, ne in posterum his fruerentur: et computantur sigillatim fisco, quæ ex liberalitate et beneficio Augusti receperat, vel totum vel in parte. Nempe certe, quia non confirmarat tale beneficium Tiberius, potius quam quia reus majestatis Silius esset.

Certe verba Taciti, 'Ea prima Tiberio erga pecuniam alienam diligentia fuit,' innuere videntur avulsam liberalitatem Augusti Silio, quam jam ipse recepisset. Etiam ea, 'Sævitum tamen in bona.'

Et cum infra habet Tacitus 'partem bonorum publicandam,' id forte intelligi possit de bonis utriusque, Silii nempe et Sosiæ; nam utrique rei: quippe licet Asinius Gallus censuisset 'partem bonorum publicandam,' id tamen decretum non videtur, sed potius videntur ivisse patres in sententiam Manii Lepidi, 'qui quartam partem bonorum accusatoribus, secundum necessitudinem legis, cetera liberis concessit.'

Et certe lenior illa sententia Lepidi, quem ideo maxime etiam commendat extollitque Tacitus: in hoc lenior fuit, quod si publicata bona essent, ut censebat Gallus, ea universa fisco computata essent, aut in accusatores partita, juxta vim legis, ita ut fiscus et accusatores eam veluti prædam inter se divisissent.

At in sententia Lepidi, quarta tantum pars decrescebat liberis Silii, nihilque fisco adjudicabatur, cujus causa semper mala sub bono principe, qualis etiam tum videri voluit Tiberius.

Itaque vel 'avulsa liberalitas Augusti' Silio, quia eam non firmarat Tiberius, et quarta pars aliorum Silii bonorum data accusatoribus, cetera concessa liberis ex decreto senatus; vel forte statim in ipsam liberalitatem Augusti simul et in cetera 'bona' Silii 'sævitum,' ita ut 'singillatim' omnia computata sint, 'quæ fisco petebantur.'

Hocque posito, cum mox censent Asinius Gallus et Manius Lepidus, tum ageretur tantum de bonis Sosiæ, seu de bonis matris, quæ liberis relinquit Lepidus, quia mater, quia fœmina, et minus rea quam maritus; ita ut sententia Asinii ut et Lepidi habuerit duas partes; in prima censuerint de Silio, et bonis illius; in secunda vero de Sosia, et bonis Sosiæ. Et huc ducere videtur sententia Messallini Cottæ, qui 'censuit, cavendum senatusconsulto, ut quanquam insontes magistratus, et culpæ alienæ nescii, provincialibus uxorum criminibus, perinde quam suis, plecterentur.'

Cum agitatum disputatumque in senatu esset de flagitiis fœminarum apud provinciales et socios, multique dicerent magis esse illud crimen mariti, qui ut debet familiam regere et habere intaminatam ab omni furto et

bantur:[v] ea prima Tiberio erga pecuniam alienam diligentia fuit. Sosia in exilium pellitur Asinii Galli sententia, qui 'partem bonorum publicandam, pars ut liberis relinqueretur,' censuerat. Contra M. Lepidus 'quartam accu-

genter quæ fisco postulabantur. Ea prima cura cupiditasque in opes alienas Tiberio extitit. Sosia in exilium amandatur, sic *Asinio Gallo censente, qui* partem opum in fiscum cogendam, partem proli concedendam *decreverat. Contra Manius*

NOTÆ

peculatu, ita et unus plecti debet; sicque parcendum esse infirmo sexui, sicque relegandam Sosiam tantum, ejusque bona relinquenda filiis; tum censuit Cotta maritos etiam culpæ fœminarum nescios puniendos esse, tanquam suo crimine: sed, an ea sententia Messallini approbata sit a senatu, dubium relinquit Tacitus. Affirmat id sanctum, sed alio tempore, Ulpianus.

Etiam de bonis utriusque et Silii et Sosiæ intelligi id possit, quæ utraque publicabat a parte Gallus, Lepidus liberis concedebat. Et τὸ *censuerat* Asinii Galli innuere videtur, antea censuisse illum de bonis Silii, quam de exilio Sosiæ statueret; licet forte eadem et continua oratione utrumque censuisset.

[u] *Computatis singillatim*] Si de facto itum est in sententiam Lepidi (ut videtur), ita ut quarta pars bonorum sit data accusatoribus, cetera liberis concessa sint; hinc colligere liceat ex bonis Silii avulsam esse liberalitatem Augusti, et omnia quæ unquam accepisset Silius ex munificentia illius, fuisse stricte et singillatim computata, redactaque in fiscum principis, quasi ingrato homini collata essent illa dona seu beneficia Cæsaris.

Et tanto magis, quod forte illa non confirmasset suo principatu Tiberius. Cetera autem acta esse pro more et lege; et eo excepto, nempe donis Augusti, actum esse cum Silio, ut cum aliis reis damnatis agi solebat.

Itaque avulsa ei tantum et abrepta in fiscum esse beneficia Augusti: quæ tamen pecuniæ seu opes fuerunt singillatim computatæ in fiscum, ita ut nihil omitteretur, nihil condonaretur aut indulgeretur. Sed si in illa sententia Galli aut Lepidi agitur tantum de bonis maternis, Sosiæ nempe, videtur posse colligi, opes Silii fuisse penitus afflictas et fisco petitas, prætextu avellendæ repetendæque liberalitatis Augusti; quæ forte tum ex parte exhausta, rependenda fuit ex aliis Silii bonis.

[v] *Quæ fisco petebantur*] Qui fit, ut fiscus ejus invadat bona, qui sua manu damnationem præverterat? Tac. VI. Annal. 29. Post 'ejusmodi mortes testamenta manebant.' Sed Silius in reatu majestatis mortem sibi conscivit, 'cuncta quæstione majestatis exercita.' At Labeo concidit aliis de causis; 'quia male administratæ provinciæ aliorumque criminum urgebatur.'

Discrimen haud absimile etiam fuit reis obeuntibus mortem naturalem. Ulp. l. fin. DD. ad l. Jul. majest. 'Is qui in reatu decedit, integri status decedit: extinguitur enim crimen mortalitate, nisi quis forte majestatis reus fuit.'

satoribus,[w] secundum necessitudinem legis,[x] cetera liberis'

Lepidus tribuit quartam partem delatoribus, juxta præscriptum legis, cetera

NOTÆ

[w] *Quartam accusatoribus*] Cujus legis necessitas hæc fuerit, si Papiæ non fuit, amplius quæro. Cornelius *quartam* præmium accusatorum appellat: Papia lege, quæ tum vigebat, cum hæc M. Lepidus censuit, præmium delatoris fuit dimidia bonorum ejus qui deferretur.

Quod huic loco facile posset accommodari, si pro *quartam* legeres, *partem:* quæ *κατ' ἐξοχὴν* exaudiatur dimidia. Movet Suetonius Nerone, illis verbis, ' præmia delatorum Papiæ legis ad quartas redegit:' unde quadruplatores dictos Alexandrinus existimat.

Sed vehementer fallitur, qui Plauti, Persæ initio, et Livii III. extremo, et Tullii in Verrem III. *quadruplatoris* mentionem legisse potuit, antea multis sæculis quam Neroniana recognitio *quartas* bonorum pro *dimidia* induxerit. Igitur placeat conjectari, ex quadam veteri lege præmium delationis fuisse bonorum ejus qui deferretur *quartam*, quam auxit ad *dimidiam* usque lex Papia, ut opinor, pro certo crimine duntaxat, deindeque Nero ad *quartam* pristinam retraxit.

Ex eo vero interea dum lex Papia valuit, præmium delatorum in ceteris criminibus non desiit esse *quarta*, de qua fit sermo. Sed neque hinc ad *quadruplatorem* transeo, qui a *delatore* multum differre videtur: nec fallor, nisi labitur Pompeius libro XV. quæ disquisitio locum alium exigit. *Vertran.*

[x] *Secundum necessitudinem legis*] Legis, ut censeo, Juliæ de Majestate. Nam quod alii de Papia suspicantur, refuto. Dicit a me Tacitus, qui cuncta in hac quæstione exercita scribit lege Majestatis.

Quarta autem præmium, non in hac solum, sed etiam ' de repetundis' lege, de qua ipsa nihil abnuo, quin hic accipiamus. Asconius in Verrem non uno loco ostendit, *quadruplatores* dictos a præmio *quartæ*, quam consequebantur.

Innuit ipse Cicero lege et more id receptum. ' Non enim,' inquit, ' spolia C. Verris, sed existimationem pop. Rom. concupivi.' Fortasse et in criminibus aliis præmium idem. Ideo vulgare præmium id interpreter in Paulo, l. XIII. de jure fisci: ' Hæredem,' ait, ' ejus ultra vulgare præmium nihil consecuturum.'

De lege Majestatis, auctor mihi affirmandi Josephus lib. XIX.: ubi de servis, quos Caius in dominos emittebat: ' Facile enim iis et mentientibus contra dominos credi, et opes aperientibus simul liberis divitibusque fieri, propter præmium accusationum, quo octava bonorum pars iis proposita;' at si *octava* servo, bene colligo, libero *quartam*.

Nec in servili accusatione aliud capere persuadeor, quam crimen Majestatis. Illud moneo, principum ævo, non tam ex lege quam arbitrio senatus præmia decreta. Libro VI. infra: ' Qua damnata, cum præmium accusatori decerneretur, Junius Otho trib. pleb. intercessit.' Sic libro XVI. ' Liberto et accusatori præmium operæ (non pecunia ulla, sed) locus in theatro inter Tribunicios viatores datur.'

Interdum certa pecunia attributa, ut Eprio Marcello quinquagies HS. Thrasea damnato: Regulo septuagies HS. et sacerdotium, damnato Crasso.

concessit. Hunc ego Lepidum, temporibus illis, gravem et sapientem virum fuisse comperio. Nam pleraque ab sævis adulationibus[y] aliorum in melius flexit:[z] neque tamen temperamenti egebat, cum æquabili auctoritate et gratia apud Tiberium viguerit. Unde dubitare cogor, fato et sorte nascendi,[a] ut cetera, ita Principum inclinatio in hos, offensio in illos: an sit aliquid in nostris consiliis, liceatque,[b] inter

filiis Silii. *Ego reperio hunc Lepidum ea ætate constantem prudentemque virum fuisse. Quippe multa ab diris assentationibus aliorum in lenius vertit, neque tamen modestiæ et temperamenti expers fuit, quippe qui pari potestate et amicitia apud Tiberium floruerit. Hinc dubitandi locus est, an casu et sorte geniture, ut alia omnia sunt, ita fato quodam, principum pronus in hos animus sit, infensus in illos: an vero aliquid nostræ prudentiæ insit, liceatque inter præcipitem pervicaciam, et*

NOTÆ

Tacitus. Ann. l. XVI. et histor. 4.

Nec prætereundus hic Dionis locus, qui de præmiis eorum qui Cæsaris percussores accusabant: 'Præmium accusationis pecuniam accipiebant e bonis damnati, et honorem aut magistratum quemcumque is gerebat: item vacationem a militia sibi, liberis, nepotibus.' Ut videantur legis ejus Pediæ exemplo instituta præmia accusatorum.

[y] *Ab sævis adulationibus*] Plerumque enim, cum alii, ut crudeli principi assentarentur, atrocia et sæva censerent, ipse humaniore sententia rigorem decretorum temperavit, idque tali moderatione, ut simul et auctoritate apud Tiberium polleret, nec tamen eum nimia libertate offenderet.

[z] *In melius flexit*] Non vult auctor ex adulationibus aliorum illum aliquid efformasse boni, sicut, verbi gratia, ex malis moribus bonæ leges latæ dicuntur; sed illas ipsas adulationes eum prudenter fregisse, atque ubi crudeles sententiæ, ab hominibus principem aut Sejanum adulantibus, dicerentur, eas mitigasse. *Freinsh.*

[a] *Fato et sorte nascendi*] Unde mihi dubitatio oritur, utrum fato aliquo et genituræ lege, sicut alia, ita etiam principum, in hos favor, in illos odium concitetur, an potius in hominum consiliis aliquod ad ista momentum sit.

Fato] Plin. l. XXVII. 'Pars alia et hanc pellit (nempe, *sortis* aut *fortunæ persuasionem)* astroque suo eventus assignat, et nascendi legibus, semelque in omnes futuros unquam Deo decretum: in reliquum vero otium datum. Sedere cœpit sententia hæc, pariterque et eruditum vulgus et rude in eam cursu vadit.'

[b] *Liceatque*] Senec. epist. 14. 'Sapiens nunquam potentium iras provocabit: immo declinabit, non aliter quam in navigando procellam. Cum peteres Siciliam, trajecisti fretum; temerarius gubernator contemnit austri minas. Ille est enim, qui Siculum pelagus exasperet, et vertices cogat. Non sinistrum petit littus, sed id quo propior Charybdis maria convolvit. At ille cautior, peritos locorum rogat, qui æstus sit, quæ signa dent nubes, et longe ab illa regione, verticibus infamem, cursum tenet. Idem facit sapiens: nocituram potentiam vitat; hoc primum cavens, ne vitare videatur.'

abruptam contumaciam, et deforme obsequium,[c] pergere iter, ambitione ac periculis vacuum. At Messallinus Cotta,[d] haud minus claris majoribus, sed animo diversus,[e] censuit, 'cavendum Senatusconsulto,[f] ut quanquam insontes

fœdam assentationem, capessere iter ambitioni et discrimini exemtum. At Messallinus Cotta, perinde illustri loco ortus, *sed ingenio dissimilis, disseruit* statuendum decreto patrum, ut quamvis innocentes magistratus, et alieni sceleris ignari,

NOTÆ

[c] *Inter abruptam contumaciam, et deforme obsequium*] Hanc mediocritatem vitæ laudat etiam in Agricola socero, 'quia non contumacia, neque inani jactatione libertatis, famam fatumque provocabat;' deinde sequitur: 'sciant quibus moris illicita mirari, posse etiam sub malis principibus magnos viros esse; obsequiumque ac modestiam, si industria ac vigor adsint, eo laudis excedere, quo plerique per abrupta, sed in nullum reip. usum, ambitiosa morte inclaruerunt.' Senec. de Tranq. cap. 3. 'Ille vir fuerit, qui periculis undique imminentibus, armis circa et catenis frementibus, non alliserit virtutem, nec absconderit.'

[d] *At Messallinus Cotta*] Hunc, libro sequenti, 'sævissimæ cujusque sententiæ auctorem' vocat Tacitus. *Muretus.* Hunc tertium censuisse volunt, de quo tamen haud immerito dubites, non enim, quia nullius inter hunc et priores annotata est sententia, statim etiam sequitur Messallinum hunc tertiæ sententiæ consularem fuisse; et certe, ut alios taceam, *Cn. Lentulum*, qui nominatur IV. 29. ante hunc Messallinum censuisse, verisimile est.

[e] *Animo diversus*] Si huic tantum causæ accommodas, falleris: nam *animo*, hominis istius mens, ingenium, natura designantur, quibus a Lepido, gravi et moderato viro, longissime diversus erat ipse, per crudeles adulationes 'sævissimæ cujusque sententiæ auctor.' Quo nomine semel atque iterum notatur ut V. 3. VI. 5. *Freinsh.*

Sed animo diversus] Possit capi, ita ut Cotta diversus animo esset a majoribus suis; sed potius hoc loco est, ut fuerit 'animo diversus' a Lepido, qui multa eo ævo 'in melius flexit,' at iste sævus et atrox adulator, qui semper in asperiora promtus, et specie fictæ libertatis, in verum servitium præceps ruebat.

[f] *Cavendum senatusconsulto*] Et cautum non dubie hoc anno. Si enim ante, quorsus hæc sententia? Tamen Ulpianus, officio proconsulis, decretum id refert ad Cottam et Messallam Coss. id est, ad quartum ante annum.

Ait: 'proficisci quidem proconsulem melius est sine uxore; sed et cum uxore potest, dummodo sciat senatum Cotta et Messalla Coss. censuisse futurum, ut siquid uxores eorum, qui ad officia proficiscuntur, deliquerint, ab ipsis ratio et vindicta exigatur.'

Vir doctissimus conatur legere, *senatum Cotta Messallino consulente censuisse*; acute: sed me judice, non exsolvet ullum acumen Domitium hac culpa. *Lipsius.*

Cavendum SC.] Lapsus igitur memoria Ulpianus in l. observare D. De officio procos. et legati, qui hoc senatum censuisse dicit, 'Messalla et

magistratus, et culpæ alienæ nescii, provincialibus uxorum criminibus,[g] perinde quam suis, plecterentur.'

21. Actum dehinc de Calpurnio Pisone, nobili ac feroci viro. Is namque, ut retuli, 'cessurum se urbe ob factiones accusatorum,' in Senatu clamitaverat, et, spreta potentia Augustæ, trahere in jus Urgulaniam, domoque Principis excire ausus erat. Quæ in præsens Tiberius civiliter habuit: sed in animo, revolvente iras,[h] etiam si impetus offensionis lan-

provincialibus fœminarum sceleribus, juxta ac suis, punirentur.

Postea relatum de Calpurnio Pisone illustri superboque ac pervicaci viro. Ille quippe, ut memoravi, clamaverat in senatu, migraturum se Roma, ob audaciam delatorum; *et contemta potestate Liviæ diem dicere ausus erat Urgalaniæ, et* eam *e penatibus Cæsaris evocare ad tribunal prætoris. Quæ tum Tiberius civili more accepit*; *sed in ingenio hominis referentis reputantisque offensiones, et si calor*

NOTÆ

Cotta Coss.' id est, quadriennio ante; nisi apud eum legendum sit, *Cotta Messallino consulente*, ut Jac Cujacius VI. 30. Observationum. Nam ut quidem ait ipse, etiam senatores *consulere* dicuntur, lib. II. D. ad Velleianum, sed indubitate ibi legendum est *censuerunt*. Itaque fortassis ibi quoque *censente* legendum. *Muretus.*

g *Provincialibus uxorum criminibus*] Hic repetendum, quod habet Tacitus III. 33. 'Cogitarent ipsi, quotiens repetundarum aliqui arguerentur, plura uxoribus objectari: his statim adhærescere deterrimum quemque provincialium: ab his negotia suscipi, transigi: duorum egressus coli, duo esse prætoria; pervicacibus magis et impotentibus mulierum jussis, quæ Oppiis quondam, aliisque legibus constrictæ, nunc, vinclis exsolutis, domos, fora, jam et exercitus regerent.'

Uxorum] Senec. lib. Consol. ad Helviam cap. 17. 'Posthac nemo miratur, quod per sexdecim annos, quibus maritus ejus Ægyptum obtinuit, nunquam in publico conspecta est. Neminem provincialem domum suam admisit, nihil a viro petiit; nihil a se peti passa est. Itaque loquax, et ingeniosa in contumelias præfectorum provinciæ, in qua etiam qui vitaverunt culpam non effugerunt infamiam, velut unicum sanctitatis exemplum suspexit: et quod illi difficillimum est, cui etiam periculosi sales placent, omnem verborum licentiam continuit: et hodie similem illi, quamvis nunquam speret, semper optat. Multum erat, si per sexdecim annos illam provincia probasset: plus est, quod ignoravit. Hæc non ideo refero, ut ejus laudes exequar, quas circumscribere est, tam parce transcurrere; sed ut intelligas magni animi esse fœminam, quam non ambitio, non avaritia, comites omnis potentiæ et pestes, vicerunt.'

h *In animo, revolvente iras*] Verum id ejus ingenium erat, ut offensarum crebro reminisceretur, easque animo revolveret; itaque licet primus calor irarum apud eum deferbuisset, tamen ut flamma sub cineribus occultata, crebra recordatione, quasi ventilata, subinde reviviscebat.

guerat, memoria valebat. Pisonem Q. Granius[1] [i] secreti sermonis incusavit, adversum majestatem[j] habiti: adjecitque, 'in domo ejus venenum esse,[k] eumque gladio accinctum introire curiam.'[l] Quod, ut atrocius vero,[m] tramissum: ceterorum, quæ multa cumulabantur, receptus est reus; neque peractus, ob mortem opportunam.[n] Relatum et de Cassio

iræ deferbuerat, odii *memoria vigebat. Q. Granius arguit Pisonem arcani sermonis contra principem prolati; additque* habere in penatibus venenum, eumque venire in senatum ferro cinctum: *quod ut majus vero posthabitum spretumque: ceterorum quæ plurima ingerebantur quasi reus accusatus est: neque tamen peracta accusatio ob mortem maturam,* ut in tali discrimine. *Actum etiam de Cassio*

1 Ita merito Lipsius et recentiores. Corrupte Beroaldus et veteres, *Pisonemque gravius.* Idem.

NOTÆ

[i] *Pisonem Q. Granius*] *Granii* Romæ non ignoti, jam inde a Lucilii ævo, apud quem Granius præco; et infra lib. VI. 'Granius Martianus;' supra lib. I. 'Granius Marcellus.'

[j] *Adversum majestatem*] Arguit secretis sermonibus majestatem principis violavisse. *Freinsh.*

Majestas alias personas resque complectebatur; nempe matrem, uxorem, filios, totam domum Cæsarum, ut par est.

[k] *Venenum esse*] Quo fine? an ut Cæsari præberet, an potius ipse in necessitate uteretur, atque ita liberior scilicet, proviso exitu, ferociorque agitaret? Et apparet ita mox factum, ac mortem sumsisse.

[l] *Gladio accinctum introire curiam*] Cape gladium istum, non pro *ense,* sed pro *pugione.* Ensis erat longior, pugio in latere dextro, vel in collo, vel sub axilla; ensis in sinistro. Suet. Aug. 35. 'Ferro cinctum præsedisse, et lorica sub veste munitum, neminemque admissum Senatorum, nisi prætentato sinu.'

Et Calig. 12. 'Intrasse se cum pugione in cubiculum Tiberii dormientis, et misericordia correptum, abjecto ferro discessisse.' Idem in Claud. 35. 'Salutatoribus scrutatores semper apposuit;' id est, qui scrutarentur an essent accincti pugione.

[m] *Ut atrocius vero*] Sed hæc, velut atrociora quam ut credi possent, non admissa sunt.

[n] *Neque peractus, ob mortem opportunam*] Vide L. Defuncto D. De pub. judic. et L. in Senatuscons. D. ad S. C. Turpilianum. Fallit tamen in Majestate, sed hic tantum de sermone agebatur. *Muretus.*

Pisonem ipsum sibi necem conscivisse licet suspicari possimus, tamen pro Taciti verbis aut sensu venditare non debemus. Quod 'mortem opportunam' hic vocat Tacitus, id 'maturam' Florus III. 17. 'Imparem Drusum, ægrumque rerum temere motarum, matura, ut in tali discrimine, mors abstulit.'

Ubi simillimum locum huic Corneliano maxime annotavi ex Livio VI. 1. de Q. Fabio est, et alius Plinii epist. II. 11. 'Honoratum cognitione senatus mors opportuna subtraxit.'

Ob mortem opportunam] An se suo veneno interemerit Piso incertum,

Severo[o] exule, qui sordidæ originis, maleficæ vitæ, sed orandi validus, per immodicas inimicitias,[p] ut judicio jurati Senatus[q] Cretam amoveretur,[r] effecerat: atque illic eadem

Severo in exilium pulso, qui ignobili loco, profligatis pessimisque moribus, sed in dicendo vehemens, nimias offensiones in se concitaverat, ita ut decreto patrum jurejurando obstrictorum Cretam ablegaretur: atque illic eadem usurpando, novas pris-

NOTÆ

nec patet ex Taciti verbis: an quæsita an fortuita morte perierit, dubium. Nam mors hominis *opportuna* esse et dici potuit, etiam si violenta, etiam si conscita et quæsita veneno fuerit.

Patet ex loco Flori allato, ubi de Druso, quem 'matura ut in tali discrimine mors abstulit:' quæ tamen mors Drusi ita fuit *matura*, seu *opportuna*, ut tamen maturata, quæsita, et violenta fuerit.

Nam Velleio teste Drusus, 'in atrio domus suæ cultello percussus, qui affixus lateri ejus relictus est, intra paucas horas decessit.' Dicitur *matura* vel *opportuna* talis mors, respectu discriminis, non respectu hominis.

[o] *Cassio Severo*] Qui primus flexisse dicitur ab illa recta et vetere dicendi via, non infirmitate ingenii, sed judicii: quem et historiam scripsisse comperior ex Tertulliani Apologet. et Suetonii Vitellio, cap. 11. Ejus laudes vide apud Senecam patrem lib. III. Controver. initio. *Lipsius.*

[p] *Per immodicas inimicitias.* Severus erat in paucis clarissimus orator: sed *inimicitiarum* appetens, ut Trio. Tac. Annal. v. Nam Trio facilis capessendis inimicitiis, et foro exercitus:' easque sine modo exercens: quapropter a Tiberio seponitur in Cretam, quo in loco veteres artes non oblitus, interdicto aquæ et ignis, in Seriphium Saxum clausus est.

Sed cur Tiberius, qui nimis delatoribus favebat, hunc districtum accusatorem seposuit et interdixit? Respondet noster; 'quia scelerum ministros ut perverti ab aliis nolebat, ita plerumque satiatus, et oblatis in eandem operam recentibus, veteres, et prægraves afflixit.'

[q] *Ut judicio jurati Senatus*] Quod sub Augusto ei accidit, scriptis etiam librisque abolitis. Sueton. Calig. cap. 16. Noster supra, lib. 1. ait, 'judicio jurati senatus:' quod erat, cum senatus Deum testem advocabat, se censiturum, quod e fide sua, reque publica videretur.

Livius lib. XLII. 'Ut juratus Senatus decerneret, qui eam rem quæreret decerneretque.' Lib. XXX. 'Patres igitur jurati (ita convenerat) censuerunt, uti consules provincias inter se compararent.'

Appianus l. II. Civil. Τούτου μόνου δεξάμενοι τὸ λεχθὲν οἱ ἕτεροι, ᾔτουν σφίσι ψῆφον ἀναδοθῆναι περὶ τοῦ Καίσαρος ἐπὶ ὅρκῳ: 'Cum illius unius approbassent verba, alii postulabant sibi dari suffragium de Cæsare juratis.' Tacitus hoc ipso libro: 'P. Suillium amovendum in insulam censuit tanta contentione animi, ut et jurejurando obstringeret e repub. id esse.'

Morem eum postea obtinuisse in omni senatu, idque lege quadam Trajani, colligas ex Plinii verbis, Epistol. lib. v. 'Quinetiam Dextrum, qui primus diversum censuerat, perlata lege de senatu habendo, jurare coëgit e republica esse quod censuisset.'

Græci id vocabant ἱερὰν συμβουλήν: et formula ejus eleganter expressa apud Xenophontem περὶ ἀναβάσεως

actitando, recentia veteraque odia advertit; bonisque exutus, interdicto igni atque aqua,[s] saxo Seriphio[t] consenuit.[u]

22. Per idem tempus Plautius Silvanus,[v] Prætor, incertis

casque inimicitias excivit, opibusque spoliatus, prohibitusque igni et aqua, scopulo Seriphio usque ad senectutem vixit.

Eadem tempestate Plautius Silvanus prætor (cur id egerit causa latet) uxorem

NOTÆ

Κύρου, lib. v. in oratione Hecatonymi: Εἰ *μὲν συμβουλεύοιμι ἃ βέλτιστά μοι δοκεῖ εἶναι, πολλά μοι ἀγαθὰ γένοιτο· εἰ δὲ μὴ, τἀναντία. αὕτη γὰρ ἱερὰ συμβουλὴ λεγομένη εἶναι δοκεῖ μοι παρεῖναι*: 'Si quidem consuluerim quæ mihi optima esse videntur, precor ut mihi plurima felicitas contingat; si vero non, contraria mihi eveniant.'

Sed is mos quando primum cœpit, haud temere dixerim. Puto tamen Coriolani ævo: in cujus causa Tribuni plebis volunt, et impetrant, 'ut Senatus juratus sententiam dicat, uti solet in consessu judicum.' Dionys. lib. VII. *Lipsius.*

[r] *Cretam amoveretur*] Quia viros fœminasque illustres procacibus scriptis diffamaverat: supra lib. I. Ejus scripta S.C. abolita, Caligula requiri, et esse in manibus, lectitarique permisit. Suet. in Calig.

[s] *Igni atque aqua*] Aqua et ignis (inquit Festus) tam interdici solet damnatis, quam accipiunt novæ nuptæ: videlicet, quia hæ duæ res humanam maxime vitam continent. Itaque funus prosecuti redeuntes ignem supergrediebantur, aqua aspersi, quod purgationis genus vocabant suffitionem. De aqua et igni Lactantius lib. II. Instit. ita habet. 'Alterum enim quasi masculum elementum est, alterum quasi fœmininum: alterum activum, alterum patibile. Ideoque a veteribus institutum est, ut sacramento ignis et aquæ nuptiarum fœdera sanciantur, quod fœtus animantium calore et humore corporentur, atque animantur ad vitam. Cum enim constet omne animal ex anima et corpore, materia corporis in humore est, anima in calore, quod ex avium fœtibus datur sciri, quos crassi humoris plenos, nisi opifex calor foverit, nec humor potest corporari, nec corpus animari. Exulibus quoque ignis et aqua interdici solebat: adhuc enim videbatur nefas, quamvis malos, tamen homines supplicio capitis afficere. Interdicto igitur usu earum rerum quibus vita constat hominum, perinde habebatur ac si esset, qui eam sententiam exceperat, morte multatus. Adeo ista elementa prima sunt habita, ut nec ortum hominis, nec sine iis vitam crediderint posse constare.'

[t] *Saxo Seriphio*] Vere *Saxo*. Vide Strabonem l. x. Hoc est, in ista insula adeo saxosa, ut revera nihil sit aliud præter saxum.

Saxo Seriphio] In Seriphio parva atque saxosa insula consenuit. Vide notas l. II. c. 85.

[u] *Consenuit*] Bene *consenuit*. Nam annis XXV. in exilio hæsit. Eusebius Chronicis: 'Cassius Severus orator egregius XXV. exilii sui anno, summa inopia, moritur: vix panno verenda contectus.' *Lipsius.*

[v] *Plautius Silvanus*] Similis at non eadem res narrata Quintiliano VII. 3. 'Id autem genus, de quo novissime dixi, non solum in scholis sæpe tractatur, sed etiam in foro. Nam id est

causis,[w] Aproniam conjugem in præceps jecit: tractusque ad Cæsarem ab L. Apronio socero, turbata mente[x] respondit, tanquam ‘ipse somno gravis atque eo ignarus, et uxor sponte mortem sumsisset.’ Non cunctanter Tiberius pergit in domum, visit cubiculum; in quo reluctantis et impulsæ vestigia[y] cernebantur. Refert ad Senatum, datisque judicibus, Urgulania,[z] Silvani avia, pugionem nepoti misit. Quod perinde creditum, quasi Principis monitu, ob amicitiam Augustæ cum Urgulania. Reus, frustra tentato ferro, venas præbuit exsolvendas. Mox Numantina, prior uxor[a] ejus, accusata, ‘injecisse carminibus et veneficiis vecordiam marito,’ insons judicatur.

23. Is demum annus Populum Romanum longo adversum Numidam Tacfarinatem bello absolvit. Nam priores Duces,

Aproniam per fenestras *præcipitavit; raptusque ad principem ab L. Apronio socero, attonito animo respondit, quasi* ipse somno sopitus, ideoque inscius fuisset, et quasi fœmina ultro mortem sibi conscivisset. *Haud mora Tiberius in domum* Plautii *se confert, spectat cubiculum, in quo resistentis et vi adactæ indicia videbantur. Id refert apud patres, datisque judicibus, Urgulania Silvani avia ferrum nepoti misit. Quod juxta acceptum, ac si nutu et sponte Cæsaris* misisset, nempe, *ob familiaritatem Urgulaniæ cum Augusta. Silvanus frustra pugionem expertus,* percussori seu medico *venas secandas obtulit. Deinde Numantina, prior conjux illius, insimulata* intulisse amentiam Plautio viro incantationibus et maleficiis, *innocens criminis absolvitur.*

Eo tandem anno populus Rom. diuturno adversus Numidam Tacfarinatem bello liberatur. Primi enim duces, statim atque viderant res a se gestas obtinendis

NOTÆ

in causa Nævii Apruniani (lego *Nonii Aproniani*) solum quæsitum, præcipitatane esset ab eo uxor, an se ipsa sua sponte jecisset. Quam actionem equidem solam in hoc tempus emiseram, quod ipsum fecisse seductum juvenili cupiditate gloriæ fateor.’

De alio Plautio lapis: quem retulit hoc loco Lipsius. De illo est, qui se retulit ovantem ex Britannia, qui Claudii Cæsaris comes in illa expeditione. Vide Gruteri inscriptiones. p. 403.

[w] *Incertis causis*] Silvanus prætor (incerta causa est) conjugem suam Aproniam ex cubiculo suo præcipitavit.

[x] *Turbata mente*] Turbato trepidoque animo respondit, quasi dormiente se, eoque ignaro, ipsa sponte sibi mortem conscivisset.

[y] *Reluctantis et impulsæ vestigia*] *Impulsæ* est, cum reniteretur, vi protrusæ. *Vestigia*, usitata translatione, pro quibusvis signis interpretor, quorum certe plura tum atque manifestiora, quam ex vestigiis pedum, haberi potuerunt. *Freinshemius.*

[z] *Urgulania*] Urgulanii in gente Plautia sunt. Lapis: A. PLAVTIVS. M. F. VRGVLANIVS. Et Suetonii Claudio Plautia *Urgulanilla*, non *Herculanilla*, ejus uxor.

[a] *Prior uxor*] Quæ antea in matrimonio Silvani fuerat, et ab eo diverterat, &c.

ubi impetrando[1] triumphalium insigni sufficere res suas crediderant, hostem omittebant: jamque tres laureatæ[b] in urbe statuæ, et adhuc raptabat[2] Africam Tacfarinas, auctus Maurorum auxiliis, qui, Ptolemæo, Jubæ filio,[c] juventa incurioso, libertos regios,[d] et servilia imperia[e] bello mutaverant. Erat illi prædarum receptor ac socius populandi Rex Garaman-

triumphalibus ornamentis pares esse, hostem relinquebant; jamque tres in civitate imagines triumphales erant, *et adhuc agere et ferre Africam non desinebat Tacfarinas, firmatus Maurorum copiis, qui, Ptolemæo Jubæ filio per ætatem incauto, et negligente curam rerum, libertorum aulicorum impotentiam et servorum ingenia spernentes, bellum maluerant. Partas latrociniis opes recipiebat, et consocius ei præ-*

1 Ita Lipsius et recentiores. Male Beroaldus, *sub impetrando.* In mediis quibusdam editionibus, *sibi impetrando.*—2 Sic Beroaldus, et optimæ notæ editiones. In editione Gryphii et quibusdam aliis, *reptabat.* Brotier.

NOTÆ

[b] *Tres laureatæ*] Furii Camilli, L. Apronii, Junii Blæsi. De statuis triumphalibus, Plinius, et Tacitus in Agricola: 'igitur triumphalia ornamenta, et illustris statuæ honorem, et quicquid pro triumpho datur, multo verborum honore cumulata decerni jubet.'

[c] *Ptolemæo Jubæ filio*] Quem Caius postea interfecit. Sueton. cap. 26. 'Ptolemæum regis Jubæ filium consobrinum suum (erat et is M. Antonii ex Selena filia nepos) interfecit.' Seneca de Tranquillitate: 'Ptolemæum regem Africæ, Mithridatem Armeniæ, inter Caianas custodias vidimus. Alter in exilium missus est: alter, ut meliore fide mitteretur, optabat.' Ex verbis Senecæ apparet dimissum Ptolemæum, sed per viam jussu Caii interfectum.

[d] *Libertos regios, &c.*] Apud exteros enim reges, id moris plerumque, ut maxime liberti pollerent. Tac. de moribus Germ. 'Liberti non multum supra servos sunt: raro aliquod momentum in domo, nunquam in civitate; exceptis duntaxat iis gentibus, quæ regnantur: ibi enim et super ingenuos et super nobiles ascendunt.'

Nimiam tamen libertorum potentiam omnibus populis, quamvis assuetis, gravem fuisse, argumento sit ingenua ista Maurorum pubes, quæ servitutem inhonestam bello mutavit. *Pichena.*

Libertos regios, et *servilia imperia*, de eadem re puto accipi; non etiam quasi servi quoque aliquid in regno potuerint.

Ita *libertis* potentioribus sæpe exprobratam tolerati servitii memoriam reperio; ut cum Narcisso tribunal conscendente Britannicus exercitus conclamavit, 'Io Saturnalia,' apud Dionem l. LX. et apud nostrum Hist III. 48. plane eodem modo *servile bellum* appellatur, quod libertus conciverat. *Freinsh.*

[e] *Servilia imperia*] Maurorum copiis auxiliaribus auctus, qui impatientes libertorum regiorum, quibus Ptolemæus Jubæ filius, neglectam a se juvenili incuria, regni administrationem permittebat, tædio servilium jussorum imperiorumque in arma ierant.

tum; non ut cum exercitu[f] incederet, sed missis levibus copiis, quæ ex longinquo in majus audiebantur: ipsaque e provincia,[g] ut quis fortunæ inops,[h] moribus turbidus, promtius ruebant, quia Cæsar, post res a Blæso gestas, quasi nullis jam in Africa hostibus, reportari nonam legionem jusserat: nec Proconsul[3] ejus anni, P. Dolabella,[i] retinere ausus erat, jussa Principis[j] magis, quam incerta belli, metuens.

24. Igitur Tacfarinas, disperso rumore,[k] 'rem Romanam

dandi, erat *Rex Garamantum, non ita ut* ille *cum copiis ingrederetur, sed misso expedito agmine, quæ* copiæ, ut *ex remoto, in majus* vero *fama vulgabat; et ex ipsa Africa, ut quis rei familiaris egens*, aut *ingenio turbulentus, promtius affluebant, quippe Tiberius post expeditionem Blæsi, tanquam nullus jam in Africa hostis esset, imperaverat, ut reduceretur nona legio; nec legatus qui eo anno præerat Africæ, P. Dolabella, eam retinere ausus erat, magis formidans imperia Cæsaris, quam belli discrimina.*

Itaque Tacfarinas, sparsa fama imperium Rom. discerpi etiam ab aliis genti-

3 *Proconsule* Gronovius.

NOTÆ

[f] *Cum exercitu*] Non quod rex palam seu consilio publico exercitum mitteret, sed tantum clam leves copias submittebat, aut transire patiebatur tacito consensu, ut plerumque fit etiam apud nos.

[g] *Ipsaque e provincia*] Non de nihilo adjectum est pronomen emphaticum. *Provincia* hic intelligitur angustiore significatu, pars Africæ jam olim imperio Rom. subdita: ideoque hic a Numidis, Mauris, et Garamantibus distinguitur.

Sicut in Sallust. Jugurth. 44. Non enim illi tantum, ait, Tacfarinatem juverunt, sed *ipsa ex provincia* multi: *ipsa provincia* dicitur hoc loco, quæ postea *vetus* appellari cœpit: nisi tamen jam tum sic appellari cœperat, sed nondum inolito satis, receptoque vocabulo.

Clarum id ex Appiano IV. Civil. 'Libyæ eam partem seu provinciam Romani etiam tum vocant veterem, quam abstulerunt Carthaginensibus, quam vero Juba Rex habuit, et postea acceperunt sub Caio principe, ideoque appellant novam Libyam, eaque Numidica dici possit.' Sic et Germaniæ fuerunt divisæ: vide quæ notavi ad I. 58. 'Sedem vetere in provincia.' *Freinsh.*

[h] *Ut quis fortunæ inops*] Quanto quisque pauperior turbulentiorque, tanto promtius spe prædarum confluebant.

[i] *Proconsul ejus anni P. Dolabella*] Cujus memoriam in Illyrico servat lapis: P. CORNELIO DOLABELLÆ. COS. VII. VIRO. EPVLONI SODALI. TITIENSI LEG. PRO. PR. DIVI. AVGVSTI ET. TI. CÆSARIS AVGVSTI CIVITATES. SUPERIORIS PROVINCIÆ HILLYRICI. *Lipsius.*

[j] *Jussa principis*] Quin magis metuendum sibi principem crederet, si mandata ejus non statim exequeretur, quam incommoda, quæ forte ex quocumque belli casu nasci possent.

[k] *Disperso rumore*] Divulgat famam Rom. imperium ab aliis quoque nationibus, aliis locis invadi trahique.

aliis quoque ab nationibus lacerari, eoque paulatim Africa decedere, ac posse reliquos circumveniri,[l] si cuncti, quibus libertas servitio potior, incubuissent,' auget vires, positisque castris, Thubuscum oppidum[m] circumsidet. At Dolabella, contracto quod erat militum, terrore nominis Romani, et, quia Numidæ peditum aciem ferre nequeunt, primo sui[1] incessu solvit obsidium, locorumque opportuna permunivit: simul Principes Musulanorum,[n] defectionem cœptantes, securi percutit. Dein, quia pluribus adversum Tacfarinatem expeditionibus cognitum, non gravi, nec uno incursu consectandum hostem vagum; excito cum popularibus Rege Ptolemæo, quatuor agmina parat, quæ Legatis aut[2] Tribunis data: et prædatorias manus delecti Maurorum duxere: ipse consultor aderat omnibus.[o]

25. Nec multo post affertur, 'Numidas apud castellum

bus, ideoque sensim abscedere Africa Romanos, et ceteros qui remanerent posse intercipi, si omnes quibus libertas servitute carior ingruerent, *firmat copias, factisque munimentis, urbem Thubuscum obsidione cingit. At Dolabella, coactis quotquot aderant militaribus copiis, metu nominis Rom. et quia Numidæ pedestri agmini sustinendo impares sunt, primo sui ingressu, obsidione liberavit urbem, et locorum idonea castellis firmavit. Simulque interfici pro jure suo jubet proceres Musulanorum rebellionem agitantes. Exin quia longo adversus Tacfarinatem bello compertum erat, non stabili, nec uno agmine insequendum* esse *hostem palabundum, accersito rege Ptolemæo cum Mauris suis, quatuor agmina disponit, quæ legatis ac tribunis tradita; et latrocinii more palanti militi præfuere Mauri lectissimi; ipse monitor cunctis aderat.*

Paucis interjectis diebus, nuntiatur Numidas, structis fixisque tuguriis substi-

1 *Sui*, deletum vult Acidalius; vel mutatum in *statim*. Bene: sed vulgata scriptura nihil peccat. *Brotier.*

2 Ita Ms. Flor. Jac. Gronovius et recentiores. Beroaldus, *ac tribunis*. Id.

NOTÆ

[l] *Circumveniri*] Pro interfici, ut supra quoque occurrit I. 68. *Freinsh.*

[m] *Thubuscum oppidum*] Mauritaniæ Cæsariensis; alias Tubusuptus, et Succubæ dictum. *Lipsius.*

Thubuscum] Tubusuptus, urbs Mauritaniæ Cæsariensis, vel Sitifensis, ad Audum fluvium: hodie forsan *Couco*, oppidum tractus Gezairæ, in regno Algerii. Ex Ptolem. et Sansone. *Tillemon.*

[n] *Musulanorum*] Musulani. Vide notas II. 52.

[o] *Ipse consultor aderat omnibus*] Hoc non eam modo significationem habet, Dolabellam summum in omnes imperium tenuisse, ut quidam acceperunt; verum curam ducis potius innuit: qui, ut de Metello Sallust. Jugurtha 45. tradit, 'in primis modo, modo in postremis, sæpe in medio aderat.'

semirutum, ab ipsis quondam incensum, cui nomen Auzea,[p] positis mapalibus[q] consedisse; fisos loco, quia vastis circum saltibus claudebatur.' Tum expeditæ cohortes alæque, quam in partem ducerentur ignaræ, cito agmine rapiuntur. Simulque cœptus dies, et concentu tubarum, ac truci clamore aderant semisomnos in barbaros: præpeditis Numidarum equis,[r] aut diversos pastus pererrantibus. Ab Romanis confertus pedes, dispositæ turmæ, cuncta prælio provisa: hostibus contra, omnium nesciis, non arma, non ordo, non consilium: sed pecorum modo[s] trahi, occidi, capi.

tisse apud propugnaculum fere dirutum, ab ipsis olim crematum, quod vocant Auzea, fidentes situ loci, ut qui immensis undique sylvis cingeretur. *Tum promtæ cohortes, et alæ raptim ducuntur, inscia quam in regionem traherentur: statimque orta luce, et clangore tubarum, atrocique vociferatione invadebant semisopitos barbaros, pedica vinctis jumentis Numidarum, aut per varia pascua palantibus. Ab Romanis compositum densumque pedestre agmen, ordinatæ alæ equitum, omnia certamini parata: contra Numidis* rerum *omnium ignaris, non tela, non acies, non mens, non ratio aut prudentia; sed ritu pecorum interfici, trahi, rapi,*

NOTÆ

[p] *Auzea*] Vel Auzina et Auzia, urbs Mauritaniæ Cæsariensis, prope Audum fluvium. Ex chart. Ptolem. IV. 2. *Tillemonius.*

[q] *Positis mapalibus*] Quod signum erat longioris moræ, quam ibi trahere constituissent. Quidam vertunt *tentoria fixisse.* Verum aliud sunt *tentoria*, aliud *mapalia.* Hanc enim Numidicam vocem esse, sicut et rem ipsam, tradit Sallust. Jug. 18. 'Ædificia Numidarum agrestium, quæ mapalia illi vocant, oblonga, incurvis lateribus tecta, quasi navium carinæ sunt.' Ideoque non memorantur ferme, præterquam in rebus Numidarum, aut certe Afrorum. Ita supra III. 74. 'Mutantem mapalia Tacfarinatem.' Hist. IV. 50. 'inaccessa mapalium.'

[r] *Præpeditis Numidarum equis*] Pro *compeditis:* πεποδισμένους appellat Xenophon loco per omnia huic simili l. III. παιδ. de Assyriis πεποδισμένους γὰρ ἔχουσι τοὺς ἵππους ἐπὶ ταῖς φάτναις, καὶ εἴ τις ἐπ' αὐτοὺς ἴοι, ἔργον μὲν νυκτὸς λῦσαι ἵππους, ἔργον δὲ χαλινῶσαι, ἔργον δὲ ἐπισάξαι: 'Quippe habent suos equos pedicis vinctos ad præsepia, et si quis illos invaderet, difficile, utpote noctu, foret, solvere equos, difficile etiam frænum et sellam imponere.' Atque eadem de Persis ἀνάβ. l. III. οἵ τε γὰρ ἵπποι αὐτοῖς δέδενται, καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ πεποδισμένοι εἰσὶ τοῦ μὴ φεύγειν ἕνεκα, εἰ λυθειήσαν: 'Equi ipsis alligati erant, et ut plurimum compediti, ne fugerent, si soluti essent.'

Ab his igitur Persis, progenitoribus suis (Sallust. Jug. c. 18. vide) fortassis hunc morem retinuerunt Numidæ.

[s] *Pecorum modo*] Hoc est ovium, nam hæ inprimis intelliguntur, quæ minime omnium animalium trahenti repugnant; et pecoris appellatione quandoque tantum ovilla pecora intelliguntur. Sicut apud Plinium. VIII. 47. 'Magna et pecori gratia,' &c. Et deinceps eo et seqq. capp. sæpius. *Freinshemius.*

Infensus miles memoria laborum, et adversum eludentes optatæ toties pugnæ, se quisque ultione et sanguine explebant. Differtur per manipulos, ' Tacfarinatem omnes, notum tot præliis, consectentur: non, nisi Duce interfecto, requiem belli fore.' At ille, dejectis[1] circum stipatoribus, vinctoque jam filio, et effusis[2] undique Romanis, ruendo in tela, captivitatem haud inulta morte effugit. Isque finis armis impositus.

26. Dolabellæ petenti abnuit triumphalia Tiberius, Sejano tribuens, ne Blæsi,[t] avunculi ejus, laus obsolesceret. Sed neque Blæsus ideo illustrior, et huic negatus honor[u] gloriam intendit. Quippe minore exercitu, insignes captivos, cædem Ducis, bellique confecti famam deportarat. Sequebantur et Garamantum legati, raro in urbe visi, quos, Tacfarinate cæso, perculsa gens, et culpæ nescia,[1][v] ad

Infestus ira *miles* Rom. *cum reputaret animo difficultatem* inveniendi vincendique hostis, *et contra frustrantem toties desideratam pugnandi copiam, quisque se vindicta et cruore satiabant. Spargitur per omnes cohortes* imperium ducis, *nempe* ut cuncti persequantur Tacfarinatem tot expeditionibus cognitum: nullum finem belli fore, nisi occiso duce. *At ille cæsis circum custodibus, captoque jam filio, et erumpentibus undequaque Romanis, irruens in arma, carcerem custodiasve haud incruenta morte vitavit. Isque exitus belli fuit.*

Negavit Tiberius triumphi insignia postulanti Dolabellæ, id concedens Sejano, ne sic *decus Blæsi avunculi illius obliteraretur. Sed neque Blæsus propterea clarior, et huic non tributum decus honorem auxit. Nam minus validis copiis, nobiles captivos, necem Tacfarinatis, et belli patrati gloriam retulerat. Adveniebant etiam Garamantum oratores raro conspecti Romæ, quos Tacfarinate victo exterrita natio,*

1 Ita Gronovius et recentiores. Beroaldus, *delectis.* Emendabat Mercerus, *disjectis:* Pichena, *deletis.* Brotier.—2 Tentat Lipsius, *offusis.*

1 Hæc lectio haud tolerabilis. Supra enim XXIII. regem Garamantum ' prædarum receptorem ac socium populandi' dixit: ergo gens Garamantum

NOTÆ

[t] *Ne Blæsi*] Ne Blæsi avunculi ejus, qui ex eodem hoste triumphi insignia retulerat, pluribus communicata laus vilesceret.

[u] *Negatus honor*] Sic de Ælio Lamia l. VI. ' Et non permissa provincia dignationem addiderat.'

[v] *Perculsa gens, et culpæ nescia*] Licet hæc gens latrociniis infamis esset, noster histor. IV. 50. nihilominus ea in ejusmodi populationibus erat extra crimen: quod eorum rex, clam ceteros, proprium satellitium Tacfarinati suppeditaverat: ' Ut non cum exercitu incederet, sed missis levibus copiis:' ideo, ' nescia culpæ.'

At non congruit ut præsentes fugeret, quod longinqui non ignorabant; ' quæ ex longinquo in majus audiebantur.' Quid si Garamantes

satisfaciendum Populo Rom. miserat. Cognitis dehinc Ptolemæi per id bellum studiis, repetitus[w] ex vetusto mos,[x] missusque e Senatoribus, qui scipionem eburnum, togam pictam, antiqua Patrum munera,[y] daret, ‘ Regemque[z] et socium atque amicum’ appellaret.

27. Eadem æstate mota per Italiam servilis belli semina fors oppressit. Auctor tumultus T. Curtisius,[1] quondam

et criminis inscia, ad placandum populum Rom. venire jusserat. Exin compertis Ptolemæi meritis, durante eo bello, renovatum ex prisca memoria institutum est, missusque unus e Patribus, qui sceptrum eburneum, vestem palmatam, quæ *vetera senatus dona* fuerunt, *largiretur ;* regemque, et socium, et amicum *vocaret.*

Eodem anno conciti in Italia servilium armorum motus, fortuito casu extincti sunt. Dux motorque seditionis T. Curtisius olim inter prætorianos merens, initio

non potuit fuisse ‘ nescia culpæ.’ Quod cum animadvertisset Lipsius, legit, *et culpæ conscia.* Levior erit mutatio, *nec culpæ nescia.* Sic 32. ‘ non nescius sum.’ *Ryckius.* Homerus habet *nec,* Ryckius *et,* sed *nec* in margine.

1 Mallet Reinesius, *Curtilius,* quod quidam *Curtilius* memoretur apud Tullium ad Attic. XIX. Ep. 6. apud Tacitum Annal. XIII. 56. Levior hæc mu-

NOTÆ

ad eam faciem regnabantur, qua nunc Sarmatæ ? *legati Garamantum,* non *legati regis Garamantum.*

Potuit itaque Rex, gente non consulta, latrociniis operam dedisse. At illa ‘ nescia culpæ’ dicitur, quod suo consensu id factum non sit. Virgil. Æneid. XII. ‘ Sancta ad vos anima, atque istius inscia culpæ Descendam.’ *Freinshemius.*

Perculsa gens] Territa ea natio et delicti sui conscia ad deprecandum Romam miserat : sic qui legunt *conscia,* sed frustra.

[w] *Repetitus*] Relato ex antiquitate more, senator ad eum missus est, qui sceptrum eburneum togamque pictam, sicut olim ab senatu dono dari solebant, deferret, regisque et socii nomina a senatu populoque Rom. ei tribui diceret.

[x] *Ex vetusto mos*] Livius l. XXX. ‘ Ibi Masinissam primum regem appellatum, eximiisque ornatum laudibus, aurea corona, aurea patera, sella curuli eburnea, et scipione eburneo, toga picta, et palmari tunica donat, addit verbis honorem.’

[y] *Antiqua patrum munera*] Et valde quidem antiqua. Siquidem Porsennæ regi ea missa lego apud Dionysium l. v. ‘Η δὲ τῶν ‘Ρωμαίων βουλὴ μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τῶν Τυῤῥηνῶν συνελθοῦσα, ἐψηφίσατο Πορσένῳ μὲν πέμψαι θρόνον ἐλεφάντινον καὶ σκῆπτρον καὶ στέφανον χρύσεον καὶ θριαμβικὴν ἐσθῆτα, ὑφ' ἧς οἱ βασιλεῖς ἐκοσμοῦντο : ‘ Senatus Rom. postquam discesserunt Etrusci, vocatus, decrevit mittere Porsennæ sellam eburneam, et scipionem, et coronam auream, triumphalemque vestem, qua reges exornabantur.’ Nec prius vestigium, opinor, ejus ritus.

[z] *Regemque*] A Senatu reges appellabantur. Cic. pro Sextio. ‘ Primum igitur in eo peccat Clodius, quod reges per populum, non per senatum appellat ; deinde quod eos appellat, qui id nunquam, non modo a populo, sed ne a senatu quidem postularint.’

prætoriæ cohortis miles, primo cœtibus clandestinis, apud Brundisium et circumjecta oppida; mox, positis propalam libellis, ad libertatem vocabat agrestia per longinquos saltus et ferocia servitia: cum, velut munere Deum, tres biremes appulere ad usus commeantium illo mari. Et erat iisdem regionibus Curtius Lupus Quæstor, cui provincia, vetere ex more, Cales[2] [a] evenerat. Is, disposita classiariorum

secretis conciliabulis Brundisii et in vicinis civitatibus, mox propositis publice codicillis, ad libertatem excibat ergastula, seu mancipia, quæ amotas procul sylvas, ferocia atque audacia persultabant, *cum veluti numine et beneficio Deorum, tres biremes advenere ad commercia navigantium illo æquore. Et erat in iisdem locis Curtius Lupus quæstor, cui provincia ex prisco instituto Cales obtigerat. Is in-*

tationis causa. *Brotier.*—2 *Calles,* Ms. Flor. Editiones veteres, et inter recentiores Ryckius ac Gronovius. Lipsius et quidam alii emendant, *Cales,* quasi quæstor Lupus provinciam *Caleticam* obtinuerit. Nota quidem urbs Cales, nunc *Calvi,* de qua infra Annal. VI. 15. At de Caletica provincia nihil unquam auditum: nec juvat fingere, cum vulgata scriptura minime

NOTÆ

[a] *Cui provincia, vetere ex more, Cales*] Lege, *Calles.* Legimus in Tranquillo, in vita Julii c. 19. Provincias minimi negotii mandatas consulibus fuisse *Sylvas et Calles:* Sylvæ autem illæ et Calles fere in Apulia, et illo Italiæ tractu erant.

Callium autem nomine, *Saltus* intelligo, ubi pascere pecora solebant. Nam in saltibus sunt calles, a callo pedis pedum pecudum appellati. *Turnebus.*

Quod veteri mori tribuit Cornelius, primum Augustus constituit, ut Quæstores in ora maritima prope urbem, et aliis Italiæ locis præessent.

Et ita Cassius refert l. LV. cui non dissimile scripsit Ulpianus, de officio Quæstoris; ibi: 'Ex quæstoribus quidam solebant provincias sortiri ex Senatusconsulto, quod factum est D. Druso et Porcina Coss.'

Ejusmodi provincia *Cales* Quæstori Lupo evenerat, id est, ut idem et juris et imperii in eam haberet, quod proconsules aut præsides in exteris. Cales autem Italiæ civitas ab initio Ausonum, dein Romana colonia, tandemque municipium fuit. *Vertran.*

Cales evenerat] Utrum *Calles* hic legimus, an Cales? Si *Calles,* interpretor ex Suetonii loco, in Julio c. 19. 'Opera ab optimatibus data est, ut provinciæ futuris Consulibus minimi negotii, id est, sylvæ, callesque decernerentur.' Ut antiquitus quidem *calles,* (eo nomine intelligimus curam publicorum saltuum calliumque, in quibus pecora pascebantur, ære aliquo constituto) provincia Quæstorum fuerit: interdum, et Consulum, si bella nusquam, aut hostis.

Sed nec *Cales* mihi displiceat: ut in eo oppido Quæstoris fuerit sedes. Sic enim in Livio lego, Pisas consulibus decretas, Tarentum prætoribus: et l. XXV. 'Nero prætor Suessulam sortitur,' quibus oppidorum nominibus, loca scio intelligi vicina.

Veteri autem rep. ante Syllam, cum octo Quæstores essent, exque iis duo Militares, duo Urbani, satis constat

copia,[b] cœptantem cum maxime[3] conjurationem disjecit. Missusque a Cæsare propere Staius, Tribunus, cum valida manu, Ducem ipsum, et proximos audaciæ,[c] in urbem traxit, jam trepidam, ob multitudinem familiarum,[x] quæ gliscebat immensum, minore in dies plebe ingenua.

structo agmine classiariorum, erumpentemque tum præcipue conspirationem perculit disturbavitque: misitque statim Tiberius Staium tribunum cum firmis copiis, qui auctorem ipsum belli, *et intimos satellites, seu præcipua capita factionis Romam adduxit, jam anxiam et pavidam, ob numerum ingentem servitiorum, qui crescebat sine modo, deficiente minuenteque in dies populo libero.*

sit absurda. *Brotier.*—3 Ita Ms. Flor. Rhenanus et recentiores. Male Beroaldus, *tum maxime.* Idem.

NOTÆ

quatuor reliquos provincias in Italia, aut certe Sicilia habuisse, externis provinciis imperio nondum adjunctis. Eas puto sic constituendas; (quid enim, nisi arbitrium, interponam in re obscura?) *Aquariam*, vide antiquas meas l. I. c. 12. sive *Frumentariam*, Ostiæ: cujus mentio Ciceroni pro Cn. Plancio, pro Muræna: et Interrogatione in Vatinium testem, cui Quæstori ora tota maris inferi, subvectio frumenti, res nautica, aliaque talia curæ. Secundam *Gallicam* Arimini. Meminit Suetonius in Claudio, c. 24. 'Detracta Quæstoribus Ostiensi et Gallica provincia, curam ærarii Saturni reddidit.' Video ibi virum doctum velle, *callium provincia*: erudite fateor et acute; et tamen sustinet assensionem meam Plutarchi locus Sertorio: quem Quæstorem designatum ait Galliæ circumpadanæ. Ταμίας, inquit, ἀποδείκνυται τῆς περὶ Πάδον Γαλατίας. Tertiam Calibus, ad Vulturnum flumen: qui Quæstor tractui Campano Sidicinoque præfuit Brundisium usque. Quartam adhuc quæro; nisi si fuerit in Sicilia Lilybæi: argumento, quod ea prima provinciarum facta; et quod etiam inferiori ævo, cum missus illuc Prætor, semper in Sicilia duo Quæstores, Syracusanus et Lilybætanus. *Lipsius.*

Cales, hodie *Calvi* urbs terræ Laboris in regno Neapolitano.

[b] *Disposita classiariorum copia*] Dubia est interpretatio, pro militibus an remigibus habendi sint; nam illo sensu sæpe, ut XIV. 4. reperiuntur: magis tamen est, ut de militibus accipiamus, qui in biremibus iis fuerint, ut deducerent forte naves, et iis præsidio essent contra vim quamcumque.

Sic enim intelligo quod dixerat, 'ad usus commeantium illo mari:' non ut in ipsis his biremibus eos transportari reportarivè necesse fuerit.

Turbat hic quod interpretantur, *classiariis quibusdam* (indefinite) *subito coactis*: tanquam alii intelligerentur, quam qui in biremibus erant: alii ut nautæ potius videantur quam milites. *Freinsh.* Per *classiarios*, intellige, milites.

[c] *Proximos audaciæ*] Idem esse puto quod in celeberrima L. Quisquis *satellites*, interprete Cl. Godofredo. Abire videtur nonnihil, proximos auctores seditionis; nam in *proximis audaciæ* poterant esse, qui jam motæ et confirmatæ seditioni momentum attulerant. *Freinsh.*

28. Iisdem Consulibus, miseriarum ac sævitiæ exemplum atrox, reus pater, accusator filius, nomen utrique[1] Vibius[d] Serenus, in Senatum inducti sunt:[2] ab exilio[e] retractus, illuvieque ac squalore[f] obsitus et tum catena vinctus pater,[3]

Sub eorundem consulatu, calamitatum et crudelitatis horrendum atque immane exemplum extitit, sons pater, delator filius, vocabulum utrique Vibius Serenus, in curiam introducti sunt. Ab exilio reductus pater, sordido cultu et mœrore infor-

1 Ms. Flor. *nomen virique.* Infeliciter emendaverat Beroaldus, *nomen viri Q. Vibius Serenus.* Vere Lipsius, *nomen utrique Vibius Serenus.* Frustra J. F. Gronovius, *nomen utrisque Quintis Vibiis Serenis.* Brotier.—2 Addebat Acidalius, *inducti sunt: stabant ab exilio.* Mutabat Ernestus, *inducti: stabat ab exilio.* Nihil novandum. Assumta Pichenæ correctione, qua *sunt* mutatur in *senex*, totum locum ita constituunt editores Bipontini: *in Sinducti. Senex ... præparatur. adolescens* ... cet. Probabilis correctionis ratio uberius explicatur in notis adjectis ad calcem secundi voluminis. Dubitatio de verbo *perorare* ita tollitur, ut docte ostendatur, illud nonnunquam idem valere ac simplex *orare.* B. C. II. VI. 62, 3. *Idem.*—3 Lego: *perorante filio pater: paratus,* &c. Tò *pater* Lipsius Errico Memmio imputat, quod per abbrevia-

NOTÆ

Audaciæ proximos] Per *proximos*, intellige conjunctissimos auctores, fautores, consultoresque facinoris, qui propius assistebant duci, qui propius promtiusque juvabant illum consiliis, opibus, ministeriis, industria, viribus; qui non modo ' populares conjurationis,' ut habet Sallustius, sed duces et capita factionis erant; qui non tantum *secuti* erant *alterum*, sed et ipsi ' impietatis duces,' ut habet Tullius. Hi erant *proximi*, conscii facinoris et audaciæ, et ad quos propius spectabat scelerum scena.

Audaciæ proximos] Per *proximos* audaciæ intelligi tantum videntur conscii seu populares conjurationis, auctore Phædro, clarissimo divinæ domus liberto: ' Lupus arguebat vulpem furti crimine; Negabat ille se esse culpæ proximum.'

Itaque intellexerit Tacitus hoc loco socios seu conscios facinoris, non forte omnes, sed eos qui capti sunt cum duce, et si introscruteris mentem Taciti, forte præcipua tantum capita factionis tracta in urbem.

[x] *Jam trepidam, ob multitudinem familiarum*] Tacitus inter *servitia, et plebem ingenuam*, hoc est, liberis parentibus natam, comparationem instituit. *Freinsh.*

[d] *Nomen utrique Vibius*] Nec male legi possit; *reus pater accusator filius in senatum inducti sunt, nomen viri Q. Vibius Serenus ab exilio retractus.* Lipsius.

[e] *Ab exilio*] Sic lege: *ab exilio retractus, &c. perorante filio pater: adolescens, &c.* Certe comparat patrem cum filio, ambo ' in senatum inducti sunt;' ille ' ab exilio retractus, illuvieque ac squalore obsitus;' adolescens vero ' multis munditiis,' &c.

[f] *Squalore*] Sciendum est hujuscemodi sordes non a reis tantum assumi solitas esse, sed etiam ab iis quorum nomine rei postulabantur, quique injurias rapinasque perpessi ad senatum supplices veniebant, Prætorum, Proconsulum, provinciasque Rom. regentium expilationes expostulaturi; et interdum crudelitatem. Exemplum habet apud Cic. act. III. in Verr.

orante filio. Præparatus adolescens multis munditiis, alacri vultu: 'structas Principi insidias, missos[4] in Galliam concitores belli,' index idem et testis dicebat; annectebatque, 'Cæcilium Cornutum, Prætorium, ministravisse pecuniam:' qui tædio curarum,[g] et, quia periculum pro exitio habebatur,[h] mortem in se festinavit. At contra reus, nihil infracto animo, obversus in filium, quatere vincula, vocare 'ultores Deos, ut sibi quidem redderent exilium, ubi procul tali more ageret, filium autem quandoque supplicia sequerentur.' Asseverabatque, 'innocentem Cornutum et falsa exterritum: idque facile intellectu, si proderentur alii: non enim se cædem Principis et res novas uno socio cogitasse.'

29. Tum accusator 'Cn. Lentulum et Seium Tuberonem' nominat; magno pudore Cæsaris,[i] cum primores civita-

mis, et tum vinclis onustus, accusante filio: at contra ornatus juvenis, splendido cultu, facie hilari, delator idem et testis asseverabat, comparatas in Cæsarem insidias, jam ivisse in Galliam commotores belli: *adjiciebatque,* Cæcilium Cornutum prætorem suppeditavisse opes: *qui pertæsus molestias, et quia discrimen pro certa pernicie erat, necem in se properavit. At contra Vibius nequaquam exterritus, conversus in filium, catenas concutere* cœpit, *obtestarique* vindices Deos, ut se quidem in exilium reducerent, ubi longe a tali exemplo agitaret; filius tandem aliquando pœnas facinoris sui lueret. *Affirmabatque* insontem Cornutum, et inani pavore perculsum, idque promtum cognitu, si alii promerentur; quippe se non uno conscio agitasse necem principis et nova in rempub. consilia.

Tum delator indicat Cn. Lentulum et Seium Tuberonem, *magno dedecore Tiberii, cum accusarentur proceres urbis, et familiarissimi illius amici, Lentulus pro-*

tionem scriptum, *ptr*, peperit *præ. Paratus* vero structura poscit; sequitur enim *dicebat;* est autem ornatus, excultus. Cicero pro Cæcina c. 21. 'Armatos, si Latine loqui volumus, quos appellare vere possumus? opinor eos, qui scutis telisque parati, ornatique sunt.' *Ryckius.*—4 Ita Ms. Flor. editiones veteres et recentiores. In intermediis additum, *missosque.*

NOTÆ

'Nunc de miseria Siculorum judices audite: et Heraclius Syracusanus, et hic Bidinus Epicrates expulsi bonis omnibus Romam venerunt, sordidatique maxime barba et capillo, Romæ biennium prope fuerunt.'

[g] *Tædio curarum*] Virgil. 'Nunc nunc, O, liceat crudelem abrumpere vitam, Dum curæ ambiguæ, dum spes incerta futuri.'

[h] *Quia periculum pro exitio habebatur*] Hoc est, quia nullis reis evadentibus, idem putabatur accusari quod damnari. *Freinsh.*

[i] *Magno pudore Cæsaris*] Quod tam absurdum videbatur, ut ipse quoque Cæsar magno pudore afficeretur, quod duo viri ex primoribus civitatis,

tis, intimi[j] ipsius amici, Lentulus senectutis extremæ, Tubero, defecto corpore,[k] tumultus hostilis et turbandæ Reip. arcesserentur.[1] Sed hi quidem statim exemti.[l] In patrem ex servis quæsitum: et quæstio adversa[m] accusatori fuit: qui scelere vecors, simul vulgi rumore territus, 'robur et saxum,[n] aut parricidarum pœnas' minitantium,

vectæ et exactæ ætatis, et Tubero ægro corpore, quasi illi *motum hostilem et novas res molirentur. Sed hi quidem statim* crimine et periculo *erepti sunt. In patrem ex servis quæstio habita, quæ contraria fuit delatori: qui sceleris conscientia vesanus, atque etiam* infesto *clamore plebis exagitatus,* robur et rupem Tarpeiam,

1 Beroaldus, *accerserentur.*

NOTÆ

uterque ex intima principis amicitia novarum rerum arguerentur.

[j] *Intimi*] Cum ab amicis etiam cavendum est, odiosa vita. Plut. de Apophtheg. regum: 'Dio qui Dionysium tyrannide ejecit, audiens a Calippo sibi insidias parari, cui omnium amicorum, hospitumque maxime fidebat, inquirere noluit, quod diceret moriendum potius esse, quam vivendum; ubi non ab hostibus modo, sed etiam ab amicis esset cavendum.'

[k] *Defecto corpore*] *Infirmo, per ætatem* interpretantur, quibus non accedo: non enim *senectam* in hoc indicare voluit auctor: neque enim a 'Lentulus senectutis extremæ' separasset. Quippe non existimari potest adeo decrepitus fuisse Tubero, qui octo annis ante Germanici legatus, et præliorum socius fuit. Supra II. 20. *Freinsh.*

[l] *Sed hi quidem statim exemti*] Ac dixit Tiberius se ipsi sibi vita indignum videri, si etiam Lentulo invisus esset. Dion. *Muretus.*

[m] *Quæstio adversa*] In Serenum servi torti, nec quicquam confessi sunt, quod pro accusatore foret.

[n] *Robur et saxum*] 'Robur,' ait Festus, 'in carcere is locus, quo præcipitatur maleficorum genus, quod ante arcis robustis includebatur.' Livius XXXVIII. Ut in 'carcere instar furis et latronis vir clarissimus includatur, et in robore ac tenebris expiret, deinde ante carcerem nudus projiciatur.'

Plautus Pænulo: 'Vos ego jam detrudam ad molas: inde porro ad puteum atque robustum codicem.' Et allusit per jocum idem Captivis: 'At ego faciam ut pudeat, nam in ruborem te totum dabo.' Ubi malim scribi, *in robur.*

Nec tamen omiserim, hic in Tacito robur videri potius supplicii locum, quam custodiæ. Valerius ita accepit, VI. 3. 'Quinetiam familiares Gracchorum, nequis reipub. inimicis amicus esse vellet, de robore præcipitati sunt:' et Lucanus l. II. 'Sæva Tribunicio maduerunt robora tabo.'

Itemque Calpurnius, scitus sane declamator, declamat. V. 'Video carcerem publicum saxis ingentibus structum, angustis foraminibus tenuem lucis umbram recipientem. In hunc conjecti, robur Tullianum prospiciunt: et quoties jacentes ferrati postis stridor excitat, exanimantur, et alienum supplicium aspectando (ita lego) suum discunt.'

Ex quo clare discas robur hoc in

cessit urbe: ac retractus Ravenna, exequi accusationem adigitur; non occultante Tiberio vetus odium adversus exulem Serenum. Nam post damnatum Libonem, missis ad Cæsarem literis, exprobraverat, 'suum tantum studium sine fructu fuisse;' addideratque quædam contumacius, quam tutum apud aures superbas, et offensioni proniores. Ea Cæsar octo post annos retulit, medium tempus varie arguens;[o] etiam si tormenta,[p] pervicacia servorum, contra evenissent.

30. Dictis dein sententiis, 'ut Serenus more majorum[q] puniretur,' quo molliret invidiam, intercessit. Gallus Asinius, 'Gyaro[r] aut Donusa[s] claudendum,' cum censeret,[1] [t] id quoque

aut parricidarum supplicium *intentantium, evasit, erupitque e civitate: sed reductus Ravenna compellitur persequi, seu peragere delationem; non dissimulante Tiberio veterem offensionem contra exulem Vibium. Quippe* Serenus *post subversum Libonem, compositis ad principem epistolis, objectaverat* suum tantummodo ministerium sine præmio fuisse; *adjeceratque nonnulla ferocius, quam expedit, apud aures arrogantes et iræ promtiores: eas res promsit Tiberius post octo annos, multa incusans, quæ interjecto eo tempore prave fecisset Serenus; quamvis cruciatus adversi fuissent* Tiberio, *constantia seu perseverantia mancipiorum* Vibii.

Exin prolatis sententiis quibus decernebatur, ut Vibius ritu veterum plecteretur, *quo leniret odium*, seu offensionem civium, Tiberius *obstitit.* Cum *Gallus Asinius statueret,* Vibium Gyaro aut Donusa cohibendum, *id etiam sprevit*

1 Brotierus habet *censere:* at in Ms. Flor. et editionibus veteribus ac recentioribus, *censeret.* Unde emendabat Muretus, *cum Gallus.... censeret.* Mallent Illustr. Huetius et Ernestus, *censuerat.* Aliquid omissum existimabat Freinshemius, et corrigebat, *Gallus Asinius Gyaro, Cotta Donusa claudendum*

NOTÆ

Tulliano fuisse, id est, carceris inferiore loco. Livius XXXIV. 'Pleminius in inferiorem demissus carcerem est, necatusque.' *Lipsius.*

[o] *Medium tempus varie arguens*] Error vertentium inde natus est, quod ista non intelligerent, quæ significant: multa objiciens Sereno, tanquam inter istud spatium ab eo facta, aut cogitata.

Deinde, quod non viderent sequentia, *etiam si, &c.* ex persona Tiberii, non Taciti accipienda esse. 'Multa in me fecit, atque consuluit (hic sensus verborum Tiberii est) intra hoc octennium, quorum omnium series patuisset, nisi obstinatione servorum ejus elusa tormenta essent.' *Freinsh.*

[p] *Etiam si tormenta*] Quamvis servi torti nihil indicavissent, non id innocentiæ rei, sed ipsorum servorum pervicaciæ imputandum esse.

[q] *More majorum*] Sueton. Nero, 49. 'Et quæri, ut puniatur more majorum. Interrogavitque, quale id genus esset pœnæ. Et cum comperisset nudi hominis cervicem inseri furcæ, corpus virgis ad necem cædi, conterritus,' &c.

[r] *Gyaro*] Gyaros, *Iero*, insula maris Ægei, una Cycladum, parva, inculta, desertaque. Juvenal. 'Aude aliquid brevibus Gyaris et carcere dignum.'

[s] *Donusa*] Donusa insula parva maris Ægei inter Icariam et Gyarum

aspernatus est, 'egenam aquæ utramque insulam' referens, 'dandosque vitæ usus, cui vita concederetur.' Ita Serenus Amorgum[u] reportatur. Et, quia Cornutus sua manu ceciderat, actum 'de præmiis accusatorum abolendis, si quis majestatis postulatus, ante perfectum judicium, se ipse vita privavisset:' ibaturque in eam sententiam,[v] ni durius, contraque morem suum, palam pro accusatoribus, Cæsar, 'irritas leges,[w] Remp. in præcipiti,' conquestus esset: 'subverterent potius jura, quam custodes eorum amoverent.' Sic delatores, genus hominum publico exitio repertum, et pœnis quidem nunquam satis coërcitum, per præmia eliciebantur.

31. His tam assiduis, tamque mœstis, modica lætitia interjicitur, quod C. Cominium, Equitem Romanum, pro-

abnuitque, memorans inopes aquæ esse duas illas insulas, tribuendasque res necessarias victui, cui vita indulgeretur. *Ita Serenus rursus Amorgum deportatur. Et quia Cornutus sibi mortem intulerat, tractatum* de mercede delatorum abroganda, si quis Majestatis arcessitus, mortem prius occupasset, quam reus perageretur. *Et assentiebantur omnes, nisi Princeps asperius et præter consuetudinem suam, aperte pro delatoribus, expostulasset,* vana atque inania jura et remp. in proclivi esse ad exitium: abolerent potius leges, quam exactores earum *auferrent, absterrerentque. Ita delatores, genus mortalium in perniciem publicam inventum, et suppliciis sane nunquam satis cohibitum, proposita mercede excitabantur.*

His tam continuis, tamque luctuosis rebus, *tenue* quoddam *gaudium interponitur, quod Cæsar condonaverit precibus fratris C. Cominium equitem Rom. famosi in se*

censuere. Melius Lipsius, *censere.* Nec, *conseret,* nisi ex librariorum errore, superioreque verbo, *molliret,* profectum.' *Brotier.* Homerus *censere.*

NOTÆ

marmore viridi abundans.

[t] *Censeret*] Alii legunt *censuere*, alii *censere* pro *censebat.* Ego puto nihil deesse: sic igitur capio; *Dictis dein sententiis, ut Serenus more majorum puniretur, &c. intercessit,* nempe Cæsar, et *Gallus Asinius, &c. censeret.*

Nam sæpe Tacitus conjunctiones omittit, ut alias dixi: sic capio; cum dictæ essent sententiæ quorundam Patrum, qui censebant, ut Serenus more majorum puniretur, quo molliret invidiam, intercessit Tiberius: et cum Gallus Asinius Gyaro aut Donusa claudendum censeret; id quoque rejecit Cæsar.

[u] *Amorgum*] Amorgus, *Murgo*, insula maris Ægei cum urbe episcopali ejusdem nominis, una Cycladum, sive, ut aliis videtur, Sporadum.

[v] *Ibaturque in eam sententiam*] His verbis, non quivis consensus, sed mos pedibus eundi in sententiam, quod consueverat, cum per discessionem SC. fieri dicebatur, innuitur. Vide Zamoscium l. II. de Senatu Rom. *Freinsh.*

[w] *Irritas leges*] Hoc modo leges invalidas irritasque reddi, ipsamque rempub. in præceps dari questus.

brosi in se carminis convictum, Cæsar precibus fratris, qui Senator erat, concessit. Quo magis mirum habebatur, gnarum meliorum,[x] et quæ fama clementiam sequeretur, tristiora malle: neque enim socordia[y] peccabat; nec occultum est, quando ex veritate, quando adumbrata lætitia, facta Imperatorum celebrentur: quin ipse, compositus[z] alias, et velut eluctantium verborum, solutius promtiusque eloquebatur, quotiens subveniret. At P. Suilium, Quæstorem[a] quondam Germanici, cum Italia arceretur, convictus, pecuniam ob rem judicandam[1] cepisse, 'amovendum in insulam' censuit, tanta contentione animi, ut et jurando obstringeret, 'e Repub. id esse.' Quod aspere acceptum ad præsens, mox in laudem vertit, regresso Suilio: quem vidit sequens ætas præpotentem, venalem, et Claudii Principis amicitia diu

libelli compertum reum. *Unde magis mirandi locus erat, quod sciens meliora, et quæ* quantaque *gloria clementiam comitaretur*, tamen *severiora et asperiora anteponeret; neque enim imprudentia errabat; nec latere potest, quando serio et ex animo, aut quando simulato gaudio res gestæ principum laudentur. Quin ipse* Tiberius *meditatus alias, et velut ægre prorumpentibus verbis*, cum tristiora usurparet; at contra *quoties veniam daret, liberius et facilius pronuntiabat. Sed cum P. Suilius quæstor olim Germanici, judicii pretio corrupti compertus reus, Italia prohiberetur* Patrum sententiis, illum deportandum in insulam *decrevit, tanta asseveratione, ut jurejurando interposito testaretur*, ad bonum publicum id pertinere. *Quod durius visum in præsentiarum, postea in decus Tiberii cessit, reverso Suilio: quem cognovit ætas postera præpollentem, pretio expositum et Claudii Cæ-*

1 Ita editiones veteres et recentiores. In quibusdam intermediis, *judicatam*.

NOTÆ

[x] *Gnarum meliorum*] Mirabantur homines, quod videns sciensque meliora, et quam prosper apud omnes rumor clementia pararetur, tamen acerbitatem præferret.

[y] *Neque enim socordia*] Neque enim vecordia, rectius ignorantia, peccabat. Neque quia omnia facta sua pro egregiis accipi videbat, ipse quoque sic faciendum esse rebatur; sed eo erat acumine mentis, ut honesta ab inhonestis posset discernere; multoque magis id quod per se facile deprehendi potest, utrum laudes plaususque, quibus excipiebatur, ex animo, an ex ficta simulataque lætitia proficiscerentur.

[z] *Quin ipse, compositus*] Adeoque ipsa sermonis sui inæqualitate videbatur profiteri, probe se dignoscere laude an vituperio digna proferret; nam cum alias suspensis, et velut eluctantibus verbis, difficulter et moleste loqui soleret; promtius expeditiusque sensus suos proferebat, quoties alicui subvenire, eumque clementia aut liberalitate juvare constituerat.

[a] *Suilium, Quæstorem*] Gloriatur ipse in oratione contra Senecam: 'se Quæstorem Germanici, illum domus ejus adulterum fuisse.' *Lipsius.*

prospere, nunquam bene,[b] usum. Eadem pœna in Catum Firmium Senatorem statuitur, 'tanquam falsis majestatis criminibus sororem petivisset.' Catus, ut retuli, Libonem illexerat insidiis, deinde indicio[2] perculerat: ejus operæ memor Tiberius, sed alia prætendens, exilium deprecatus est: quo minus Senatu pelleretur, non obstitit.

32. Pleraque eorum, quæ retuli quæque referam, parva forsitan et levia memoratu videri, non nescius sum: sed nemo Annales nostros[c] cum scriptura eorum contenderit, qui veteres[1] Populi Romani res composuere. Ingentia illi bella, expugnationes urbium, fusos captosque Reges, aut, si quando ad interna præverterent, discordias Consulum adversum Tribunos, agrarias frumentariasque leges, plebis et optimatium certamina, libero egressu memorabant.[d] Nobis in

saris gratia diu feliciter, nunquam recte usum. Idem supplicium decernitur adversus Catum Firmium senatorem, quasi fictis majestatis criminibus sororem oppugnasset. *Catus, ut memoravi, Libonem fraude pellexerat, mox delatione subverterat: ejus ministerii recordatus Cæsar, sed alia prætexens, ne in exilium pelleretur, intercessit; non impediit* tamen, *quin senatu moveretur.*

Haud me fallit pleraque eorum, quæ memoravi, quæque memoraturus sum, exigua forsan et modica relatu credi posse: *sed nemo comparaverit curam nostram cum historia illorum, qui prisci populi Rom. facta conscripsere. Magna illi prælia referebant, capta oppida, profligatos vinctosque reges, vel si aliquando ad intestina se converterent, libero solutoque, et nullis finibus aut vinclis arctato ingenio, immo veluti lato campo, libere exeunte exultanteque facundia, celebrabant discordias consulum adversus tribunos, agrarias frumentariasque leges, vulgi, et procerum contentio-*

2 Male Beroaldus, *judicio*. Vere Lipsius et alii plurimi, *indicio*, ut videre est ex Annal. II. 27. *Brotier.* Gronovius *judicio*.

1 Mallet Freinshemius, *veteris*. Recte utrumque. *Brotier.*

NOTÆ

[b] *Diu prospere, nunquam bene*] Jam autem non hoc vult dicere, licet amicitia principis diu male sit usus, tamen felicem fuisse; verum hoc, licet in amicitia principis diu retinenda felix fuerit, ea tamen potentia in tanto temporis spatio, nunquam ad honestatem, aut civium commoda promovenda usum esse.

[c] *Sed nemo Annales nostros*] Levia hæc videbuntur haud dubie, præsertim si nostra cura comparetur cum iis auctoribus, qui veteris populi Rom. gesta tradiderunt: quod nemo æquus faciet.

[d] *Libero egressu memorabant*] Hoc est, si quando externa relinquebant, ut domestica memorarent; spatiabantur tanquam patenti ac libero campo, in ea rerum varietate ac libertate scribendi. *Pichena.*

Libero egressu] Ingenii exerendi liberum apertumque spatium habebant. Quod in nobis contra est: quibus, arctis limitibus coërcitus et proinde nullius gloriæ capax labor obtigit.

arcto[e] et inglorius labor. Immota quippe,[f] aut modice lacessita pax, mœstæ urbis res, et Princeps proferendi imperii incuriosus erat. Non tamen sine usu fuerit,[g] introspicere illa, primo aspectu levia, ex quis magnarum sæpe rerum motus[2] oriuntur.[h]

33. Nam cunctas nationes[i] et urbes populus, aut primores,

nes. Nobis in angusto, et ignobilis cura. Nam perpetua, aut leviter oppugnata pax, tristes civitatis res, et Princeps dilatandi imperii negligens erat. Non tamen inutile fuerit introscrutari illa, primo intuitu modica, ex quibus sæpe magnæ molis turbæ nascuntur.

Quippe gentibus universis civitatibusque plebs, aut proceres, aut unus imperat: ex

2 Tentat Lipsius, *rerum monitus oriuntur*. Non displicet vulgata scriptura. *Id.*

NOTÆ

[e] *Nobis in arcto*] Virg. 4. Georgicon: 'In tenui labor, at tenuis non gloria.'

[f] *Immota quippe*] Quippe Tiberii res describimus; quo regnante, neque domi neque belli multa memoratu digna acciderunt: non domi, quia oppressa Repub. præter continuas reorum mortes, in urbe mœsta, nihil quod annotari mereretur, occurrebat: non belli, quia sub principe augendi imperii non cupido, continua pax, aut certe modicis tumultibus interrupta fuit.

[g] *Non tamen sine usu fuerit*] Hæc, primo intuitu levia, utilitate non carent: quanquam enim magnam speciem non præferant, tamen ita comparata sunt, ut ad magnas res rite capessendas sustinendasque, egregia monita atque documenta exinde peti possint. *Freinsh.*

[h] *Motus oriuntur*] Lego, *monitus oriuntur*. Non enim ullos motus ex accusatione, aliisque talibus oriri vult: sed rerum salubrium exempla monitionesque. Qui revera pulcherrimus historiæ fructus. *Lipsius.*

Rerum motus oriuntur] Ego vero *motus* retineo. Tametsi, ait Cornelius, hic non agatur de bellis ingentibus, deque urbibus expugnatis, tamen nostra sperni a lectore minime debent, quod bella ingentia, vastationesque urbium, quandoque ab ejusmodi condemnationibus originem trahunt.

Recte: unde enim bellum Volscorum, quo victi Romani animum despondere, et ad infimas preces descendere coacti sunt? ex peracto reo Cn. Marcio Coriolano.

Unde etiam Atheniensium in Sicilia profligatio? unde Lacedæmoniorum in Græcia adversus eosdem belli reparatio? unde ad ultimum Deceleæ Atticæ communitio? damnatus Alcibiades universa Spartanis suppeditavit.

Sic enim de Sicilia Lacedæmoniis consilium dedit, Thucyd. l. VI. 'Exercitum in navibus talem illuc mittite, ut iidem in vehendo remiges, mox milites sint.' De belli redintegratione: 'Et hic oportet apertius bellum inferre.' De Decelea: 'Oportetque muris cingere Deceleam Atticæ; quod præcipue semper timent Athenienses.' Itaque lege *motus*.

[i] *Nam cunctas nationes*] Omnes enim nationes aut urbes vel democratia, vel aristocratia, vel monarchia gubernantur: mixtam ex his et egregio judicio contemperatam reipub. formam

aut singuli[j] regunt: delecta ex his et consociata[1] Reipubl. forma, laudari[k] facilius, quam evenire, vel, si evenit,[l] haud diuturna esse potest. Igitur, ut olim, plebe valida, vel, cum Patres pollerent, noscenda vulgi[m] natura, et, quibus modis

tribus his electa, et composita Reip. species celebrari potius queat, quam contingere; vel si contingit aliquando, *diu permanere non potest. Itaque quemadmodum olim multitudine præpollente, vel cum senatus prævaleret, dignoscendum plebis ingenium*

1 Ms. Flor. *consciata.* Beroaldus et veteres, *constituta.* Divinabat Jac.

NOTÆ

laudare, quam constituere facilius est.

[j] *Aut singuli*] Nempe Reges seu Imperatores, quæ optima reipub. forma. Plut. Libello de tribus Reipub. speciebus: 'Quod si ei detur optio formam Reipub. tanquam musicum instrumentum, suo arbitratu capessendi, nullam profecto delegerit aliam, quam Monarchiam, Platonis fidem secutus. Ea enim sola potest perfectum istum, et ὀρθὸν, sive rectum virtutis tonum, et contentionem sustinere, et utilitatem, neque necessitatis, neque gratiæ causa inflectere. Reliquæ id habent, quod fere is, qui imperat, sub imperio et potestate est; et qui gerit eas, ipse geritur, ferturque: quod non habet vim solidam, et stabilem, qualis est in monarchia, sed sæpe cogitur Æschyleum illud declamare, quo usus est Demetrius Poliorcetes, amisso imperio: 'Tu me creasti, tu fers exitum mihi.'' Liv. l. II. c. 3. 'Regem hominem esse, a quo impetres, ubi jus, ubi injuria opus sit: esse gratiæ locum, esse beneficio; et irasci et ignoscere posse: inter amicum atque inimicum discrimen nosse. Leges rem surdam, inexorabilem esse, salubriorem melioremque inopi, quam potenti: nihil laxamenti, nec veniæ habere, si modum excesseris: periculosum esse, in tot humanis erroribus, sola innocentia vivere.'

[k] *Laudari*] Trium istarum formarum Respublicas dari ipse modo diserte dicebat: sed aliquam ex his delectam atque ita libratam, ut omnium commoda complectatur, omnium evitet vitia, eam vero reperiri valde negat: idque ex vero, quicquid alii contra somnient. Prius enim formandi essent alii homines (aliis etiam moribus) ex quibus ejusmodi respub. institueretur.

Laudari] Dionys. l. II. 'Quod si una quæpiam esset apud omnes homines vitæ ratio, quæ civitates felices faceret, eam facile ab ipsis eligi potuisse; nunc varias ejus reperias species, tum apud Græcos, tum apud barbaros, sed ab expertis laudari tres potissimum; nec harum tamen ullam ab omni parte sinceram, quin cuique aliquid insit mali, fato quodam agnatum.'

[l] *Vel, si evenit*] Aut si constitui possit, tamen, vitio humanorum ingeniorum ad vim et licentiam nimis proclivium, diu consistere non potest.

[m] *Noscenda vulgi*] Vulgi naturam artemque leniendi, itemque senatus et primorum ingenia moresque pernosse prima prudentiæ laus erat, et qui id assecuti erant, sapientes et sæculi sui periti habebantur.

Vulgi natura] Plut. præcept. Reipub. gerendæ: 'Quemadmodum vini usus, initio quidem, arbitrio, atque lege bibentis regitur; ubi vero sen-

temperanter haberetur,[n] Senatusque et optimatium ingenia qui maxime perdidicerant, callidi temporum et sapientes credebantur: sic, converso statu, neque alia re[2] Romana,[o]

fuit, *et qua ratione recte et prudenter regeretur, et qui penitus introspexerant patrumque et procerum animos*, hi *periti temporum, et prudentes existimabantur: ita mutata rep. neque alio rerum statu, quam si unus dominetur, non sine usu fuerit*

Gronovius, *concinnata.* Bene Ernestus, *consociata.* Brotier.—2 Beroaldus et veteres, *alia rerum.* Infeliciter emendabat Ryckius, *alio rerum.* Optime Lipsius, *alia re Romana.* Olim scriptum, *alia re rom.*; inde natum, *alia rerum.* Brotier. Lipsius legit, *neque alia re Rom. quam*, &c. Acidalius: *sic converso neque alio rerum statu, quam*, &c. Freinshemius Lipsianam lectionem non spernit, et tamen non improbat vulgatam, cujus sensum pluribus subjicit, verba non attingit. Mihi cui minimæ placent mutationes, videtur locus sanari posse, dummodo pro *alia* rescribatur *alio.* Studiose autem Tacitus turbasse structuram hoc modo videtur, *sic converso statu neque alio rerum quam* &c. pro, sic converso neque alio rerum statu, ut paulo obscurius loqueretur. Quoniam scilicet primi Imperatores videri volebant Rempub. veterem adhuc

NOTÆ

sim, ac placide calefecerit hominem, immutare continuo incipit, atque novis imbuere moribus. Hac ratione decet virum civilem et rempub. tractare incipientem, tamdiu civium moribus consentanee vivere, et se ad eorum naturam accommodare, atque scite conjectura sectari ea et assequi, quibus soleat populus delectari, et quibus adduci facile; donec opinione virtutis, et fide, jam comparata, auctoritate inniti possit. Varii enim sunt populorum mores, varia civitatum ingenia.'

[n] *Quibus modis temperanter haberetur*] *Temperanter habetur vulgus*, cum ita regitur, ut neque injuriis exacerbetur, neque adulationibus, aut nimia libertate lasciviat. Hæc enim summa est artis salubriter popularis, suum plebi honorem, neque ultra concedi: et ut Sallustii verbis utar, in Jugurth. 45. 'Temperantia inter ambitionem, et sævitiam moderatum esse.' *Freinshemius.*

[o] *Neque alia re Rom.*] Vulgo legitur, *neque alia rerum, quam si*, &c. Emendavi, *neque alia re Rom.*: rem Romanam, hoc sensu, non semel dixit. *Lipsius.*

Neque alia re quam si] Ut Annal. l. I. 'Inculta montium, uligines paludum.' Infra, 'præcipua rerum.' Mos illo sæculo, et paulo post, frequens. Apul. l. I. Asin. Aur. 'Postquam ardua montium, et lubrica vallium et roscida cespitum, et glebosa camporum emensi.'

Neque alia re] Non displicet hæc lectio. Nam Tacitus consulto videtur loqui obscurius, nolens expresse fateri regnum esse Romæ, et non rempub. cum tamen hoc præferrent principes.

Nam non Domitianus modo, sed Nerva deinceps et Trajanus fuerunt veri *reges*, idque non minus, quam qui maxime. Quapropter illi a Græcis, etiam coætaneis *βασιλεῖς*, id est, *reges* appellati sunt.

Libertatis tamen speciem atque imaginem quandam relinquebant, quemadmodum et priores Cæsares, Augustus, Tiberius, etiam et quisquis non ad extremum dominationis immodicus fuit.

quam si unus imperitet, hæc conquiri tradique in rem fuerit: quia pauci prudentia[p] honesta ab deterioribus, utilia ab noxiis, discernunt; plures aliorum eventis docentur. Ceterum ut profutura, ita minimum oblectationis afferunt: nam situs gentium, varietates præliorum, clari Ducum exitus[q] retinent ac redintegrant legentium animum: nos sæva jussa, continuas accusationes, fallaces amicitias, perniciem innocentium, et easdem exitu causas[3] [r] conjungimus; obvia

hæc investigari, et scribi: nam pauci ea *sapientia præditi sunt, ut decora a pejoribus, salutaria ab exitialibus dignoscant; plures aliorum casibus erudiuntur: porro ut* hæc *maxime utilia* sunt, *ita minimum voluptatis important. Quippe situs regionum nationumque, diversitas bellorum, insignes ducum eventus oblectant, et recreant legentium mentem: nos dura imperia, perpetuas delationes, subdolas insidiosasque familiaritates, exitium insontium, et easdem eventu causas componimus; obversantibus passim,* ad nauseam usque, *et recurrentibus semper similibus eventis,*

durare. *Ryckius.*—3 Mallet Pichena, *easdem exitii causas*, ut majestatis lex

NOTÆ

Itaque Tacitus hoc loco volens erudire lectorem, et ipsam rei naturam vere aperire, vitabundus et cum quadam præfatione veniæ id facit, *neque alia rerum, quam si unus imperitet*, quasi diceret, si verum fateri volumus, et rem potius, quam nomen, aut imaginem intueri, non in libertate, sed regno vivimus, eoque nobis conducit, regni artes et ingenia nosse. *Freinsh.*

p *Pauci prudentia*] Pauci enim sunt qui tantum prudentia valeant, ut per se scire possint, quid honestum aut inhonestum, utile vel damnosum sit: multo maxima pars, ut id intelligat, alienis periculis experimentisque erudienda est.

q *Clari Ducum exitus*] Vertunt tanquam fuisset, *clarorum ducum exitus:* quæ mutatio, quanquam nihil differre videatur, differt tamen. Nec enim quoscumque *ducum exitus* relatos scribit auctor; sed *claros* tantum.

Neque est ut objicias, eodem modo dici posse, ne quidem *quorumcumque ducum* exitus, sed clarorum tantum memorari: nam cuicumque duci clarus est exitus, ille certe, nisi jam ante celebris fuerit, hoc ipso nobilitatur: deinde, ut qui dux sit, idem non etiam clarus sit.

Quippe ducis nomine summos tantum duces intelligi, non ut postea usurpari cœpit vocabulum, alios superiores habentes, ipse Livius, qui hoc Taciti loco unus aut præcipuus aspicitur, testis est IV. 20. ‘Ea rite opima spolia habentur, quæ dux duci detraxerit; nec ducem novimus, nisi cujus auspicio bellum geritur.’ *Freinshem.*

r *Easdem exitu causas*] Id est, pares exitus, a paribus causis. Passim damnati ob suspiciones, delationes, innocentes, aut illustres. Vidi qui legeret, *easdem exitii.* Lipsius.

Et easdem exitu causas] Tacitus *causas* non intelligit, pro rerum auctoribus, aut principiis, verum pro judiciis, quomodo ferme differunt *αἴτιον* et *αἰτία*. Igitur *causæ exitu eædem*, sunt judicia et accusationes, eundem

rerum similitudine[s] et satietate. Tum, quod antiquis scriptoribus rarus obtrectator, neque refert cujusquam,[t] Punicas[u] Romanasve acies lætius extuleris: at multorum, qui, Tiberio regente, pœnam vel infamiam[4] subiere, posteri manent: utque familiæ ipsæ jam extinctæ sint; reperies, qui, ob similitudinem morum, aliena[v] malefacta sibi objectari putent: etiam gloria ac virtus infensos habet,[w] ut nimis[5] ex

usque ad satietatem. Tum quia in priscos rerum auctores nulla ferme æmulatio, aut invidia; *neque ullius interest, an Carthaginensium, an Romanorum exercitus uberius celebraveris: at supersunt nepotes seu posteri plerorumque hominum, qui, Tiberio imperante, supplicium, vel ignominiam passi sunt: et licet familiæ ipsæ jam penitus sublatæ sint, invenies* tamen, *qui ob conformitatem vitæ, aliena sibi flagitia exprobrari credant: etiam decus ac virtus suos adversarios habet, ut nimis*

indigitetur. Nec spreverim, nec probaverim. *Brotier.*—4 Beroaldus et veteres, *infamias.* Recte Lipsius, *infamiam.* Videtur enim olim fuisse scriptum, *infamiā: s*, ex sequente voce, *subiere*, arcessitum. *Idem.*—5 Beroaldus et veteres, *ut animus ex propinquo:* eamque scripturam retinent, duo literarum decora, Petavius ac Huetius; quam tamen haud satis probabilem faciunt, licet hic de lectorum animo intelligat, *qui res temporibus suis adeo propinquas, a rebus tamen suis adeo diversas, tamque præcellentes invitus agnoscit:* ille vero comparationem instituat, remque totam ita explicet: 'Etiam gloria

NOTÆ

semper exitum (condemnationis nimirum) nacta.

Itaque cum in omni relatione mens hominis maxime suspensa teneatur, expectatione exitus; nihil est quod eam magis possit defatigare, ac tædio opplere, quam cædem omnium fabularum catastrophæ: tanquam, 'chorda qui semper oberret eadem.' *Freinshem.*

Easdem exitu causas] Nostri Annales nihil nisi sæva principis imperia, &c. et omnium causarum exitum eundem continent.

[s] *Obvia rerum similitudine*] Ita ut perpetua, neque lætioribus interstincta rerum similitudo, facile satietatem atque fastidium lectori pariat.

[t] *Neque refert cujusquam*] Prorsus idem est quod apud Juvenal. Sat. I. 'Quid refert dictis ignoscat Mutius, an non? Pone Tigellinum.' Et paulo post: 'Securus licet Æneam, Rutulumque ferocem Committas; nulli gravis est perculsus Achilles, Aut multum quæsitus Hylas.'

[u] *Punicas*] Cic. pro Sextio: 'Quis Carthaginensium pluris fuit Annibale, consilio, virtute, rebus gestis: qui unus cum tot imperatoribus nostris, per tot annos de imperio, et de gloria decertavit? hunc sui cives et civitate ejecerant; nos etiam hostem literis nostris, et memoria videmus esse celebratum.' Habuit et statuam Romæ.

[v] *Aliena*] Et si familiæ ipsæ defecerint, non deerunt alii, qui similium vitiorum, quæ in aliis reprehenduntur, sibi conscii, alieni nominis obtentu se denotari traducique putent.

[w] *Etiam gloria ac virtus infensos habet*] Hunc locum sic cepit Lipsius. Laudare antiquos facile, sine pericu-

propinquo[x] diversa arguens. Sed ad incœpta[6] redeo.

e proximo dissimilia incusans. Sed ad propositum revertor.

ac virtus infensos habet, quemadmodum bonorum virorum, dum vivunt, animus alios offendit, quia vitia illorum ex propinquo oppositus arguit.' Vere Muretus, Lipsius, Gronovius, Ernestus et alii, *ut nimis ex propinquo.* Aliter verba nihil Corneliani sonant. *Idem.*—6 Ita libri omnes editi, vel *incepta.* Corrupte Ms. Flor. *ancepto.* Tentabat Jac. Gronovius, *ad cœpta.* Idem.

NOTÆ

lo et sine obtrectatione, scriptor potest; at laudare quæ sunt proxima suo sæculo, non tam libere potest, quia virtus illa, quæ laudatur a scriptore, suos infensos habet, ut quæ nimis e propinquo lacessat vitiosos, fere eodem sæculo viventes: veteri virtuti ac gloriæ nemo invidet, at novæ et postremæ, at viventi virtuti, nemo non obtrectator. Quæ apud nos sunt spernimus, spirantemque virtutem odimus; dum vetera et evanida, pravitate ingenii, sectamur, admiramur.

Sed ipse se explicat Tac. ut puto, lib. II. hist. ubi de uxoribus Vitelliorum fratrum: 'Et Triariæ licentiam modestum e proximo exemplum onerabat Galeria imperatoris uxor:' e proximo urgebat Galeria, seu arguebat e propinquo exemplum et virtus Galeriæ, audaciam et flagitia Triariæ; e proximo nempe, quia ex eadem domo Vitelliana, quia ejusdem sortis et conditionis.

Sic hoc loco, quia generaliter loquitur Tac. virtus e propinquo diversos arguit: *e propinquo*, nempe, quia omnes Romani quorum mentio in Annalibus, ex eadem stirpe, ex eadem gente, ex eadem civitate, ex eadem repub. ex eodem senatu, sæpe ex eadem familia; sicque virtus e proximo diversos seu flagitiosos urget arguitque.

Sed τὸ *nimis*, puto, respicit tempus, et generalis propositio restringi debet hoc sensu; nempe virtus clarissimorum virorum ævi, seu sæculi præcedentis, memorata a scriptore laudataque, nimis e propinquo urget homines, eodem fere ævo diverse et flagitiose viventes. Propinquitas temporum magis demonstrat arguitque dissimilitudinem hominum morumque.

Nam propter propinquitatem temporum, seu similitudinem, recurrunt eædem actiones, eædemque occasiones virtutis aut flagitii. Hinc magis arguit e proximo virtus ea, quæ sunt opposita, seu diversa.

Etiam gloria] Ipsa virtus et gloria præstantium virorum, cum meritis laudibus extollitur, odium quorundam excitat, qui longe diversis moribus præditi, ægre ferunt, suam turpitudinem tam propinqua meliorum comparatione magis conspicuam fieri.

[x] *Ut nimis ex propinquo*] Si laudes nuperam virtutem, offendis: at de antiquis, ferre possumus, ut ævo dissitis, et oggerere, *aliud sæculum* fuisse. At si propinqua laudes, arguis et uris, qui dissimiles. Si voles etiam, *ut animos ex propinquo*, non refutem. *Lipsius.*

Ex propinquo] Petron. 'Non dubie ita est; si quis vitiorum omnium inimicus rectum iter vitæ cœpit instituere, primum propter morum differentiam odium habet: quis enim potest probare diversa?'

34. Cornelio Cosso, Asinio Agrippa Coss. Cremutius[o] Cordus postulatur, novo ac tunc primum audito crimine, 'quod, editis annalibus, laudatoque M. Bruto, C. Cassium[y] *Romanorum ultimum*[z] dixisset.' Accusabant Satrius Secun-

Cornelio Cosso, Asinio Agrippa Coss. Cremutius Cordus accusatur insolito, ac tum primum reperto facinore, quod compositis vulgatisque annalibus, celebratoque M. Bruto, appellasset C. Cassium postremum Romanorum. *Arcesse-*

NOTÆ

[o] *Cremutius*] De cujus fine legendus Seneca: 'magna res erat in quæstione, an mortis rei perderentur:' rectissimum est *proderentur,* hoc est, ederentur. Rei semper produntur ab accusatore, et recipiuntur a judice certi et nuncupati criminis, cujus pœna statuta certa lege, puta *Majestatis, adulterii, falsi, de vi publica, repetundarum.*

At hic novum crimen *reus mortis:* non ut Græcis θανάτου δίκη, nam is est cædis, sive mortis alienæ, hic reus mortis suæ. Nam *Majestatis* reus Cordus ante diem judicii mortem sibi ipsi consciverat: delatores ut impedirent, quia bona sponte morientis non publicata, veniunt ad tribunal, tanquam, inquit, postulaturi reum novi criminis *mortis suæ.* Quæ alia viri docti comminiscuntur, et frigida nimis, et longius abeunt a scriptura veteri. *Mercerus.*

Cremutius] De quo Seneca lib. de consol. ad Marciam cap. 22. 'Propone illud acerbissimum tibi tempus, quo Sejanus patrem tuum clienti suo Satrio Secundo congiarium dedit. Irascebatur illi ob unum aut alterum liberius dictum, quod tacitus ferre non potuerat, Sejanum in cervices nostras ne imponi quidem, sed escendere. Decernebatur illi statua in Pompeii theatro ponenda, quod exustum Cæsar reficiebat. Exclamavit Cordus; tum vere theatrum perire. Quis ergo non rumperetur, supra cineres Cn. Pompeii constitui Sejanum, et in monumentis maximi imperatoris consecrari pessimum militem? consecratur. Subscriptio, et acerrimi canes, quos ille, ut sibi uni mansuetos, omnibus feros haberet, sanguine humano pascebat, circumlatrare etiam hominem illum imparatum incipiunt.'

[y] *C. Cassium Romanorum ultimum*] Hoc quidem Bruti ipsius elogium fuit de Cassio jam mortuo: publiceque dixit: Ἔσχατον ἄνδρα Ῥωμαίων τὸν Κάσσιον. Plutarchus in Bruto. Inde ergo magnificam eam vocem Cremutius sumsit. Neque aliter Romanus quispiam Philopœmenem laudans, ultimum Græcorum dixit: quod in eodem Plutarcho leges. At in similem sententiam de Bruto, et ad Brutum, Lucanus canit: 'O decus imperii, spes o suprema senatus, Extremum tanti generis per sæcula nomen.'

C. Cassium Romanorum ultimum] Immo Brutum et Cassium dixerat 'Romanorum ultimos' Suet. Tib. 61.

[z] *Rom. ultimum*] Quasi cum illo omnis prisca Romanorum indoles virtusque intercidisset. *Freinsh.* Addi possit amor libertatis atque Reipub. simul et gloria belli, et decus civium servitutem non patientium, et nobilis æmulatio imperandi ceteris mortalibus, non vi, sed virtute et admiratione, ita ut nemo publice serviret uni, omnes Romani publice imperarent urbi orbique. Hæc omnia cum Bruto et Cassio interiisse videbantur,

dus et Pinarius Natta,[a] Sejani clientes: id perniciabile reo, et Cæsar truci vultu defensionem accipiens; quam Cremutius, relinquendæ vitæ certus, in hunc modum exorsus est: 'Verba mea, P. C. arguuntur: adeo factorum innocens sum. Sed neque hæc in Principem, aut Principis parentem, quos lex majestatis[b] amplectitur: Brutum et Cassium laudavisse dicor; quorum res gestas cum plurimi composuerint, nemo sine honore memoravit. Titus Livius, eloquentiæ ac fidei præclarus in primis, Cn. Pompeium tantis laudibus tulit, ut *Pompeianum* eum Augustus appellaret: neque id amicitiæ eorum offecit. Scipionem, Afranium,[c] hunc ipsum Cassium, hunc Brutum, nusquam *latrones, et parricidas*,[d] quæ nunc vocabula imponuntur, sæpe ut in-

bant Satrius Secundus, et Pinarius Natta fautores, seu satellites, *Sejani: id sonti exitiabile, et Tiberius, infesto ore, defensionem excipiens, quam Cremutius firmo deserendæ vitæ consilio, sic ingressus est:* Sermones mei P. C. accusantur: adeo ego a facinoribus et crimine procul absum. Sed neque hi in Cæsarem, aut matrem Cæsaris, quos lex majestatis defendit, *prolati*. Brutum et Cassium commendasse arguor. Quorum facta cum multi conscripserint, nemo sine laude mentionem fecit. T. Livius facundia et fide præcipue inclytus, Cn. Pompeium tantopere celebravit, ut *Pompeianum* illum Augustus vocitaret; neque id benevolentiæ eorum obstitit. Scipionem, Afranium, hunc ipsum Cassium, hunc Brutum, sæpius ut egregios viros memorat, nusquam vocat prædones et parricidas, quæ nunc tribuuntur nomina. Asinii Pollionis

NOTÆ

[a] *Satrius Secundus et Pinarius Natta*] Seneca in consol. ad Marciam Cremutii filiam: 'Sejanus patrem tuum clienti suo Satrio Secundo congiarium dedit. Irascebatur illi ob unum aut alterum liberius dictum, &c. in cervices nostras, &c. escendere,' id est, pedetentim et per gradus imperatorem fieri. *Lipsius.*

[b] *Quos lex majestatis*] Quorum injuriæ lege majestatis vindicantur.

[c] *Scipionem, Afranium*] Adhuc de Livio sermo est; illum Scipioni, illum Afranio, Pompeianis ducibus, Cassioque et Bruto, nusquam ea nomina imposuisse. Scipio et Afranius ab omnibus belli civilis scriptoribus inter præcipuos duces nominantur. *Freinshem.*

[d] *Latrones, et parricidas*] Aspexit ad has servilis adulationis voces idem Lucanus de Pompeii cæde: 'Scelus hoc quo nomine dicent, Qui Bruti dixere nefas?'

Parricidas] Sic Val. Max. lib. I. cap. ultimo: 'C. Cassius (nunquam sine præfatione publici parricidii nominandus;)' sed turpiter adulatur Tiberio, quod patet ex sequentibus: 'Non occideras tu quidem, Cassi, Cæsarem, neque enim extingui ulla divinitas potest: sed mortali adhuc corpore utentem violando, meruisti, ut tam infestum haberes Deum.' Sic Idus Martias, quod illis C. Cæsar conjuratorum manibus cæsus occubuit, placuit *parricidium* vocari.

Parricidas] Cic. Philipp. II. 'Ne-

signes viros nominat. Asinii Pollionis scripta[f] egregiam eorundem memoriam tradunt. Messalla Corvinus, Imperatorem suum Cassium prædicabat: et uterque opibusque atque honoribus perviguere.[g] Marci Ciceronis libro, quo Catonem cœlo æquavit, quid aliud Dictator[h] Cæsar, quam rescripta oratione, velut apud judices, respondit? Antonii epistolæ, Bruti conciones, falsa quidem in Augustum probra, sed multa cum acerbitate habent: carmina Bibaculi et Catulli, referta contumeliis Cæsarum,[i] leguntur: sed ipse D. Julius, ipse D. Augustus,[j] et tulere ista, et reliquere;

monumenta insignem de iisdem mentionem faciunt. Messalla Corvinus, ducem suum Cassium celebrabat: et ambo divitiis et dignitatibus semper floruere. M. Ciceronis libello, quo Catonem Diis adæquavit, quid aliud C. Cæsar, quam rescripto sermone, tanquam coram judicibus, respondit? Antonii literæ, orationes Bruti, falsa quidem in Augustum convitia, sed maxima cum asperitate continent. Versus Bibaculi et Catulli pleni probris Cæsarum circumferuntur. Sed ipse D. Julius, ipse D. Augustus, et toleravere ista, et

NOTÆ

go quicquam esse medium: confiteor eos, nisi liberatores populi Rom. conservatoresque Reipub. sint, plusquam sicarios, plusquam homicidas, plusquam parricidas esse: si quidem est atrocius patriæ parentem, quam suum occidere. Tu homo sapiens, et considerate, quid dicis? si parricidæ; cur honoris causa a te sunt et in hoc ordine, et apud populum Rom. semper appellati? Cur M. Brutus a te referente, legibus est solutus, si ab urbe plusquam decem dies abfuisset? Cur ludi Apollinares incredibili M. Bruti honore celebrati? Cur provincia Cassio et Bruto data? Cur Quæstores additi, &c. Non igitur homicidæ: sequitur ut liberatores tuo judicio sint, quando quidem tertium nihil potest esse.'

[f] *Asinii Pollionis scripta*] Qui XVII. libros historiarum scripsit, auctore Suida. Citat Suetonius, et alii.

[g] *Perviguere*] Uterque opibus et honoribus ad extremum usque spiritum sub Augusto floruerunt.

[h] *Quid aliud Dictator*] Quid aliud opposuit Cæsar dictator, summaque potestate præditus, cujus hostis Cato fuerat, quam Anticatonem orationem, qua non aliter, quam si de Catonis æstimatione apud judices agendum esset, respondit?

[i] *Contumeliis Cæsarum*] Quidam accipiunt de Julio et Augusto, quod non reprehendo: neque tamen de his tantum intelligendum existimo, sed de universa Cæsarum domo: neque etiam prætermiserint illi Caium et Lucium Cæsares, item Agrippam Postumum, insectari: Bibaculus certe; nam Catullus ante hos natos videtur periisse.

[j] *Sed ipse D. Julius*] Ipse Julius, ipse Divus Augustus, ambo inter Deos relati, et passi sunt ista suis temporibus, et ut ad posteros transferrentur, non intercesserunt.

Ipse D. Augustus] Plutarch. in Cic. refert Augusti dictum de Cicerone: λόγιος ἀνὴρ, ὦ παῖ, λόγιος, καὶ φιλόπατρις: 'Facundia vir præcellens, o fili, et patriæ amantissimus.'

haud facile dixerim, moderatione magis, an sapientia: namque[1] spreta exolescunt: si irascare, agnita videntur.[k]

35. 'Non attingo Græcos, quorum non modo libertas, etiam libido impunita: aut, si quis advertit, dictis dicta ultus est. Sed maxime solutum et sine obtrectatore fuit, prodere de iis, quos mors odio aut gratiæ[l] exemisset. Num cum armatis[m] Cassio et Bruto, ac Philippenses campos obtinentibus, belli civilis causa, populum per conciones incendo? an illi[n] quidem, septuagesimum[1] ante annum[o] peremti, quo modo imaginibus suis noscuntur, quas ne[2]

sprevere; vix judicaverim, an modestia magis, an prudentia: quippe contemta senescunt; si succenseas, pro confessis habentur.

Omitto Græcos, quorum non solum licentia, sed etiam procacitas inulta; aut si quis attendit, verba verbis vindicavit. Sed præcipue liberum, et sine criminatore fuit, referre de iis, quos exitus invidiæ aut favori eripuisset. Num plebem ad arma civilia, meis orationibus, incito ego, una cum Cassio et Bruto, arma adhuc et Philippenses campos tenentibus? Nonne illi abhinc septuaginta annos interfecti, sic partem memoriæ apud auctores rerum conser-

1 Emendabat Muretus, *nam quæ spreta exolescunt*. Elegantissime, sed non necessario. *Brotier*.

1 Homerus *sexagesimum*.—2 Optime Ernestus. In veteribus editionibus, *nec victor quidem*, obvio librariorum errore; sic tamen Ryckius et Gronovius.

NOTÆ

[k] *Agnita videntur*] Prudenter fecerunt, senescere sinentes convicia, quorum ea natura est, ut contemta per se vanescant et expirent, revocata vero ad animum et cum indignatione accepta, ideo doluisse putentur, quia vera et ex merito objecta essent.

Agnita] Id est, pro *confessis* habentur. *Agnoscere* flagitia, est, profiteri et habere pro suis, velut urgente conscientia.

[l] *Quos mors odio aut gratiæ*] Male accipiunt, tanquam *odium* aut *gratia* spectaretur, quam ab illis ipsis, quorum historiam tradiderit, expectet scriptor, et non omnino odia aut studia, quibus ipsos rerum auctores alii homines prosequantur. *Freinshem.*

Quos mors odio] Omnis offensæ exsors fuit, de iis hominibus tradere, adversus quos, ut olim mortuos, iræ studiique causas procul habemus.

[m] *Num cum armatis*] Num ego cum Cassio et Bruto armatis, populi ad bellum civile concitandi gratia, conciones habeo?

[n] *An illi*] An illorum quidem scriptorum opera, memoriæ partem retinent apud posteros, eodem modo, quo et imaginibus suis, &c. nunc quoque agnoscuntur? malim *jam illi quidem*.

[o] *Septuagesimum ante annum*] Rotundum numerum posuit, non verum, qui erat 64. Facilis supputatio. Nam bellum Philippense anno urbis 711. at nunc annus 778. *Lipsius.*

victor quidem[p] abolevit, sic partem memoriæ apud scriptores retinent?[q] suum cuique decus posteritas rependit: nec deerunt, si damnatio ingruit, qui non modo Cassii et Bruti, sed etiam mei meminerint.' Egressus dein Senatu, vitam abstinentia finivit:[r] libros per Ædiles[s] cremandos censuere[t]

vant, quemadmodum simulacris suis agnoscuntur, quæ ne victor quidem sustulit? Suam cuique gloriam referunt posteri. Et etiam olim erunt, si exitium incumbit, qui non solum Bruti et Cassii, sed etiam nostri memoriam retinebunt. *Dein excessit curia, et inedia sibi mortem conscivit. Decrevit senatus, ut*

NOTÆ

p *Quas ne victor quidem*] De qua re sic Plutar. in Bruto: 'At Cæsar honorem servavit; stabat vero ænea statua Bruti apud Mediolanum in Gallia Cisalpina. Hunc cum postea vidisset Augustus Iconicum et eleganter factum adumbratumque, pertransivit: dein paulo post gradum sistens, multis audientibus vocari jussit magistratus, dixitque urbem eorum, hostili in se animo utentem, cepisse, ut quæ hostem intus haberet. Id, ut par est, magistratus negarunt, et quemnam hostem intelligeret dubitantes, se invicem respiciebant. At conversus Cæsar ad statuam Bruti, et, contracta fronte, 'nonne,' inquit, 'iste hostis est noster, qui hic stat?' illi adhuc magis exterriti siluere. Ille vero subridens laudavit Gallos, tanquam firmos et constantes, etiam in adversa amicorum fortuna, et statuam in loco manere jussit.'

q *Partem memoriæ apud scriptores retinent?*] *Memoriam* hic accipio pro recordatione ipsorum, et quæ ab iis gesta sunt: ita 'magna erat apud populum Drusi memoria' II. 33.: hoc est, animi, ingenii, gestorum ejus læta, et magnifica recordatio: ejus igitur recordationis partem retinebant in suis imaginibus, aliam in monumentis scriptorum. *Freinsh.*

Partem memoriæ] Dividere memoriam summorum virorum in plures partes videtur, ita ut aliquam partem illius retineant in imaginibus suis, quas ne victor quidem abolevit; partem aliam, *apud scriptores*, sed maximam servasse in animis hominum, qui virtutem etiam afflictam adhuc amant; nec ita mors eos gratiæ exemit, ut non etiam amentur illi, et odio habeantur ipsorum hostes. *Gratia* hic poni videtur pro favore et adulatione. Quis illustres post mortem viros, aut oderit, aut aduletur?

r *Vitam abstinentia finivit*] Sic Seneca: 'Usus itaque balneo, et quo plus imponeret, in cubiculum se, quasi gustaturus, contulit: et dimissis pueris, quædam per fenestram, ut videretur edisse, projecit. A cœna deinde, quasi (*mos vulgo obtinebat ut in balneo, aut statim post balneum, aliquid sumerent, quod vocabant* gustare *et* gustum, *et deinde nihilominus venirent ad legitimam cœnam*) jam satis in cubiculo edisset, abstinuit: alteroque die et tertio idem fecit. Quarto ipsa infirmitate corporis faciebat indicium. Cognito consilio ejus, publica voluptas erat, quod e faucibus avidissimorum luporum educeretur præda. Accusatores, Sejano auctore, adeunt consulum tribunalia: queruntur mori Cordum, ut interpellarent quod coëgerant; adeo illis Cordus videbatur effugere. Magna res erat in quæstione, an mortis rei perderentur. Dum deliberatur, dum accusatores iterum adeunt, ille se absolverat.'

Quem locum eo libentius ascripsi, ut ab aliis depositum emendarem,

NOTÆ

Corruptum enim illud, *an mortis rei perderentur:* et ad Œdipum relegat nos Pintianus. In manuscripto legi, *proderentur*, itaque cum asseveratione emendo, *an morte rei prohiberentur.* Probat ipse Seneca, statim: 'Fles quod quenquam tuorum mori necesse fuit? pæne non licuit.' *Lipsius.*

Dicit Xiphilinus ex Dione 'manum sibi afferre' coactum. Quod verum etiam est; nam cum Cremutius Cordus injustis accusationibus petitus, a Sejano, consentiente Tiberio, mori coactus sit, cibi abstinentia, ob id, jure, sibi manus attulisse, atque occisum dici potuit.

Libet annotare, Cordum historiarum scriptorem, de quo Capitolinus in Gordianis meminit, alium a Cremutio Cordo fuisse; is enim Junius Cordus appellatus.

Vitam abstinentia] Seneca in Consolatione ad Marciam: 'Quid faceret? si vivere vellet, Sejanus rogandus erat: si mori, filia: uterque inexorabilis. Constituit filiam fallere. Usus itaque balneo, et quo plus imponeret, in cubiculum se, quasi gustaturus, contulit: et dimissis pueris, quædam per fenestram, ut videretur edisse, projecit. A cœna deinde, quasi jam satis in cubiculo edisset, abstinuit: alteroque die et tertio idem fecit. Quarto ipsa infirmitate corporis faciebat indicium.—Complexus itaque te, carissima, inquit, filia, et hoc unum tota celata vita, iter mortis ingressus sum, etiam medium fere teneo. Revocare me nec debes, nec potes. Atque ita lumen omne præcludi jussit, et se in tenebris condidit.'

Finivit] Causa criminis repetenda est ex l. III. 72. 'At Pompeii theatrum igne fortuito haustum, Cæsar exstructurum pollicitus est, eo quod nemo e familia restaurando sufficeret, manente tamen nomine Pompeii. Simul laudibus Sejanum extulit, tanquam labore vigilantiaque ejus, tanta vis unum intra damnum stetisset. Et censuere patres effigiem Sejano, quæ apud theatrum Pompeii locaretur.' Tunc dixit Cremutius quod habetur apud Senecam: tum vere *perire* theatrum illud Pompeii.

[s] *Libros per Ædiles*] Alias, id per Triumviros factum. In vita Agricolæ: 'Delegato Triumviris ministerio, ut monumenta clarissimorum ingeniorum in comitio ac foro urerentur.' Alias per Prætorem. Valerius: 'Græcos Numæ libros L. Petillius Prætor Urbanus ex auctoritate Senatus, per Victimarios, igne facto, in conspectu populi cremavit.' Primus Romanorum hanc ingenii sui pœnam subiit Labienus. Vide pulchra apud Senecam patrem, l. x. controv. initio. *Lipsius.*

Per Ædiles cremandos] Intellige, intra urbem: foris autem per præfectos civitatum, aut provinciarum, uti Dio scriptum reliquit, l. LXVIII. extremo.

Seneca in præfat. l. VI. Controversiarum in Labienum, qui et Rabienus: 'In hunc primum excogitata est nova pœna: effectum est enim per inimicos, ut omnes ejus libri comburerentur. Res nova, et insueta, supplicia de studiis sumi. Bono, hercle, publico, ista in pœnas ingeniosa crudelitas, post Ciceronem inventa est. Quid enim futurum fuit, si Triumviris libuisset ingenium Ciceronis proscribere?' Et paulo post: 'Ejus qui hanc in scripta Labieni sententiam dixerat, postea viventis adhuc scripta combusta sunt: jam non malo exemplo, quia suo.'

Suet. in Calig. 'Titi Labieni, Cordi Cremutii, Cassii Severi scripta, Senatusconsultis abolita, requiri, et esse in manibus, lectitarique, permisit.'

[t] *Cremandos censuere*] Sed forte ta-

Patres; sed manserunt, occultati[u] et editi.[3] [v] Quo magis

libri per Ædiles comburerentur; sed superfuerunt abditi, et vulgati. Quare magis

3 Mallet Vertranius, *et abditi.* Minime ex usu Taciti, qui nusquam inanibus verbis ludit. Tentat Ernestus, *redditi.* Melius, sed sine acumine. *Brotier.*

NOTÆ

men non cremati sunt illi libri, quia occultati fuerant a filia Cremutii, et postea editi sunt, imperante Caligula, teste Suet. qui id jussit nominatim, ut et de Severo Cassio.

Cremandos] Sic libri olim combusti Athenis, Cic. l. I. de natura Deorum. 'Abderites quidem Protagoras cujus a te modo mentio facta est, Sophistes temporibus illis vel maximus, cum in principio libri sui sic posuisset, de Diis, neque ut sint, neque ut non sint, habeo dicere, Atheniensium jussu, urbe atque agro est exterminatus, librique ejus in concione combusti.'

[u] *Manserunt, occultati et editi*] Libri Senatusconsulto exuri jussi, quod in iis agnitum a legentibus quidpiam esset, iniquo animo a principibus acceptum, ideo abdite servati, et a curiosis lecti sunt.

Qui si Cornelii rectus sensus est, ut opinor, perperam in omnibus libris legitur, *manserunt occultati, et editi:* immo vero id esse non potest, ut libri iidem, quos cremari jusserat Senatus, retrusi in tenebris, et publicati remanserint.

Neque enim exustos libros publice habere impune quisquam illo tempore potuisset. Junguntur autem sæpissime apud M. Tullium, *abditum,* et *occultum,* et dicuntur ab eodem res occultæ, et penitus abditæ. *Vertran.*

Occultati et editi] Occultati a filia, et ab eadem postea editi. Itaque nihil muto. Vertranio tamen placet, *et abditi.* Non moris Tacito, bina verba ponere ejusdem rei. Scripserat hic Cremutius bella civilia et res Augusti: extantque fragmenta, ex quibus genus dicendi colligas in Suasoria Senecæ de morte Ciceronis. *Lips.*

Occultati et editi] Occultati, et editi sunt, sed diversis temporibus; nam nisi occultati fuissent, tempore Tiberii, et Sejani, nunquam editi forent sub Caio, statim enim cremati fuissent ex Senatusconsulto. Puto, cremati sunt libri, sed manserunt exemplaria occulta, ex quibus exscripti libri mox editi, et publice lecti sunt, imperante Caligula.

Occultati et editi] Primo erant *editi* et lecti palam sub Augusto; dein sæviente Sejano *occultati,* mox rursus *editi* sunt sub Caio principe: igitur ea mens Taciti. *Manserunt,* id est, duraverunt *occultati,* seu, intacti ab igne Sejani, mox et *editi* sunt, procurante Marcia ipsa, Cremutii filia. Si nondum editi erant, libri illi non sunt combusti, licet id decretum fuisset, quia sunt occultati, et sic manserunt incolumes; si erant jam *editi* ante rabiem illam Sejani, certe non sunt usta exemplaria omnia, sed manserunt occultata, ita ut rursus edi possent, quod factum. Neque cogites de voce *abditi,* quam astruunt: crede mihi, non sic edidit Tacitus.

Occultati et editi] Manserunt hi libri *occultati,* manserunt etiam *editi,* quia nempe jam *editi* ante erant, quam damnaretur auctor Cremutius, longe antequam comburerentur. Nam jam et imperante Augusto lecti pub-

socordiam eorum irridere libet, qui præsenti potentia credunt extingui posse etiam sequentis ævi memoriam.[w] Nam contra, punitis ingeniis,[x] gliscit auctoritas: neque aliud[y]

irridere juvat illorum vesaniam, qui præsenti auctoritate putant aboleri posse etiam futuræ ætatis monumenta; quippe contra coërcitis studiis, crescit adolescitque fama,

NOTÆ

lice fuerant. Itaque manserunt *occultati*, superfuerunt *editi*, qui nempe jam in manibus seu bibliothecis multorum mortalium erant: quo major fuit socordia Sejani et satellitum ipsius, qui extingui ingenia posse fumo illo evanido putabant.

[v] *Editi*] Fuerunt tamen qui eos clanculum servarent, et postea denuo in lucem emitterent. *Freinsh.* Itaque manserunt *editi*, quia primum *occultati;* dein transacta sævitia temporum, nempe Sejano Tiberioque extinctis, *editi* sunt: mox eos legi permisit Caligula. Eo sensu manserunt *occultati*, durante sævitia imperitantium; manserunt, *editi* sunt, transacta sævitia eorundem.

Editi] Dio l. LVII. 'Librique ejus in urbe inventi tunc per ædiles, et foris per singulorum locorum præfectos, cremati sunt; postea tamen iterum editi: nam eos, cum alii, tum Marcia filia ejus occultaverat, et majori studio ob casum Cordi sunt excepti.' Quantum patet ex hoc loco Dionis, jam ævo Augusti, editi erant hi libri, et in vulgus sparsi: nam non modo Romæ cremata exemplaria sunt, sed etiam in aliis Italiæ et imperii locis, per Decuriones. Sed dejecto interfectoque Sejano, rursus editi; manserant quippe exemplaria, quæ et edi permisit Caius. Quis enim adeo potens, ut aboleat ingenia? quis omnes ætates et linguam totius populi Rom. silere cogat?

Editi] Seneca: 'Ut vero aliquam occasionem mutatio temporum dedit, ingenium patris tui, de quo sumtum erat supplicium, in usum hominum reduxisti, et a vera illum vindicasti morte, ac restituisti in publica monumenta libros, quos vir ille fortissimus sanguine suo scripserat. Optime meruisti de Romanis studiis; magna illorum pars arserat: optime de posteris, ad quos veniens incorrupta rerum fides, auctori suo magna imputata: optime de ipso, cujus viget, vigebitque memoria, quamdiu fuerit in pretio Romana cognosci, quamdiu quisquam erit, qui reverti velit ad acta majorum, quamdiu quisquam, qui velit scire, quid sit vir Romanus, qui subactis jam cervicibus omnium, et ad Sejanianum jugum adactis, indomitus sit homo, ingenio, animo, manu liber. Magnum me hercule detrimentum respublica ceperat, si illum ob duas artes pulcherrimas, in oblivionem conjectum, eloquentiam et libertatem, non eruisses. Legitur, floret, in manus hominum, in pectora receptus, vetustatem nullam timet. At illorum carnificum cito scelera, quibus solis memoriam metuerunt, tacebuntur. Hæc magnitudo animi tui vetuit me ad tuum sexum respicere: vetuit ad vultum, quem tot annorum continua tristitia, ut semel abduxit, tenet.'

[w] *Sequentis ævi memoriam*] Hoc est, ne quid ex suis probris, illud ad ævum perveniat; nemo enim usque adeo insanit, ut credat abolere se posse scripta eorum, qui post ipsum sunt victuri, quod non nemo dixit. *Freinsh.*

[x] *Punitis ingeniis*] Fama ingeniorum crescit, quæ ob scripta sua supplicium luerunt, cum sibi quisque

externi Reges,[z] aut qui eadem sævitia usi sunt, nisi dedecus sibi, atque illis gloriam peperere.

36. Ceterum postulandis reis tam continuus annus fuit, ut feriarum Latinarum diebus,[a] Præfectum urbis,[1] Drusum,[b] auspicandi gratia[c] tribunal ingressum, adierit Calpurnius

et barbari reges, aut qui eadem atrocitate sævierunt, nihil aliud, nisi ignominiam sibi, atque ingeniis decus comparavere.

Ceterum accusandis sontibus adeo perpetuus annus fuit, ut ipso tempore, quo feriæ Latinæ celebrarentur, Calpurnius Salvianus venerit ad præfectum urbis Drusum,

1 Ita Ms. Flor. et libri omnes editi. Ursinus ex fictitio suo Ms. codice laudat, *Urbi*.

NOTÆ

persuadeat magnum aliquid in iis contineri, ob quæ tanta potentium ira exarserit.

[y] *Neque aliud*] Unde reges externi, aut si qui nostrorum principum eadem sævitia usi sunt, nihil aliud sibi quam dedecus, &c. paraverint.

[z] *Externi Reges*] Per reges externos plerumque intelligit reges Orientis, sicque innuit quosdam reges sæviisse in viros ingenia doctos, crematosque jam olim libros.

[a] *Feriarum Latinarum diebus*] Qui dies erant *conceptivi*, non *stativi*. Horat. ep. I. 7. ' Indictis comes ire Latinis.' Ait autem *indictis*, quod a consule indicerentur.

Origo a Tarquinio superbo. Et nomen a Latinis populis, cum quibus icto fœdere, et tauro sacrificato, partes Latinis darentur, et 24. urbibus Italiæ.

Nec Consules in provinciam ituri, ante ibant, quam Latinæ feriæ indicerentur, et male cessisse scribit Dio XLVI. ante ferias Latinas profectis.

Manebat autem semper unus, qui feriis Latinis jus diceret. Dio l. XL. ' Eo tempore Præfectus urbi ad ferias Latinas non est creatus : sed id munus quidam prætores, qui in urbe, exercuerunt.' Tamen Augustus, unum tantum prætorem ad ferias Latinas constituit, l. LIV. Pomponius Jurisconsultus l. II. de orig. jure. *Aurelius.*

[b] *Præfectum urbis, Drusum*] Capio Drusum Germanici filium. Moris enim ut Latinarum diebus præficeretur urbi adolescens aliquis ex prima nobilitate. Dico *adolescens*, quoniam, ut Mutius ait, ' ex ea ætate præfectus fiat, quæ non sit senatoria :' apud Agellium XIV. cap. ult.

Dio tamen indicare videtur ab Augusto id institutum, l. XLIX. Ἐν δὲ ταῖς ἀνοχαῖς αἱρετοὶ ὑπὸ τοῦ Καίσαρος πολίαρχοι παῖδες ἄνηβοι ἐξ ἱππέων, ἀλλ' οὐκ ἐκ βουλευτῶν γεγονότες ἦρξαν : ' In feriis eligebantur a Cæsare præfecti urbis, pueri impuberes, ex equitibus, non vero ex senatoribus creati, qui tum imperabant.' Ita et Nero. Præf. urbi a Claudio. Suet. c. 7. *Lipsius.*

[c] *Auspicandi gratia*] Moris fuit, ut quicumque munus aut magistratum caperent, primo ejus die, leviter aliquid delibarent, auspicii saltem causa. Asconius ad illud Ciceronis in Verrem : ' Qui auspicato a Chelidone surrexisset.' ' *Auspicari* dicuntur ineuntes magistratus : et quia Chelidon, id est hirundo, urbem frequentat, facete urbanam provinciam Chelidonis auspicio meretricis dicit esse susceptam.' Itaque appellabant primum

Salvianus in Sex. Marium: quod a Cæsare palam increpitum,[d] causa exilii[e] Salviano fuit. Objecta publice[f] Cyzice-

qui auspicandi causa tribunal ascenderat, adversus Sex. Marium. Quod cum Tiberius aperte vituperasset, causa exitii Salviano extitit. Incusati publice Cyziceni,

NOTÆ

illum *Auspicalem* diem. Panegyristes: 'illum tamen primum consulatus tui auspicalem diem tacitus præterire nullo modo possum: quo tu solus omnium consecutus es, ut quod tempus antea incipiendis tantummodo rebus aptum esse videbatur, tunc primum potuerit sufficere peragendis, unoque sol curriculo et officia te consulis inchoantem videret et imperatoris implentem.'

Non alia fax clarior ad hunc ritum, et bene ait, incipiendis rebus: quia tantum leves quædam et tralatitiæ causæ proponi solent, dicis gratia. Suetonius Nerone: 'Auspicatus est et jurisdictionem præfectus urbi (ita lego, non, *præfecti urbis*) sacro Latinarum, celeberrimis patronis non tralatitias, ut assolet, et breves, sed maximas plurimasque postulationes, certatim ingerentibus; quanquam interdictum a Claudio esset.'

Nec magistratus solum, sed etiam privati homines vulgo Kal. Januariis artes suas, religionis ominisque causa, auspicabantur. Ovidius: 'Tempora commisi nascentia rebus agendis, Totus ab auspicio ne foret annus iners. Quisque suas artes ob idem delibat agendo, Nec plusquam solitum testificatur opus.' Seneca epistola 84.: 'Ille tantus Psychrolutes, qui Kal. Januariis in Euripum saltabam: qui anno novo, quemadmodum legere, scribere, dicere aliquid, sic auspicabar in Virginem desilire.'

Suetonium eodem traho, Nerone c. 46. 'Kal. Januariis auspicanti Sporus annulum muneri obtulit, cujus gemmæ sculptura erat Proserpinæ raptus.'

Illud proprium studiosis, ut auspicarentur lucubrationes suas nocturnas, ut opinor, Vulcanalibus ipsis: apparet ex Plinii verbis epist. ad Macrum de avunculi sui vita studiisque: 'lucubrare Vulcanalibus incipiebat, non auspicandi causa, sed studendi.' Vulcanalia autem IX. Kal. Septembris. *Lipsius.*

Auspicandi gratia] Adeo ut feriarum Latinarum diebus Calpurnius adierit Drusum, qui tum per absentiam magistratuum, in Albano monte sacra facientium, ut mos est, præfectus urbi, auspicandi gratia tantum et levibus quibusdam causis dijudicandis, res incipiendi causa, tribunal ingressus erat.

[d] *Quod a Cæsare palam increpitum*] Jure; quia, ut dixi, non seriæ causæ, sed leves quædam tunc agi solitæ: multo minus capitales, et ominis sævi ac scævi. *Lipsius.*

[e] *Increpitum, causa exilii*] Tralatitiæ enim, aut fictæ causæ tantum proponi solebant, non capitales, diri ominis. *Muretus.*

Non ipsum Calpurnii factum, sed increpatio Cæsaris, exilii ejus causa fuit: neque ut Tiberius eum pelli jusserit; sed patres audaciam Calpurnii Cæsari displicere cernentes, ea occasione ad fugandum hominem fœdum sunt usi. *Freinsh.*

Increpitum] In exilium missus est, quia Tiberius id tanquam mali moris exemplum palam incusaverat.

[f] *Objecta publice*] Accusati sunt publice, hoc est, ipsa eorum resp. accusata est; non singuli, non magistratus tantum, aut pars eorum. Sic apud Flor. II. 17. 'Hispaniæ nunquam animus fuit tueri libertatem

nis 'incuria cærimoniarum D. Augusti,'[g] additis 'violentiæ criminibus adversum cives Romanos:' et amisere libertatem, quam bello Mithridatis meruerant circumsessi, nec minus sua constantia, quam præsidio Luculli, pulso Rege. At Fonteius Capito, qui Proconsul Asiam curaverat, absolvitur, comperto, ficta in eum crimina per Vibium Serenum: neque tamen id Sereno noxæ fuit; quem odium publicum tutiorem faciebat, nam, ut quis districtior[h] accusator, velut sacrosanctus erat: leves, ignobiles, pœnis afficiebantur.

37. Per idem tempus Hispania ulterior, missis ad Senatum legatis, oravit, 'ut exemplo Asiæ delubrum Tiberio matrique ejus exstrueret:' qua occasione Cæsar, validus alioqui spernendis honoribus, et respondendum ratus iis, quorum rumore arguebatur, 'in ambitionem flexisse,' hujus-

quod negligerent religiones D. Augusti, *annexis* criminibus immanitatis in cives Rom.: *iisque ademta libertas, quam adepti erant bello et obsidione Mithridatis, et propulsato rege, non minus sua virtute, seu pervicacia fidei, quam subsidio Luculli. At Fonteius Capito, qui proconsulari imperio Asiam rexerat, insons renuntiatur, cum cognitum esset, supposita subditaque in illum crimina a Vibio Sereno: neque tamen id Sereno in exitium vertit, quem ira publica securiorem præstabat. Nam ut quis atrocior delator* fuit, *veluti sacer et inviolatus erat: tenues et inglorii supplicio addicebantur.*

Eadem tempestate Hispania ulterior, missis ad patres oratoribus, rogavit, ut ad instar Asiæ statueret templum principi et parenti ejus; *qua* data *ansa Cæsar aliunde firmus temnendis laudibus, et operæ pretium existimans refellere illos, quorum sermonibus suggillabatur,* id in ostentationem vertisse, *in eam fere sententiam*

NOTÆ

suam publice:' sed videlicet singillatim tantum, et per partes. *Freinsh.*

[g] *Incuria cærimoniarum D. Augusti*] Quod fanum ejus honori cœptum non perfecissent, et quod cives quosdam Rom. in vincla habuissent. Dio et Suetonius c. 37. 'Cyzicenis in cives Rom. violentius quædam ausis, publice libertatem ademit, quam bello Mithridatico meruerant.' Ademerat sane Cyzicenis libertatem et Augustus, ob cives autem Rom. flagris cæsos: sed mox restituit, uti apud Dionem reperies l. LIV. actis anni 734. et 740. Strabo l. XII. Cyzicum liberam fuisse ait, suo etiam ævo; ex quo vides magnum illum scriptorem desiisse vivere, aut scribere, ante hunc Tiberii annum. *Lipsius.*

Incuria cærimoniarum] Quod cærimoniis Augusti neglectis, templum quod ei struendum susceperant, absolvere curæ non habuissent; et insuper cives quosdam Rom. in vincula duxissent, aliaque nonnulla violentius in eos ausi essent.

[h] *Nam, ut quis districtior*] Plane ex illo Sallustiano oraculo, sub Tyrannis: 'Quam quisque pessime fecit, tam maxime tutus est.'

Districtior accusator] Districtum hic puto acrem, atrocem, rigidum, præferocem, inexorabilem. Sic 'districtam fœneratricem' vocat Valer. Max. VIII. 2. 2. *Freinsh.*

cemodi orationem cœpit: 'Scio, P. C. constantiam meam[i] a plerisque desideratam, quod Asiæ civitatibus, nuper idem istud petentibus, non sim adversatus: ergo et prioris silentii[j] defensionem, et quid in futurum statuerim, simul aperiam. Cum D. Augustus sibi[k] atque urbi Romæ templum apud Pergamum sisti non prohibuisset; qui omnia facta dictaque[l] ejus vice legis observem, placitum jam exemplum promtius secutus sum, quia cultui meo veneratio[m] Senatus adjungebatur. Ceterum, ut semel recepisse veniam habue-

orsus est: Non me fallit, P. C. firmitudinem animi in me plures exoptasse, eo quod non obstiterim Asiaticis urbibus, non pridem istud ipsum postulantibus. Igitur patefaciam, simul et prioris silentii causam, et quid in posterum decreverim. Cum D. Augustus non vetuisset exstrui templum Pergami sibi, et urbi Romæ; ego qui cuncta verba actaque ejus instar oraculi venerer, receptum jam institutum, libentius et impensius imitatus sum, quia honori meo cultus Patrum adjiciebatur. Porro ut semel approbasse venia dignum fue-

NOTÆ

[i] *Constantiam meam*] Quia nuper Asiæ civitatibus idem petentibus non sum refragatus, scio me plerisque non satis constantem fortemque in declinandis nimiis honoribus visum esse, &c.

[j] *Prioris silentii*] Ergo nunc pariter et prius silentium purgare, et quid in posterum decreverim, promere constitui.

[k] *D. Augustus sibi*] Exemplum hujus adulationis a Persis, de quibus apud Q. Curtium postremus servorum Cleo: 'Persas non solum pie, sed etiam prudenter, reges suos inter Deos colere: majestatem enim imperii, salutis esse tutelam.'

Eadem Augusto mens, sed ut leniret invidiam, non sibi soli permisit templa statui, sed conjunctim urbi Romæ: quæ jam pridem scilicet inter Deas. Suetonius: 'Templa quamvis sciret etiam Proconsulibus decerni solere, in nulla tamen provincia, nisi communi suo Romæque nomine recepit.'

Ita a communi Asiæ Pergami statutum templum, de quo hic Tacitus, et denarii veteres: in quibus templi forma cum inscriptione, COM. ASIÆ ROM. ET AVG. id est, Commune Asiæ Rom. et Augusto: de quo satis multa Dio l. LI. in actis anni 725.

Facit quod in lapidibus legimus: FLAMINI. ROM. ET AVG. et apud Rufum Templum Romæ et Augusti, in ipsa urbe. *Lipsius.*

Augustus] Exemplum Augusti secutus sum tanto promtius, quia templum illud non mihi soli dedicabatur, sed meo cultui senatus quoque veneratio conjuncta erat, et hæc quidem prioris mei silentii defensio est.

[l] *Omnia facta dictaque*] Quod de se hic Tiberius, tribuit illi etiam Strabo l. VI. extremo: 'Tiberius,' inquit, 'successit Augusto:' κάνονα τῆς διοικήσεως καὶ τῶν προσταγμάτων ποιούμενος ἐκεῖνον: 'Regulam normamque gubernationis et imperii illum faciens.' *Lipsius.*

[m] *Cultui meo veneratio*] Templum enim, de quo loquitur, dedicatum erat, 'Tiberio matrique ejus ac Senatui:' IV. 15. *Freinshemius.*

rit, ita per omnes provincias effigie Numinum sacrari, ambitiosum, superbum: et vanescet[n] Augusti honor, si promiscuis adulationibus vulgatur.

38. 'Ego me, P. C. mortalem esse,[o] et hominum officia fungi, satisque habere, si locum principem[p] impleam, et vos testor, et meminisse posteros volo: qui satis superque memoriæ meæ tribuent, ut[1] majoribus meis dignum, rerum vestrarum providum, constantem in periculis, offensionum pro utilitate publica non pavidum, credant. Hæc mihi in animis vestris templa, hæ pulcherrimæ effigies et mansuræ: nam quæ saxo struuntur, si judicium posterorum in odium vertit, pro sepulchris[2] spernuntur.[q] Proinde socios, cives,

rit, sic per universas provincias imagine Deorum dicari, vanum atque arrogans: et exolescet Augusti decus, si promiscuis assentationibus cuivis communicatur.

Ego certe P. C. vos testes voco, profiteorque me hominem esse, et mortalium obire munia, et sufficere mihi, si partes principis sustineam, simul et id recordari posteros cupio, qui satis superque dabunt gloriæ meæ, si me existiment non degenerem a patribus meis, si vestris rebus invigilantem, si fortem firmumque inter discrimina, et odiorum pro bono publico me non metuentem putent. Ea mihi in mentibus vestris delubra, hæ præclarissimæ imagines et duraturæ. Etenim quæ ex marmore statuuntur, si testimonium posterorum in offensionem, in invidiam mutavit, instar sepulchrorum contemnuntur. Quamobrem socios, cives, Deos ipsos oro; hos, ut mihi ad exitum usque vitæ

1 Pro *ut* tentat Ernestus, *si* vel *ubi*. At optimis scriptoribus probatum *ut*, pro *dum*, *dummodo*. Si quid novandum, potius adderem, *ut me majoribus meis dignum*. *Me* potuit facile excidere; potest quoque intelligi. *Brotier*. —2 Frustra tentat Ernestus, *pro sepultis*. Sepulchris destinantur, æque ac sepulchra spernuntur. *Idem*.

NOTÆ

[n] *Vanescet*] Ipsius etiam Augusti fastigium imminuetur, si honores eximii, et ob virtutis atque meritorum excellentiam, ipsi extra ordinem decreti, indiscretis adulationibus vulgentur.

[o] *Ego me, P. C. mortalem esse*] Hom. Odyss. 7. οὐ γὰρ ἔγωγε Ἀθανάτοισιν ἔοικα, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν, Οὐ δέμας, οὐδὲ φυήν, ἀλλὰ θνητοῖσι βροτοῖσι: 'Neque enim ego videor similis immortalibus, qui cœlum immensum tenent, Non corpore, non animo, sed unum mortalium me esse fateor.'

[p] *Si locum principem*] Mortalem me esse; et non Dei, sed hominis explere vicem et munera; satisque me adeptum credere, si principis officio digne satisfaciam, et vos testor, et posteros meminisse volo.

[q] *Spernuntur*] Ubi principes quorum honori structa sunt templa vel simulacra, judicio posteritatis odio quam laude digniores censentur, ea certe juxta ac sepulchra contemnuntur.

et Deos ipsos[3] precor:[r] hos ut mihi ad finem usque vitæ quietam[s] et intelligentem humani Divinique juris mentem duint; illos, ut, quandoque[4] concessero, cum laude et bonis recordationibus, facta atque famam nominis mei prosequantur.' Perstititque posthac secretis etiam sermonibus aspernari talem sui cultum: quod alii 'modestiam,' multi, 'quia diffideret,'[t] quidam, 'ut degeneris animi,'[u] interpretabantur.

tribuant tranquillam et prudentem humanarum divinarumque legum mentem; illos, ut cum e vivis excessero, res gestas et decus nominis mei cum honore et prospera memoria celebrent. *Perseveravitque postea privatis etiam colloquiis talem sui venerationem spernere. Quod alii ut* moderationem animi; *plerique*, quod non satis conscientiæ fideret; *nonnulli*, ut ignobilis ignavique

3 In Ms. Flor. *et Deos et Deos ipsos.* Beroaldus et veteres edidere, *et Deos et Deas ipsas.* Melius Pichena et recentiores omisere, *et Deas.* Ab oscitante enim librario geminatum, *et Deos;* plurima id genus exempla suppeditant Mss. Codices. Quantum licet conjicere, *Deos Deasque*, non vero, *Deas ipsas*, dixisset Tiberius. *Brotier.*—4 Ita Ms. Flor. Jac. Gronovius et recentiores. Beroaldus et veteres, *quandocumque.* Latine quidem. Sed æque Latine, *quandoque.* Idem.

NOTÆ

[r] *Cives, et Deos ipsos precor*] Sicut in Ciceronis epist. Brutus epist. 16. 'Mihi prius omnia Dii Deæque eripuerint, quam illud judicium.' Propert. III. 12. 41. 'Dii Deæque omnes.'

Deos et Deas ipsas] Optime, nec ut alii, *Deas* rejicias. Est solennis precatio, exemplo Græcorum. Demosthenes Θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις: et sæpius. Est a fonte Homerico: 'Omnes Dii me audite, atque omnes me quoque Divæ.'

Et Deos] Quicquid dicant, Cæsar neque Græcus orator, neque Græco more invocat Deos Deasque in principio orationis, ut Demosthenes. Sed in medio orationis Deos et cives precatur: et cum *Deos* orat, nomine *Deorum* intelliguntur etiam *Deæ* et quæcunque numina. Standumque veteri exemplari quod unum autographum restat; et certe, dum corrigunt Tacitum, sæpe corrumpunt; at longe satius est intelligere, quam corrigere.

[s] *Quietam*] Quod opponitur his cruciatibus et angori animi, quem passi se fatetur infra l. VI. 6. 'Quid scribam vobis P. C. aut quomodo scribam, aut quid omnino non scribam hoc tempore, Dii me Deæque pejus perdant, quem perire quotidie sentio, si scio. Adeo facinora atque flagitia sua ipsi quoque in supplicium verterant. Neque frustra præstantissimus sapientiæ firmare solitus est, si recludantur tyrannorum mentes, posse aspici laniatus et ictus; quando ut corpora verberibus, ita sævitia, libidine, malis consultis, animus dilaceretur.'

[t] *Quia diffideret*] Quod alii modestiæ ipsius tribuebant, multi quia diffideret judicio posterorum et famæ suæ. Forte quod primum et præcipuum fuit, virtuti et conscientiæ suæ diffisus, spernebat honorem, qui mox in dedecus vertere debuit.

Quia diffideret] *Multi, quia diffideret* sibi ipse, nec speraret duraturum tale judicium sociorum vel posterorum, neque duratura ea templa, ea argumenta seu monumenta virtutis et famæ illius.

'Optimos quippe mortalium altissima cupere. Sic Herculem et Liberum apud Græcos, Quirinum apud nos, Deum numero additos. Melius Augustum,[v] qui speraverit.[w] Cetera Principibus statim adesse: unum insatiabiliter parandum, prosperam[5] sui memoriam: nam contemtu famæ,[x] contemni virtutes.'

39. At Sejanus nimia fortuna socors,[1] et muliebri insuper cupidine[y] incensus, promissum matrimonium flagitante Livia, componit ad Cæsarem codicillos: moris[z] quippe tum

animi *accipiebant*. Etenim præstantissimos hominum eminentissima appetere. Sic Herculem et Bacchum inter Græcos, Romulum apud nos, in Deorum cœtum ascriptos. Nobilius sensisse de se Augustum, qui cupierit. Alia omnia dominantibus affatim obvia: unum illis inexplebiliter quærendum, felicem sui memoriam. Quippe spreta gloria, sperni et virtutes.

At Sejanus nimia felicitate vecors, et præterea fœminea libidine incitus, promissas nuptias expostulante Livilla, conscribit libellos ad principem. Nam tum in usu

5 Eleganter dictum. Male tentat Cl. Chiffletius, *posteram*. Brotier.
1 Mallet Lipsius, *vecors*. Nihil mutandum. *Idem*.

NOTÆ

[u] *Ut degeneris animi*] Quidam ignaviam et ignobilitatem animi, ut sui contemtum, et quasi flagitium probrumque quod ipsa conscientia objectaret, interpretabantur.

[v] *Melius Augustum, qui speraverit*] Nimirum, qui confisus sit se tantos honores mereri et consequi posse. *Freinshemius*. Fatetur ipse in literis ad dissimillimum sibi successorem: 'Benignitas enim mea me ad cœlestem gloriam efferet,' Sueton. 71. Livius l. I. 'Hæc tum sacra Romulus una ex omnibus peregrina suscepit; jam tum immortalitatis virtute partæ, ad quam eum sua fata ducebant, fautor.'

[w] *Qui speraverit*] Rectius itaque et generosius Augustum fecisse, qui id decus se assequi posse speraverit.

[x] *Contemtu famæ*] Idque etiam utilitati publicæ conducere. Nam si principes famæ studeant, operam esse daturos, ut virtutes per quas ad illam iter est, colant et sectentur: contra si fama contemnatur, evenire ut etiam virtutes, tanquam gratuitæ nullique pretio assequendo aptæ, negligantur.

Contemtu famæ] Ut quæ sit verum et unicum virtutis præmium, ideoque spreta gloria, sperni et virtutem, quæ famæ gloriæque parens dici possit.

[y] *Muliebri insuper cupidine*] Liviæ aiunt, quod quidem verum est intelligi; sed illud insuper verum, totum hic sexum perstringi, notarique affectus illius maribus vehementiores, minusque domabiles. *Freinsh.*

Forte sua et etiam mulieris ipsius cupidine incensus, Sejanus scribit Tiberio, &c.

[z] *Moris*] Repertorem ejus C. Cæsarem fuisse moneatur a me juventus. Ita enim Plutarchum accipio in Cæsare: 'Ferunt et Cæsarem primum rationem reperisse amicos per literas conveniendi, cum coram agendi de rebus iis quæ incidissent, nec multitudo occupationum, nec urbis magni-

erat, quanquam præsentem, scripto adire. Ejus talis forma fuit: 'Benevolentia[2] patris Augusti, et mox plurimis Tiberii judiciis ita insuevisse, ut spes votaque sua non prius ad Deos,[a] quam ad Principum aures conferret. Neque fulgorem honorum unquam precatum: excubias ac labores, ut unum e militibus,[b] pro incolumitate Imperatoris malle. Attamen, quod pulcherrimum,[c] adeptum, ut conjunctione Cæsaris dignus[d] crederetur: hinc initium spei.[e]

erat, licet in urbe agitantem, illum *scriptis literis alloqui. Harum ea sententia fuit:* se amicitia parentis Augusti, et postea multis Tiberii testimoniis, ita uti solitum, ut non desideria, et preces suas converteret ad Deos prius, quam ad aures imperitantium. Neque splendorem dignitatum unquam postulavisse; vigilias, curas, ministeria, ut unum e manipulariis, pro salute principis sibi cariora esse. Attamen se, quod præclarissimum est, obtinuisse, ut propinquitate principis dignus existimaretur. Hinc ortam spem sibi. Et

2 Beroaldus, *benivolentia.* Recte utrumque: sæpius, *benevolentia*, occurrit. *Brotier.*

NOTÆ

tudo semper spatium darent.'

Quod referri non nisi ad amicos præsentes posse clarum est. Tenuit coluitque eundem morem Augustus, qui, sermones cum singulis, atque etiam cum Livia sua, graviores, non nisi in scriptis, et e libello habebat, ne plus minusque loqueretur. Suetonius c. 84.

[a] *Non prius ad Deos*] Pater tuus Augustus tanta erga me benevolentia fuit, neque minus tu, Cæsar, tam frequentibus beneficiis ostendisti quam bene de me sentias et judices, ut ea plane in consuetudinem mihi verterit, effeceritque, ut quicquid vel spe concipiendum, vel voto expetendum esse videbatur, non apud Deos prius, sed protinus apud principis aures expromere sim solitus.

[b] *Ut unum e militibus*] Ut unum e gregariis, seu caligis; licet ipse jam pridem summum apicem equestris gradus attigisset; licet prætorianis præfectus esset, tamen excubias et labores pro salute principis, ut unum e vulgo, sustinere, et summis honoribus anteponere.

[c] *Quod pulcherrimum*] Id est, splendidissimum, honestissimumque ipsa re, aut certe communi hominum opinione.

[d] *Ut conjunctione Cæsaris*] Filia ejus Claudii filio desponsa.

Ut conjunctione Cæsaris dignus] Nempe quod ejus filia, Claudii qui frater Germanici filiusque Drusi erat, filio pacta seu desponsa fuerat; quod tamen in irritum abiit, mortuo statim filio Claudii apud Pompeios, teste Sueton. et ipsa filia Sejani strangulata a carnifice, priusquam matura viro esset.

[e] *Hinc initium spei*] Hinc ortam spem, qua eandem conjunctionem Cæsaris ultra adhuc ambire auderet, et qua præcipue conjugium Livillæ, sororis Germanici, nunc rogaret; quod etiam in irritum abiit. Neque enim id concessit Tiberius, nec ultra postulare tale matrimonium ausus Sejanus, altius pavens, et jam non de dignitate augenda, sed de tuenda salute solicitus: et mox patefacta con-

Et, quoniam audiverit, Augustum, in collocanda filia, nonnihil etiam de Equitibus Romanis[f] consultavisse: ita, si maritus Liviæ quæreretur, haberet in animo amicum,[g] sola necessitudinis gloria usurum. Non enim exuere imposita munia: satis æstimare, firmari domum adversum iniquas Agrippinæ offensiones; idque liberorum causa.[h] Nam sibi

etiam, quod acceperit Augustum in tradenda filia, aliquid etiam de equitibus Rom. cogitasse; ita si vir Liviæ investigaretur, meminisset amici sui, qui sola conjunctionis gloria fruiturus esset. Non enim detrectare mandata sibi ministeria: satis habere propugnari familiam suam contra perversas pravasque Agrippinæ inimicitias; idque sobolis suæ gratia. Etenim sibi longum et satis

NOTÆ

juratione Sejani, dein et scelere Liviæ, Sejanus occisus in carcere; Livilla intra palatium interfecta est.

Spei] Unde mihi ulterioris spei initium ortum est.

[f] *Etiam de Equitibus Romanis*] Suetonius: 'Agrippa defuncto, multis ac diu etiam ex equestri ordine circumspectis conditionibus, Tiberium privignum suum elegit.'

De Equitibus Rom.] Sic l. VI. 15. de Tiberio: 'Diu quæsito, quos neptibus suis maritos destinaret Cæsar, postquam instabat virginum ætas, L. Cassium, M. Vinicium legit. Vinicio oppidanum genus; Calibus ortus, patre atque avo consularibus, cetera equestri familia erat, mitis ingenio, &c. Cassius plebei Romæ generis,' &c. Et c. 27. 'Pars mœroris fuit, quod Julia Drusi filia, quondam Neronis uxor, denupsit in domum Rubellii Blandi, cujus avum Tiburtem equitem Rom. plerique meminerant.'

De Equitibus] Nonnihil de quibusdam equitibus Rom. an ex illis generum legeret, dubitavisse.

[g] *Amicum*] Rogare ausus sum, ut si Liviam ad tertias nuptias transire velis, non obliviscaris amici, qui ex hac conjunctione non imperia, non honores, sed nihil aliud quam solam tantæ necessitudinis gloriam sibi petit.

[h] *Liberorum causa*] Non hoc dicit, quod in fronte videtur; velle se matrimonium, liberorum causa, uti formula et lex erant: sed firmandæ Drusi domus, quæ desolata jam illo mortuo erat, contra Agrippinam: firmandæ, inquam, liberorum Drusi gratia; et ut illos (nepotes Tiberii) tueretur. Sequentia id affirmant, alioqui longinqua: *nam sibi satis vitæ, &c.* quasi dicat, de se non angi, aut sua posteritate: felice, si cum principe vivat, obeatque. *Lipsius.*

Liberorum causa] Suorum nempe, non Drusi. Clarum id ex seq. cap. ubi huic causæ respondens Cæsar, acrius ait arsura Agrippinæ odia, si matrimonium Liviæ domum Cæsarum velut in partes distraxisset.

Ergo Agrippina Sejano infensa fuit, non Liviæ nec liberis ejus, inimicitiæque ejus acrius arsuræ erant, si vidisset inimicum hoc matrimonio tantum extolli.

Nam Liviæ aut Drusi liberis quid astrueret Sejani conjunctio, principem ipsum socerum, patruum, aut avum habentibus? Deinde adjungit, 'sic quoque erumpere æmulationem fœminarum, eaque discordia nepotes suos convelli,' &c. quod putidum esset, si jam de inimicitiis Agrippinæ in eos dixisset Sejanus.

multum superque vitæ fore, quod tali cum Principe explevisset.'

40. Ad ea Tiberius, laudata pietate Sejani, suisque in eum beneficiis modice[i] percursis, cum tempus, tanquam ad integram consultationem,[j] petivisset, adjunxit: 'Ceteris

superque amplum vivendi spatium fore, quod cum tali imperatore transegisset.

Ad hæc Tiberius, celebrata caritate Sejani, suisque in eum meritis breviter enumeratis, cum tempus velut ad plenam *integram*que, ut in re nova et gravi, *delibera-*

NOTÆ

Parum apte putant de liberis Drusi isthæc dici, tanquam Sejanus se protectorem iis offerret contra potentiam Agrippinæ: qua re nihil magis dici potuisset Sejano adversum. Quid enim? ille, qui tantopere suam modestiam prædicat, qui negat se principi supervicturum, hoc incolumi, nepotum ejus defensorem patronumque se profiteretur? quasi defensoribus istis tempus egeret.

Neque moveor eo, quod in eadem sententia fuisse video virum doctissimum: πολλὰ γὰρ πταίομεν ἅπαντες. Nam sequentia verba, quæ suæ causæ advocat, illinc stant, hinc testimonium dicunt: 'nam sibi multum superque vitæ fore,' &c.

Igitur sibi nihil se metuere ait ab Agrippinæ odiis: neque enim aut vivo principe illam sibi nocere posse; aut se vitam desiderare post principem: itaque restare unicam curam de liberis, suis videlicet, quos hac affinitate firmaret contra illius fœminæ impotentiam; nam utique suæ domui a Drusiana præsidium petebat, non vicissim: quod vel profiteri cujus fuisset impudentiæ? principis domus stare non potuisset, nisi municipalis eques eam fulcivisset! Ac non sua vi stare potuisset, non supererant Pisones, Dolabellæ, Gracchi, Scipiones; ut in Sejani Vulsiniensis sinum confugere oporteret. *Freinsh.*

Idque liberorum] Meorum causa; neque enim de me solicitus sum, quippe mihi satis superque vitæ erit, quod tali sub principe explevero, cui superstitem esse velle, ultimum veluti scelus abominor.

Liberorum] Liberorum, non mei causa solicitus; sufficit enim quodcumque vitæ tempus cum tali principe explevero, nec ultra vivere cupio; cum vivere desierit princeps, ultro et vitam relinquet Sejanus; ultra importuna vita erit.

[i] *Modice*] Modeste enumeratis beneficiis, quæ vicissim in illum contulisset.

Modice] Alii modeste, alii obiter, cursim, breviter; eodem sensu omnes. Bene de modestia et brevitate intelligitur: et verisimile est Tiberium non ostentasse aut prolixe commemorasse sua in Sejanum beneficia; alioquin exprobrare ea visus esset; nam ex Terentio 'commemoratio beneficiorum exprobratio est.'

[j] *Tempus, tanquam ad integram consultationem*] Dubitatur eane adjunxerit voce an scripto: censeo Sejanum ipsum sua manu porrexisse Tiberio codicillos: Tiberiumque, illis perlectis, voce statim pietatem Sejani laudavisse, ac sua in eum beneficia modice percurrisse, deinde petito ad consultationem tempore, scripto dedisse illi responsum. Quod innuunt sequentia verba: 'ideo se non illuc

mortalibus[k] in eo stare consilia, quid sibi conducere putent: Principum diversam[l] esse sortem; quibus præcipua rerum ad famam[m] dirigenda: ideo se non illuc decurrere, quod promtum rescriptu:[n] posse ipsam Liviam[o] statuere, nuben-

tionem postulasset, adjecit: Ceteris hominibus in eo verti consultationes, quid sibi utile esse credant: aliam esse conditionem imperitantium, quibus summa votorum ad gloriam referenda sit. Propterea se non illuc confugere, quod facile et statim responderi possit. Ipsam Livillam consultare posse, an nu-

NOTÆ

decurrere, quod promtum rescriptu.'

Integra consultatio hic interpretanda est, sicut alicubi *integra causa, integrum judicium,* cui videlicet his sermonibus literisve, per quas in præsentia respondebat, neutram in partem quicquam derogatum aut præjudicatum vellet. *Freinsh.*

Cum tempus] Accipiunt quasi tempus ad consultandum non solum petivisset, sed etiam accepisset, et quasi post illud tempus adjunxisset, *Ceteris mortalibus,* &c. Quod falsum; nam iisdem literis Tiberius, initio nempe, laudat pietatem Sejani, percurrit ejus beneficia, petit tempus ad consultandum, dein etiam eadem epistola adjunxit, ' Ceteris mortalibus,' &c.

Tanquam ad integram deliberationem] Sic v. 5. ubi de Tiberio querente, quod non retulissent consules, non deliberassent Patres, de re quam scripserat senatui: ' Questus apud patres, quod fraude unius senatoris, imperatoris majestas elusa publice foret, integra tamen sibi cuncta postulavit, nec ultra deliberatum,' &c.

[k] *Ceteris mortalibus*] Vix abest quin ad Sallustium respexerit, quem non legit solum sedulo, sed sublegit. Nam apud eum Cæsar, pari sententia disserit: ' Aliis alia licentia est, P. C. qui demissi in obscuro vitam agunt, si quid iracundia deliquere, pauci sciunt: qui magno imperio præditi in excelso ætatem agunt, eorum facta cuncti mortales novere. Ita in maxima fortuna minima licentia est.'

Cetera] Omnia alia adesse si vel cupierint: sufficit velle, omnia statim adsunt.

[l] *Principum diversam*] Aliam esse principum conditionem, quos præcipue famam apud posteros intuentes, et ad illam collimantes, de rebus suis consilia capere oporteat. *Freinshemius.* Intellige *famam* in universum, nempe decus et gloriam in omnes omnino mortales, quibuscumque locis et temporibus, sive in præsentes, sive in futuros.

[m] *Ad famam*] Plin. Paneg. ' Recte, Cæsar, quod spem Romani nominis sumtibus tuis suscipis. Nullum est enim magno principe immortalitatemque merituro impendii genus dignius, quam quod erogatur in posteros.'

[n] *Quod promtum rescriptu*] Plerique ita transferunt, ut male dirimant ab his illa, ' posse ipsam Liviam statuere:' et cum hæc ea ipsa sint, quæ se nolle respondere diserte testatur Tiberius, interpretes ita collocant, quasi vere et serio sic respondisset. Alii non distinguunt, ubi desinant illa, quæ se nolle respondere scripserat Cæsar, incipiantque ea, quæ pro se respondebat. Nam hæc et sequentia usque eo, ' falleris enim,' eadem structura verborum efferunt. Cum tamen illa remotio nihil comprehendat, nisi proxima verba hactenus, ' propiora consilia:' denique apparet

dum post Drusum, an in Penatibus iisdem tolerandum haberet: esse illi matrem[p] et aviam, propiora consilia: simplicius[q] acturum: de inimicitiis primum Agrippinæ; quas longe acrius arsuras, si matrimonium Liviæ velut in partes domum Cæsarum distraxisset: sic quoque erumpere[r] æmulationem fœminarum, eaque discordia nepotes suos convelli:[s] quid, si intendatur certamen tali conjugio? Falleris enim, Sejane, si te mansurum in eodem ordine putas, et

bere post Drusum deberet, an in eadem domo vitam agere; esse illi matrem *Antoniam minorem* et aviam *Augustam*, propinquiora consilia. Sed sincerius cum illo acturum, primum de offensionibus Agrippinæ, quæ multo infensius erumperent, si nuptiæ Livillæ, velut in factiones, familiam Cæsarum diduxissent. Præsenti vel statu rerum, exardere invidiam certamenque mulierum, eaque dissensione nepotes suos prorsus commoveri distrahique: quid si augeatur æmulatio tali matrimonio? Quippe *ipse* falleris, Sejane; si te dura-

NOTÆ

et ceteros nihil esse suspicatos de his verbis: 'posse ipsam Liviam,' &c. quasi ea essent, quæ 'promta rescriptu' Tiberius dixerat, sed potius putavisse omnino silentio fuisse præterita, quænam illa 'promta rescriptu' forent. *Freinsh.*

[o] *Liviam*] Ipsam Liviam ejus ætatis esse, ut per se expendere posset utrum sibi, amisso tali matrimonio, denuo nubere, an potius in eadem domo viduam vitam agere, expediret. *Freinshemius.* Intellige in universum, posse Liviam ipsam pro suo arbitrio statuere, an post Drusum, tantæque nobilitatis domum, in alias ignobiles domos denubere deberet, an in eadem domo manere.

[p] *Esse illi matrem*] Neque sibi decorum, neque Liviæ necessarium esse Tiberii consilium, cum mater ejus Antonia, cum avia Augusta supersit, quæ propiore gradu ipsi conjunctæ sunt.

[q] *Simplicius*] Non id tibi respondebo, sed simpliciter et candide tecum agam. Itaque primo quod ad Agrippinæ odia pertinet; ego ea non extinctum iri, sed contra longe acrius arsura credo, si Livia viro Agrippinæ inviso nubens, hoc suo matrimonio causam præbuerit, ut familia Cæsarum velut in duas partes distrahatur.

[r] *Sic quoque erumpere*] Qui intellexit de matrimonio Liviæ, fallitur: nam *sic quoque* est nunc quoque, cum nullum tale sit matrimonium et causa discordiæ.

Sic quoque] Nam duarum harum mulierum æmulationes sic quoque erumpunt, nondum tanta occasione data, suaque discordia etiam liberos utrimque suos, nepotes meos dissensione et simultatibus implicant; quid igitur futurum est, si conjugio hoc contentiones gliscant? hoc enim omnino necesse est fieri, quia neque Agrippina te opibus et honoribus crescere, neque in hac, qua nunc es, conditione, permanere Livia patietur.

[s] *Eaque discordia nepotes suos convelli*] Tiberius de suis nepotibus loquitur, Agrippinæ liberis, ex adoptivo filio Germanico; Liviæ ex Druso naturali: eos per illam discordiam etiam convelli trahique in mutua odia. Dictum hoc sensu supra II. 43. 'Fratres

Liviam, quæ C. Cæsari,[t] mox Druso, nupta fuerit, ea mente acturam, ut cum Equite Romano senescat. Ego ut sinam,[u] credisne passuros, qui fratrem[v] ejus, qui patrem,[w] majoresque nostros, in summis imperiis[x] videre? Vis tu quidem istum intra locum[y] sistere:[1] sed illi magistratus et primores,

turum in eodem gradu credis, et Livillam quæ desponsa fuerit C. Cæsari, dein Druso, eo animo agitaturam, ut cum equite Rom. vitam peragat. Ego ut patiar, putasne toleraturos eos, qui fratrem ejus *Germanicum*, qui patrem *Drusum*, majoresque nostros *Claudios*, in supremis dignitatibus conspexere? Cupis tu sane intra istum ordinem manere: at illi magistratus et proceres,

1 Pessime quidam tentant, *subsistere*. Brotier.

NOTÆ

egregie concordes, et proximorum certaminibus inconcussi.'

[t] *C. Cæsari*] Augusti filio adoptivo, M. Agrippæ naturali ex Julia filia Augusti.

[u] *Ego ut sinam*] Hoc est; etiam si ego permisero, Liviam tibi equiti Romano nubere, amici certe illius non patientur eam tecum privatam senescere; ideoque te etiam nolentem, ad dominationem captandam, instigabunt. Recte ergo sequitur: 'Vis tu quidem istum intra locum sistere.'

Ego ut sinam] Sed nec mihi honorificum hoc fuerit, si hominem tam arcta propinquitate conjunctum in hac conditione manere sinam.

[v] *Qui fratrem*] Germanicum nempe.

[w] *Qui patrem*] Drusum majorem, nempe filium Liviæ, Tiberii fratrem natu minorem.

[x] *In summis imperiis*] Imperia pro magistratibus atque ducatibus (ut sequioris sæculi vocabulo utar) frequentissimum esse, pueri noverunt; quod tamen quidam interpretes non sunt assecuti.

[y] *Vis tu quidem istum intra locum sistere*] Quædam ibi per mentem supplenda, ut connectatur sensus, sicque clarescat: 'Vis tu quidem,' Sejane, (quæ tua modestia est) 'istum intra locum sistere;' sed in illo ipso statu, quo tu nunc es, et intra quem vis sistere, 'illi magistratus, et primores, qui te invito perrumpunt' omnia, 'omnibusque de rebus consulunt, excessisse te jam pridem equestre fastigium, &c. non occulti ferunt.'

Non enim *perrumpunt* proprie, aut ad Sejanum aut ad Tiberium, sed suo Marte *perrumpunt*, et Tiberium et Sejanum, id est mentem et arcana dominationis dominantiumque penetrant, et pervadunt ingenio et suspicionibus: hinc infra: 'tacita suspicionum, vulgi rumorem, ingruentem invidiam deprecatur' Sejanus.

Nempe postquam Tiberii epistolam serio perlegit, in qua scripserat Sejano, 'te invito perrumpunt,' &c. omnibusque de rebus consilia agitant, et pensitatis ponderatisque quæ a nobis geruntur, palam queruntur, et ægre ferunt, te jam equestrem dignitatem excessisse, longeque superasse gratia et auctoritate omnes amicos patris mei Augusti, et per invidiam qua in te exardent, me etiam criminantur: si de tuo illo statu et sorte præsenti, Sejane, sic queruntur illi primores, si jam aperte sic indignantur, quid tum futurum putas cum te talibus nuptiis mihi propius conjunxero?

Vis tu quidem] Ego non dubito quin

qui, te invito,[1] perrumpunt,[2] omnibusque de rebus consu-

qui te nolente pervadunt, et cunctis de negotiis consilia agitant, haud secreti

2 Vere et eleganter dictum. Frigide et obscure emendat Boxhornius, *qui te inviti præferunt*, id est, ut ipse explicat, *qui te, reluctante quanquam animo, sibi præferunt, æstimant, colunt.* Idem.

NOTÆ

hoc ordine tuo velis acquiescere, nec ulteriora moliri, sed tamen reliquis id ægre persuadebitur; nam ipsi magistratus et primores, qui te licet invito claustra quæ tibi statuisti perrumpunt, omnibusque de rebus sententiam tuam exquirunt, te jam pridem equestris dignitatis culmen excessisse queruntur. *Freinshemius.*

Paulo obscurius id explicat vir doctus, nam quæ sunt illa *claustra* quæ sibi statuerat Sejanus, nisi si forte equestris ordinis, aut modestiæ in universum?

1 *Qui, te invito, perrumpunt*] Id est, qui ad me, etiam te nolente, penetrant, meque de omnibus consulunt. *Pichena.*

Minime vult auctor, hos perrumpere ad Tiberium, &c. non; sed ad Sejanum, ut plane urget nexus orationis, patetque satis ex hujus libri cap. 2. item Cassii l. LVII. non ita longe a fine, cujus verba non vacat nunc apponere. *Gruterus.*

Locus sat intricatus et difficilis, cujus hunc esse sensum multi putant, eos, invito Sejano, ad Tiberium perrumpere, eumque consulere, quod absurdum existimo.

Quid enim? aliquis princeps, qui quidem non sit extreme stultus, amicum habeat, a quo norit alios prohiberi, ne se conveniant? et si norit, patiatur? et si patiatur, etiam ipsi illi aperiat, et velut indicium deferat, quis, qua de causa se accesserit?

Deinde amico eam potentiam concedat princeps: quis eo invito audeat perrumpere? præsertim si ab ipso principe prodatur. Sed desino congerere multa, et sane ponderosa. Quorsum enim ista dicerentur?

Expendatur quo in argumento versetur sermo Tiberii, numquid in hoc, ut Sejano in equestri statu se permansurum ostendenti respondeat: negetque id facile fore: quanquam enim de illius modestia non dubitet (ac profecto non dubitabat) alios tamen etiam nolentem ad majora propulsuros, et modestiam ejus expugnaturos esse.

Idque jam adeo cœpisse fieri, cum sint qui invito eo perrumpant illam; ejusque sententiam tanquam intimi Cæsaris amici, de negotiis exquirant: licet ipsi illi, ut fit, recentem ejus felicitatem ægris oculis aspiciant, et jam longe supra Augusti amicitias evectum esse palam ferant: quod et ipsum eo pertinet; ne, *istum intra locum sistere* se posse, crederet Sejanus. *Freinsh.*

Qui, te invito, perrumpunt] Qui, te licet resistente, modestiam tuam perrumpunt suis assentationibus, teque ad majus fastigium licet nolentem quasi vi facta impellunt, et veluti trahunt abripiuntque, invitum licet. Alii sumunt, quasi ad ipsum Sejanum illi perrumperent, et de omnibus rebus illum consulerent. Sed potius est ut generalis sit ea propositio, sensu infra posito.

Perrumpunt] Qui, te invito, perrumpunt cuncta quæ in repub. aguntur, etiam intima, quique secreta imperitantium et ministrorum arcana sanctissima penetrant et investigant, qui

lunt,[a] excessisse jam pridem[b] Equestre fastigium,[c] longeque antisse patris mei amicitias, non occulti ferunt, perque invidiam tui, me quoque incusant. At enim Augustus filiam suam Equiti Romano tradere meditatus est. Mirum her-

disserunt exisse te jam pridem equestrem fortunam, multumque superasse amicos parentis mei Augusti, et per æmulationem tui me simul criminantur. At Augustus collocare filiam suam equiti Rom. cogitavit. Mirum certe, si,

NOTÆ

de omnibus rebus disserunt et consilia agitant. Sic magis ad mentem Taciti.

[a] *Omnibusque de rebus consulunt*] Senatores igitur intelligere videtur, qui publice consulunt, et de rep. censent; neque de privatis ceperim, qui Tiberio consilium darent. *Lipsius.*

Hoc loco Taciti duo hominum genera inducuntur, ii, nempe, ‘ qui fratrem ejus, &c. in summis imperiis videre,’ qui non passuri erant Sejanum in equestri loco manere, et illi perrupturi erant modestiam Sejani.

Dein etiam, ‘ illi magistratus et primores, qui te invito perrumpunt’ omnia arcana dominationis et dominantium, qui de omnibus rebus consilia agitant; hi autem non perrumpunt modestiam Sejani, immo de immodestia ejus queruntur, ‘ longeque antisse patris mei amicitias,’ &c.

Et cum dicit *consulunt*, non agitur hic de senatoribus, aut consiliis publicis vel privatis, quæ darent illi Tiberio, sed tantum de suspicionibus et conjecturis *primorum illorum* adversus Sejanum, de sermonibus privatis et promiscuis, qui differebantur in cœtibus, in conviviis et in circulis, ubi acta diurna et arcana principis perrumpuntur, exagitanturque ingenio et suspicionibus.

Ex eo, quod illa conjunctione Liviæ eveheretur Sejanus velut in torum et locum filii, jam conjiciebant, quis et quantus futurus esset Sejanus, jamque indignabantur proceres illi.

[b] *Excessisse jam pridem*] Quare? aut quo in facto? Credo, quia Prætoriis honoribus insignitus Sejanus a Tiberio: atque ita velut exemtus Equiti, et insertus in senatum. Sed et postea Consulem eum fecit et Senatorem palam.

Suetonii igitur scriptio, affirmantis (in Tito c. 6.) ‘ Præfecturam prætorii nunquam ad id tempus nisi ab equite Rom. administratam,’ nonne legenda caute? Videtur: et cum exceptione hujus, atque etiam alius (ut alibi dicam) exempli in Clemente Aretino l. IV. histor.

[c] *Equestre fastigium*] Ex isto ordine præfecti prætorio fere: et cum Suet. Tit. c. 6. dicit, ‘ Præfecturam Prætorii nunquam ad id tempus, nisi ab equite Rom. administratam,’ vel intelligendum sic fieri, ut plurimum, vel quia tales erant Præfecti, cum primo assumerentur in hoc munus, sed postea iidem meritis, seu gratia principis, ad superiora evehebantur, cum tamen Præfecti manerent; sic Sejanus ipse ad senatoriam dignitatem promotus est.

Amicitias posuit pro amicis, quos Augustus habuit, Mæcenatem puta, Sallustium, Proculeium, et alios ex ordine equestri: nam Agrippam hic computari, locus non patitur. Sic v. 2. ‘ Amicitiæ muliebres’ sunt amici mulieris, seu Liviæ; de quibus iisdem Suet. Tib. 51. ‘ Ejus omnes amicitias et familiaritates afflixit.’ Dialectici concretum pro abstracto in his poni aiunt.

cule,[d] si, cum in omnes curas[e] distraheretur, immensumque attolli provideret, quem conjunctione tali super alios extulisset, C. Proculeium,[f] et quosdam in sermonibus habuit, insigni tranquillitate vitæ, nullis Reipubl. negotiis permixtos. Sed si dubitatione[g] Augusti movemur, quanto validius est, quod M. Agrippæ,[h] mox mihi collocavit? Atque

cum in varias cogitationes ille diduceretur, et summum in fastigium efferri animadverteret, quem tali connubio præ aliis evexisset, C. Proculeium et nonnullos in colloquiis pensitavit, otio vitæ celebres et nullis Reip. muniis immixtos. Sed si consultationem Augusti miramur, quanto potentius argumentum est, quod filiam suam M. Agrippæ, dein mihi tradidit? Atque ego

NOTÆ

[d] *Mirum hercule*] Quid mirum est, si eo tempore statuque rerum, cum in omnes partes solicitum esse oporteret, atque illi, quem tali affinitate supra ceterorum æqualitatem evexisset, ad immensam, et forte ipsi quoque socero metuendam potentiam comparandam, facultatem præberi intelligeret? De equitibus Rom. cogitavit, quorum modestiæ fidere poterat, ut qui amoti ultro a reipub. muniis, otium vitæ sectarentur.

[e] *In omnes curas*] Nempe imperii habendi, capiendi, sibique uni vindicandi servandique, et ne alii invaderent, varia cura incessebat et metus. Nondum ipse satis securus Reipub. et principatus, omnes post Cleopatram fœminas metuere debuit; ut et mox Juliam suam cum adulterorum cœtu ita expavit, ut illos occideret, illamque insula claudere et ablegare in perpetuum coactus sit.

[f] *C. Proculeium*] Qui frater Varronis Murenæ, illius qui in Augustum conspiravit: cujus etiam soror Mæcenati uxor. Dio l. IV. Laudat eum Horatius: 'Vivet extento Proculeius ævo Notus in fratres animi paterni.'

[g] *Dubitatione*] Hoc est, deliberatione, cui mox opponitur decisio. Neque hæc est argumentatio: si consiliis Augusti movemur, moveamur eo, quod Agrippæ mihique filiam suam collocavit: quasi diceret, Nam et hoc inter ejus consilia fuit. Verum longe fortius est, si movemur dubitatione Augusti, multo magis moveri debemus ejus decisione: nam de equestribus conditionibus deliberavit quidem, at longe aliud probavit, decrevitque, et ipso facto executus est. *Lipsius.*

Sed si dubitatione] Sed si Augusti deliberationem respicere, et secundum eam præsens negotium tractare oporteat, contrarium potius, quam quod tu volebas, inde sequetur. Nam decreto factoque ejus, quam dubitatione, magis affici et moveri debebimus, prævalebitque ea consideratio, quod filiam suam non equiti Rom. sed M. Agrippæ primum, postea mihi uxorem dedit.

Si dubitatione] Si movemur eo quod cogitavit dubitavitque Augustus, magis intuendum quod statuit fecitque ille, quam quod proposuit aut cogitavit.

[h] *Quod M. Agrippæ*] Quod filiam non equiti Rom. collocavit, sed M. Agrippæ illustri, socioque victoriæ, fere et imperii collegæ: dein eo mortuo, mihi, quem tribuniciæ dignitati, adoptioni et principatui destinabat.

ego hæc, pro amicitia, non occultavi: ceterum neque tuis, neque Liviæ destinatis adversabor. Ipse quid intra animum volutaverim, quibus adhuc necessitudinibus immiscere te mihi parem, omittam ad præsens referre: id tantum aperiam, nihil esse tam excelsum, quod non virtutes istæ tuusque in me animus mereantur; datoque tempore, vel in Senatu, vel in concione[i] non reticebo.'

41. Rursum Sejanus, non jam[1] de matrimonio, sed altius metuens,[j] 'tacita suspicionum,[k] vulgi rumorem, ingruentem invidiam' deprecatur.[l] Ac ne assiduos[2] in domum cœtus arcendo, infringeret potentiam, aut receptando, facultatem criminantibus præberet; huc flexit, ut Tiberium ad vitam procul Roma, amœnis locis degendam, impelleret. Multa

hæc, pro animo erga te meo, non dissimulavi: ceterum neque tuis, neque Livillæ votis obstabo. Ipse impræsentiarum supersedebo memorare quid intra mentem meam agitaverim, quibus adhuc propinquitatibus adjungere te mihi destinem; id solum patefaciam, nihil esse tam sublime, quod non bonæ artes istæ, tuaque in me benevolentia adipiscantur, dataque occasione, vel apud patres, vel apud populum, non silebo.

Scriptis *iterum* literis *Sejanus, non jam de conjugio, sed profundius pavens,* occulta suspicionum, sermones plebis, instantem prementemque livorem *supplex amoliri conatur. Ac ne salutantum turbam prohibendo foribus, imminueret auctoritatem; aut admittendo, occasionem obtrectantibus arguentibusve exhiberet; huc vertit, ut Tiberium illiceret ad vitam agendam procul ab urbe, amœnis in oris.*

1 Ita Muretus et recentiores. Beroaldus aliique veteres, *non tam.*—2 Mallet Muretus, *ac ne aut assiduos.*

NOTÆ

[i] *In concione*] Concio et senatus hic opponuntur ut infra IV. 42. 'se vel statim,' erat autem in senatu, 'vel in concione,' non *cognitione*, 'purgaturum.' *Freinsh.* Errat cum legit *concione* infra 42.

[j] *Altius metuens*] Metuebat scilicet, ne Tiberius in suspicionem tacitam incidisset earum rerum, quas ipse animo vere agitabat, de imperio adipiscendo. *Pichena. Altius metuere* dictum est, sicut *altius mœrere* II. 82. *penetrare* II. 36. III. 28. XVI. 21. *percellere* IV. 54. *Freinsh.*

Altius metuens] Non jam de matrimonio suo, sed de majoribus et ad salutem suam magis pertinentibus rebus solicitus, &c.

[k] *Tacita suspicionum*] Quia plebs, primores, forte et ipse princeps eum suspicarentur, tanquam ex adulterio cum Livia, et ex eo matrimonio, quod petere ausus erat, imperium affectaret. Forte et necem Drusi, machinationesque in filios Germanici ipsi imputabat 'rumor vulgi.' Nam scelerum omnium jam artifex et auctor habebatur Sejanus, nec abs re.

[l] *Deprecatur*] Orat, ne adversus se, vel tacitis suspicionibus vel sermoni-

quippe providebat: sua in manu aditus, literarumque[m] magna ex parte se arbitrum fore, cum per milites commearent:[n] mox Cæsarem, vergente[o] jam senecta, secretoque loci mollitum, munia imperii facilius tramissurum: et minui sibi invidiam, ademta salutantum turba; sublatisque inanibus, vera potentia augere.[3] [p] Igitur paulatim negotia urbis, po-

Etenim prospiciebat plurima: sua in potestate admissiones, et epistolas ut plurimum in sua manu futuras, cum per Prætorianos speculatores *ferrentur; dein Principem, præcipiti jam senio, et secessu insulæ delinitum, reip. curas libentius omissurum, et deminui sibi livorem, subtracto invisentium cœtu; amotisque quæ vana sunt, vera auctoritate crescere. Itaque sensim incusat curas civitatis, importunitatem vulgi,*

3 Emendat Rhenanus, *augeri*. Muretus, *veram potentiam*. Ryckius, *vera potentiæ*. Omnes Latine. Sed nec satis antique, nec satis Corneliane. Haud aliter Sallustius, Frag. Hist. (p. 281.) 'Ceterum illi, qui gentis Æmiliæ benefacta extollebant, et ignoscendo populi Romani magnitudinem auxisse,' id est, auctam esse, 'nusquam etiam tum Lepidum progressum aiebant.' Et Cato apud Gellium, XVIII. 12. 'Eodem convenæ complures ex agro accessitavere: eo res eorum auxit.' Unde merito Gellius, 'Id quoque habitum est in oratione facienda elegantiæ genus, ut pro verbis habentibus patiendi figuram, agentia ponerent: ac deinde hæc vice inter se mutua verterent.' *Brotier.*

NOTÆ

bus vulgi, aliisve calumniose odioseque se traducentibus, fidem adhiberet.

[m] *Literarumque*] Ita ut literarum quoque magnam partem pro arbitrio suo intercipere et supprimere, si videretur, posset.

Literarum] Quæ a principe et ad principem vicissim mitterentur.

[n] *Per milites commearent*] Observa, literas per milites solere transmitti, et quidem per eos qui speculatores dicti. Plutarchus in Galba Nymphidium præfectum prætorio valde offensum scribit, quod Consules literas et diplomata 'sine signo suo et militibus misissent.'

Nec alius sententiæ illud Taciti l. II. histor. 'Vix credibile memoratu est, quantum superbiæ Vitellio accesserit, postquam speculatores Syria Judeaque adactum in verba ejus Orientem nuntiavere.'

Hæc clara et firmandæ Suetonii scripturæ, quæ in omnibus fere Mss. Cal. c. 44. 'Magnificas Romam literas misit, monitis speculatoribus ut vehiculo ad forum usque et Curiam pertenderent.'

Per milites] Quia per milites prætorianos, quorum animos omni arte demulserat, et in quos imperium habebat, ultro citroque perferri solebant.

[o] *Vergente*] Tiberium senescentem et locorum amœnitate remissiorem, facilius imperii gubernacula sibi traditurum, ita se minus invidiæ et criminationibus obnoxium fore, si non tam continuis adeuntium cœtibus frequentaretur, atque pro hac inani honoris umbra, plus rerum ad stabiliendam certam fidamque potentiam aptarum se consecuturum esse.

[p] *Vera potentia augere*] Mihi vulgata lectio valde probatur: nam verbo,

puli accursus, multitudinem affluentium increpat, extollens laudibus 'quietem[q] et solitudinem: quis abesse tædia et offensiones, ac præcipua rerum maxime agitari.'

42. Ac forte habita per illos dies de Votieno Montano,[r] celebris ingenii[s] viro, cognitio, cunctantem[1] jam Tiberium perpulit, ut vitandos crederet Patrum cœtus vocesque, quæ plerumque veræ et graves coram ingerebantur: nam, postulato Votieno, 'ob contumelias in Cæsarem dictas,' testis Æmilius,[t] e militaribus viris,[u] dum studio probandi[v] cuncta refert, et, quanquam inter obstrepentes, magna asseveratione nititur, audivit Tiberius probra, quis per occultum lacera-

turbam accurrentium; simul celebrat multa laude otium et secessum; nempe ab illis removeri molestias et odia, et iis summa reip. negotia opportune et diligentissime tractari.

Et forte eo tempore, cognita causa Votieni Montani, qui clarissimus ingenio erat, dubitantem adhuc Tiberium permovit, ut declinandos existimaret patrum conventus, verbaque, quæ sæpe vera et infesta in ipsum præsentem jaciebantur; quippe accusato Votieno ob convicia in principem jacta, *testis Æmilius, vir militaris, dum nimia cura firmandæ causæ, narrat omnia, et licet inter obturbantes, magna contentione incumbit, audivit* ipse coram *Tiberius contumelias, quibus per secretum lania-*

1 Tentat Muretus, *nutantem.* Mallet Ernestus, *dubitantem;* at ipse fatetur, *cunctantem*, recte dici pro *dubitantem:* ut apud Suetonium in Domit. II. 'Patre defuncto, diu cunctatus an duplum donativum militi donaret.' *Idem.*

NOTÆ

augere passivam significationem tribuo, quod Tacito est familiare, et notat Lipsius ad l. XI. ann. et l. III. histor. *Pichena.*

[q] *Quietem*] Laudat solitudinem, ubi sine tædio et offensionibus, indivisis urbanæ vitæ comitibus, gravissima negotia sedulo tractari possint.

[r] *Votieno Montano*] Cujus inter celebres oratores mentio Senecæ l. v. controvers. VII. et Præfatione l. IX. etiam inter poëtas Ovidio: 'Quippe vel imparibus numeris, Montane, vel æquis Sufficis, et gemino carmine nomen habes.' Sic l. I. 74. 'Sed Marcellum insimulabat sinistros de Tiberio sermones habuisse, inevitabile crimen, cum ex moribus principis fœdissima quæque deligeret accusator, objectaretque reo; nam quia vera erant, etiam dicta credebantur.'

[s] *Ingenii*] Per *ingenium* intellige facundiam, eloquentiam, studiorum meritum decus et famam.

[t] *Testis Æmilius*] *Testis*, neque enim indicium aut delationem profiteri licuit, militaribus viris saltem. Id illis interdictum refert Dio l. LVIII. ad annum, 786.

[u] *E militaribus viris*] His verbis simul indicatur fuisse virum non infimæ conditionis, et tamen rerum urbanarum haud magnopere peritum.

[v] *Dum studio probandi*] Dum eo tantum intentus est, ut quæ objectæ res erant, probaret, nihil reticebat, neque se absterreri sinebat, quod patres ejusmodi probrosos et injuriosos

batur, adeoque perculsus[w] est, ut 'se vel statim, vel in cognitione purgaturum,'[x] clamitaret; precibusque proximorum,[y] adulatione omnium, ægre componeret animum. Et Votienus quidem majestatis pœnis affectus est:[z] Cæsar objectam sibi adversus reos inclementiam eo pervicacius amplexus, Aquiliam,[a] adulterii delatam, cum Vario Li-

batur; adeoque commotus est, ut exclamaret se, vel extemplo, vel in ipsa quæstione, innocentem probaturum: *vixque sedaret iram prope astantium precibus*, et *assentatione cunctorum* placatus. *Et Votienus quidem supplicio, majestatis lege* præscripto, *punitus est. Tiberius eo pertinacius amplectens exprobratam sibi adversus reos immanitatem, exilio mulctavit Aquiliam postulatam adulterii, cum*

NOTÆ

in principem sermones, quos ille a Votieno se audivisse testabatur, aversabantur, et quasi scelere contaminarentur, dicentem strepitu interturbabant.

[w] *Adeoque perculsus*] Unde adeo commotus est, ut se objecta probra, vel in senatu statim, vel etiam in publica concione refutaturum pertinaci clamore contenderet: ita Freinshemius, sed errat de *concione*.

[x] *Vel statim, vel in cognitione purgaturum*] Puto, clamitasse Tiberium, non stare per se, quin purget objecta statim, coram toto senatu: cui tamen si videtur æquius audiri et partem alteram, eosque, quorum intersit, ne illud quidem refugere.

Cognitio ea est, ubi reus et accusator, ubi utrimque argumenta et testes. Seneca Medea: 'Si judicas, cognosce: si regnas, jube:' prorsus idem hic vult Tacitus quod supra c. 34. 'M. Ciceronis libro, quo Catonem cœlo æquavit, quid aliud dictator Cæsar, quam rescripta oratione, velut apud judices, respondit?' *Gruterus.*

Melius, ut modo ad IV. 40. diximus, legendum videtur *in concione*. Sic enim quandoque concionabantur imperatores: ut apud Suet. 24. Calig. 'Nec unquam postea quantiscumque de rebus, ne pro concione quidem populi, aut apud milites, nisi per numen Drusillæ dejeravit.' *Freinsh.*

Vel in cognitione] Sic scripsit Tacitus, cujus ea mens est: Tiberius adeo perculsus est iis contumeliis, quas in se jactas a Votieno testis asserebat, ut se vel statim, priusquam ulterius Votieni causa disceptaretur, se purgaturum, vel cum ea causa penitus cognosceretur; nondum enim quæstio aut cognitio Votieni habebatur, sed tum tantum testimonia audiebantur, cum sic quereretur Tiberius. Nec aliud corrigendum aut quærendum hoc loco.

[y] *Proximorum*] Per *proximos* intellige non *amicos* aut *affines*, sed prope circumstantes Patres, qui forte illustriores e senatu et consulares ut plurimum.

[z] *Majestatis pœnis affectus est*] Quibus pœnis, propius disce ex Eusebio in Chronicis: 'Votienus Montanus, Narbonensis orator, in Balearibus insulis moritur, illuc a Tiberio relegatus.'

[a] *Aquiliam*] Aquiliamque postulatam adulterii cum Vario Ligure perpetrati, quanquam Lentulus Gætulicus consul designatus lege Julia de adulter. teneri eam, neque graviore quam ea lex statuisset pœna afficiendam censuisset, in exilium misit.

gure, quanquam Lentulus Gætulicus,[b] Consul[c] designatus, lege Julia damnasset,[d] exilio punivit; Apidiumque Merulam, 'quod in acta[e] D. Augusti non juraverat,' albo Senatorio[f] erasit.

Vario Ligure, quamvis Lentulus Gætulicus consul destinatus eam lege Julia puniendam censuisset: et Apidium Merulam senatu movit, quod in acta D. Augusti non jurasset.

NOTÆ

[b] *Quanquam Lentulus Gætulicus*] Hic nonnulla mihi dicenda sunt iis firmandis, quæ viri melioris notæ ascripsere de pœna, quam mœchis lex Julia minabatur. Ea citra mortem fuit et interdictionem aquæ et ignis: 'Adulterosque earum morte, aut fuga punivit,' &c. In quo Augustus suas ipse leges egrediebatur.

Ergo etiam citra deportationem, quæ gravior interdictione. Quænam igitur ea pœna? perpetua relegatio. Velleii l. II. 'Quasi cujuslibet uxore violata, pœnas pependere.'

At horum pœna relegatio. Dio, *οἱ δὲ λοιποὶ ἐς νήσους ὑπερωρίσθησαν*, i. e. ceteri in insulas relegati sunt. Et clarius hinc disce. Julia relegatione punitur. 'Julia relegata in insulam patriæque et parentum subtracta oculis.'

Quæ Dio sic extulit: 'Qua de re ipsa quidem relegata est in insulam Pandateriam, littoribus Campaniæ prætentam.' Idem verbum hic usurpat, quod paulo ante.

De perpetuitate vero adi Suetonium: 'nam ut omnino revocaret, exorari nullo modo potuit.' Nec nostrum prætereas: 'Igitur amotus Cercinam quatuordecim annis exilium toleravit.' Agitur de Sempronio, qui inter eos fuit, quos pœna secuta est, quasi privati conjugem adulterio polluissent. *Salinerius.*

[c] *Consul*] Principe referente, vel qui consul actu erat, censebat primus, vel *Consul designatus*, et prout mitiora, vel aspera censebat ille, plures Patres in suam sententiam trahebat. Hoc loco verisimile est consulem retulisse de Aquilia, tum priorem censuisse consulem designatum, ipsum Tiberium se exemisse primo loco, ut inter ultimos sententiam diceret, et asperiora censentibus se adjungeret.

Exemplum habes l. III. 22. ubi de Lepida nobilissima fœmina damnanda agitur: 'Exemit etiam Drusum consulem designatum dicendæ primo loco sententiæ: quod alii civile rebantur; ne ceteris assentiendi necessitas fieret: quidam ad sævitiam trahebant. Neque enim cessurum, nisi damnandi officio.'

Id est, non cessurum Drusum primo censendi loco, nisi ea mente, ut damnandi officio, seu potius oneri, cederet aliis Patribus. Noluit eam prædamnare, ne invidiam clarissimæ familiæ et aliorum subiret; damnare post alios et cum aliis minus curabat. Hoc loco Tiberius 'inclementiam pervicacius amplexus' damnavit Aquiliam, quanquam Lentulus mitiora censuisset, quemadmodum et Drusus Lepidam damnaverat, assentiens asperiora censentibus.

[d] *Lege Julia damnasset*] Adulterii pœnæ, quæ olim non in promtu: reclusi qua potui, et tenebris prisci ævi radium aliquem novæ lucis dedi, in excursu quem huic rei vide. *Lipsius.*

[e] *Quod in acta*] Quia in acta Augusti pro legibus habenda non juraverat, ex catalogo senatorum delevit.

[f] *Albo Senatorio*] Album τὸ λεύκωμα, id est, tabulæ albatæ, in quibus no-

43. Auditæ dehinc Lacedæmoniorum et Messeniorum[g] legationes, de jure templi Dianæ Limnatidis,[1] [h] quod 'suis

Admissi posthac oratores Lacedæmoniorum et Messeniorum, certantes de jure delubri Dianæ Limenetidis, quod a suis patribus, suoque in agro consecratum

1 In Ms. Flor. *Liminatidis*, unde Gronovius et recentiores edidere, *Limenatidis*. Beroaldus aliique veteres cum Ryckio, *Limenetidis*. Optime monuit Lipsius emendandum *Limnatidis*, ut patet ex Strabone, in notis jam laudato, et ex Pausania, IV. 4. p. 287. in Messen. Ἔστιν ἐπὶ τοῖς ὅροις τῆς Μεσσηνίας ἱερὸν Ἀρτέμιδος, καλουμένης Λιμνάτιδος· μετεῖχον δὲ αὐτοῦ μόνοι Δωριέων, οἵ τε Μεσσήνιοι, καὶ οἱ Λακεδεμόνιοι: 'In Messeniorum finibus est Dianæ cognomento Limnatidis templum commune solis Doriensium Messeniis et Lacedæmoniis.' De hoc templo sæpe Pausanias in Laconic. III. 2. p. 208. In Messen. IV. 31. p. 356. In Achaic. VII. 20. p. 575. Quantum ex Pausania assequi licet, templum illud Dianæ Limnatidis, castellumque Limnæ haud procul fuere a loco, qui nunc dicitur *Zarnata, near the Gulph of Coron in the Morea*. Brotier.—

NOTÆ

mina aliudve quid inscriptum. Sic legis Album Judicum: et in Tertulliano, *Album Apostolorum*. Senatorum autem Album primus instituit Augustus, anno 716. cum, recenso senatu, mulctas infrequentibus imposuisset, et simul definisset numerum intra quem Senatusconsultum non fieret.

Eas ad res visum necessarium Album: quod renovatum quotannis, et in Curia propositum. Dio: 'Nomina omnium senatorum in albo descripta proposuit: atque ex eo quotannis etiam nunc ita fit.' *Lipsius.*

[g] *Messeniorum*] Messenii, *Messene*, *Mosseniga*, teste Nardo, urbs Peloponnesi olim clara, et Messeniæ regionis caput. Alii locum illius hodie *Petalidi* dici volunt. Olim Messenii cum iterum atque iterum defecissent a Lacedæmoniis, ab iis in servitutem redacti sunt, pejusque servis habiti.

Messenii] Messena, urbs Messeniæ regionis minoris ad Messeniacum sinum, in Peloponneso: hodie *Messeniga*, oppidum Moreæ provinciæ ad sinum *Coron* sub Turcico imperio Europæo. *Tillemon.*

[h] *Dianæ Limnatidis*] Vulgo Limenetidis: at veram scripturam juvare aliquid Callimachi versus videntur in Dianæ hymno: Καὶ μὲν ἀγυιαῖς Ἔσσῃ καὶ λιμένεσσιν ἐπίσκοπος· quasi eadem illa Dea viis præsit, portibusque. Ac tu nihil ambigens repone, *Limnatidis*. Ita historia hic postulat, et consensio scriptorum. Sive enim a Limnis vico (qui aliter Amiclæ dictus), Messeniæ, sive ἀπὸ τῆς λίμνης, a palude agnominata illa Dea, certe *Limnatis* scribendum, sive *Limnetis*.

Prioris sententiæ Strabo esse videtur l. VIII. Τὸ δ' ἐν Λίμναις τῆς Ἀρτέμιδος ἱερὸν, Λιμναῖον, ἐφ' ᾧ Μεσσήνιοι περὶ τὰς παρθένους ὑβρίσαι δοκοῦσι τὰς ἀφιγμένας ἐπὶ τὴν θυσίαν, ἐν μεθορίοις ἐπὶ τῆς Λακωνικῆς καὶ τῆς Μεσσηνίας· ὅπου κοινὴν συνετέλουν πανήγυριν καὶ θυσίαν ἀμφότεροι. Nec dissimilia libro sexto.

At a lacu derivat clare Pausanias l. IV. et VI. itemque Artemidorus l. II. qui Dianam in somnis visam boni ominis piscatoribus esse vult, quoniam et Λιμνῆτις dicatur. *Lipsius.*

Dianæ Limnatidis] De *Limenetide Diana* nihil me legisse memini: scio tamen ex probatis auctoribus, oram illam terræ, quæ in Messenios spectat, abundare templis Dianæ, Veneris, ac Neptuni; Strabo vero l. VIII.

a majoribus, suaque in terra dicatum,' Lacedæmonii[i] firmabant annalium memoria[j] vatumque[o] carminibus: 'sed Mace-

probabant Lacedæmonii monumentis annalium et versibus poëtarum: sed sibi ab-

NOTÆ

ita scribit: Τὸ δ' ἐν Λίμναις τῆς Ἀρτέμιδος ἱερὸν, &c. Fortasse igitur appellavit Cornelius *Dianam Limnetidem*, tanquam *stagneam: λιμνῆτις* enim *stagnea* est, sive *palustris:* et legendum erit *Limnetidis*, non *Limenitidis*. Ferretus.

Æmilius maluit, *Limnetidis*, quod probo; Dianam siquidem λιμνῆτιν ab stagno dictam Artemidorus interpres. somn. l. II. memorat. Sed et Pausanias Messeniacis habet: 'Dianæ templum dictum Limnetidis in finibus Messeniorum fuit, ipsis Doriensibus Laconibusque commune, et nulli præterea civitati.'

Quod si verum, a Messeniis sacris in illo templo prohibiti Lacedæmonii tot bellorum initio, in Epidauriorum finibus prope viam, quæ a Boëis ad Epidaurum Limeram ducit, Dianæ Limnetidi delubrum exstruxere, eodem teste in Laconicis.

Deinde cum Dorienses Lacedæmone potirentur, Preugenes somnio monitus, signum Limnetidis Lacedæmoniis eripuit, Mesoamque per servos deferendum curavit; unde Patras in aram Dianæ, festo ipsius Limnetidis, servi publici transferebant: quod idem Achaicis prodidit. Ex quibus de jure legationis constare studiosis potest. *Vertran.*

Fuit Diana λιμνᾶτις et apud Lacedæmonios, in via quæ Boëis Epidaurum ducebat; et apud Messenios ad vicum, quem vocabant Calamas. At in confinio quæ colebatur, dicebatur λιμενᾶτις vel λιμενῆτις, Anthologiæ VI. 3. Dicta sic quod præesse portibus eam existimarent: quod clare Callimachus docet. *Meursius in Laconicis.*

[i] *Lacedæmonii*] Lacedæmon vel Sparta, vide notas II. 60.

[j] *Annalium memoria*] Videntur *annales* accipi pro historiis antiquis, quales apud Cic. de orat. II. 12. describuntur: 'Erat enim historia nihil aliud, nisi annalium confectio: cujus rei memoriæque publicæ retinendæ causa, ab initio rerum Romanarum usque ad P. Mucium Pontif. Max. res omnes singulorum annorum mandabat literis Pontifex Maximus, efferebatque in Album,' et quæ sequuntur.

Annales igitur hic nihil aliud sunt, quam historiæ probatorum et veterum auctorum: non, ut interpretes putabant, commentarii rerum Spartanarum, quæ vulgo *Chronica* vocantur.

[o] *Vatum* vocabulo nihil aliud intellexit Tacitus, quam Poëtas, Homerum videlicet, et alios, ex quibus testimonia de finibus antiquis Græcarum regionum frequenter peti consuevisse, vel ex uno Strabone clarum est.

Vatumque] Vertit interpres Hispanus Alamus *los adivinos*, id est, hariolos; sed errat. *Vates* hic sunt poëtæ, quorum carmina pro testimoniis et argumentis afferuntur, quibus suum jus probent Lacedæmonii.

Vatum] Utrimque pugnabant argumenta desumta ex priscis poëtis et historicorum annalibus. Quisque habuit suos vates, et auctores historiæ stantes a partibus, prout illi favebant utrivis genti; vel prout utraque gens illud templum et agrum, in quo erat, per vices occuparant, possederantque: ita et inclinaverant vates et historici, scripserantque. Agebatur eo judicio, non qui ali-

donis Philippi, cum quo bellassent, armis ademtum, ac post C. Cæsaris et M. Antonii sententia redditum.' Contra Messenii, 'veterem inter Herculis posteros[k] divisionem[l] Peloponnesi'[m] protulere, 'suoque Regi Dentheliatem[2] agrum,[n] in quo id delubrum, cessisse: monumentaque ejus

latum vi Philippi Macedonum Regis, cum quo bellum habuerant, et postea restitutum ipsis decreto C. Cæsaris et M. Antonii. *Contra Messenii retulere* antiquam partitionem Peloponnesi inter nepotes Herculis, et regionem Dentheliatem, in qua illud templum, suo principi evenisse: memoriamque illius

2 Corruptissime ediderat Beroaldus, *suoque recident Heliatem agrum.* Ex veteri scriptura recte emendatum, *regi Dentheliatem agrum.* Brotier. Interpretes quasi de compacto locum hunc corruptum pronuntiarunt. Nemo autem lenius eum tentat, quam Joannes Meursius, qui duabus duntaxat literis mutatis legit: *Deltheniatem agrum:* idque probat ex Stephano, apud quem Δελθάνιοι πόλις μία τῶν περιμαχήτων Μεσσηνίων καὶ Λακεδαιμονίων: 'Delthanii, urbs una ex iis, de quibus inter se pugnabant Messenii et Lacedæmonii:' qui locus egregie hunc illustrat. Sed cur non æque Stephanus ex Tacito quam Tacitus ex Stephano corrigendus? Nulla enim alia, præter hæc duo, extant loca, in quibus urbis aut agri hujus mentio. Immo Holstenius ex literarum ordine apud Stephanum turbato contendit Δενθάλιοι apud hunc legendum pro

NOTÆ

quando possedissent templum, sed qui primi et qui jure, non vi, possedissent illud. Et secundum Messenios judicatum.

[k] *Veterem inter Herculis posteros*] Sortitio Heraclidarum post victos Peloponnesios, et divisio in Laced. Argivorum ac Messeniorum regionem satis nota ex veteri historia. Temenus Argivam, Aristodemus ejusque liberi Lacedæmoniam, Cresphontes Messeniam habuere.

Ea divisio, et quæ eam præcessit Heraclidarum expeditio, octogesimo anno fuit post excidium Trojæ: Eusebius, Diodorus, Paterculus, et omnis historia Græca. Et corrigendus Strabo l. XIII. in quo, ἑξήκοντα ἔτεσι τῶν Τρωικῶν ὕστερον, male scribitur pro ὀγδοήκοντα, tralatitio errore ex notis.

Viginti annis ante captam Trojam prima expeditio Heraclidarum fuerat, in qua occisus ab Echemo Tegeate Hyllus Herculis, et ex pacto recessere Heraclidæ, nec rediere ante completum pactionis tempus, hoc est, post centesimum annum. Herodotus l. VIII. Pausanias in Messenicis p. 273.

[l] *Divisionem*] Antiquam Peloponnesi exhibuerunt ipsorumque Regi Cresphonti, dein Thuriatem regionem, in qua id templum esset, obvenisse. *Freinsh.*

[m] *Peloponnesi*] Peloponnesus, quasi Pelopis ins. sic a Pelope rege nominata: vulgo *La Morea*, peninsula maxima Græciæ.

Peloponnesi] Peloponnesus, provincia meridionalior Græciæ regionis: hodie *Morea* in præfectura Romelia sub Turcico imperio Europæo. *Tillemon.*

[n] *Dentheliatem agrum*] Lectionis et historiæ obscuræ locus. Placet *regi Penthilo Eleatem agrum.* Penthilus Arcadiæ, et nisi fallor, Messeniorum rex, filius Orestis. Strabo lib. XIII. 'Oresti in Arcadia defuncto

rei sculpta saxis et ære prisco manere. Quod si vatum, annalium ad testimonia vocentur,[3] plures sibi ac locupletiores esse: neque Philippum potentia, sed ex vero statuisse: idem Regis Antigoni, idem Imperatoris Mummii judicium:

rei incisam pilis, et veteribus tabulis æneis durare. Sin rejiciantur ad monumenta poëtarum et historiarum, plures ipsis ac fide digniores esse. Neque Philippum vi, sed jure decrevisse. Eandem Regis Antigoni, eandem

Δελθάνιοι, idque hoc Taciti loco firmat. *Ryckius.*—3 Corrigit Lipsius, *quod si vatum, atque annalium testimonia.* Gruterus, *vatum annaliumque testimonia.*

NOTÆ

successisse in regno Penthilum filium ejus aiunt, et processisse in Thraciam usque, sexaginta fere post Troicas res annis: quo ipso tempore in Peloponnesum redierunt posteri Herculis.'

Velleius l. I. 'Post Orestis interitum filii ejus Penthilus et Tisamenus regnavere triennio. Tum fere anno octogesimo' (Strabo numeravit annos duntaxat sexaginta) 'post Trojam captam, centesimo et vigesimo quam Hercules ad Deos excesserat, Pelopis progenies, quæ omni hoc tempore, pulsis Heraclidis, Peloponnesi imperium obtinuerat, ab Herculis progenie expellitur.'

Tempora et res satis conveniunt: disconvenit fortasse Tacitus, qui regem ipsum e posteris Herculis facere videtur. At cum omnia Græcorum scrinia excussi, qui progeniem Herculis prodidere, interque alios Theophilum l. II. adversum gentes, Penthilum nullum reperio.

Turbat etiam, quod Pausanias libro quarto; ubi Messeniorum reges ordine enumerat, neminem recenset hoc nomine.

Quid si legas ergo, *Pentheo Eleatem agrum?* quid si, *Temeno?* qui certe inter Heraclidas est. Sed is Argis regnum habuit, ut Pausanias auctor. Quem eundem in hac historia si sequimur, Cresphonti nomen fuit Messeniorum regi: cui in divisione per fraudem liquescentis sortis, terra ea obvenit.

Scripserim ergo, *suoque regi dein Eleatem agrum. Eleatem* sane retineo: quia Strabo mihi auctor totam regiunculam inter Dymen et Messenam, Eleam vocatam fuisse. Dentheleatem, sive potius Dentheletem recipere non possum, quia Thraciæ ii populi; apud quos qui potuit esse hoc templum? *Lips.*

Mercerus, *Tegeatem*, aut *Thuriatem* mallet: et cum eo Pausanias. Fortasse legendum: *suoque regi Penthilo Eleatem agrum, in quo id delubrum, cessisse.* Rhenanus.

Mutatu facile fuerit D. in P., ut in antiquitatibus Dionysii dicti *Denates* pro *Penates.* Sed nusquam legitur *Penthilus* Messeniorum rex, nunquam Messeniis *Eleas* ager cessisse. Quare vetus retinenda scriptio est. Dentheleates enim Thraciæ populi fuere, quorum Livius l. XXXIX. et Dio l. XXI. meminerunt; et in quorum agro templum Dianæ Limnetidis collocatum fuit. *Vertran.*

Dentheliatem agrum nullum hic locum habere recte monuerunt. Sed nec *Eleates* ferri potest, quod iis visum. Primum nunquam *Eleates* pro *Eleo* dicitur, sed aut ex *Elea* sive *Velia* Italiæ, aut ex civitate, cui nomen Ἕλος τῆς Λακωνικῆς, a quo Ἑλεάται Theopompo apud Athenæum, qui postea Εἱλῶται.

sic Milesios,[o] permisso publice arbitrio, postremo Atidium Geminum, Prætorem Achaiæ, decrevisse.' Ita secundum Messenios datum. Et Segestani[p] ' ædem Veneris,[q] montem

ducis Mummii sententiam. Sic statuisse Milesios, concessa ipsis publice judicandi potestate, denique Atidium Geminum rectorem Achaiæ idem censuisse; *ita Messeniis adjudicatum est* templum. *Et Segestani petivere* restitui

Certe melius esset, *quod si ad vatum annaliumque testimonia vocentur*, vel *quod si vatum, annalium, testimonia advocentur*. Nihil tamen mutatum volui. *Vatum,*

NOTÆ

At Ἠλεῖος ab Elide, non Ἐλεάτης, deinde ne Eleus quidem ager hic locum habere potest, qui inter Dymam quidem et Messenam est; et vere id Strabo; sed non inter Messenam et Laconicam. Ita enim est: Dyma urbs postrema Achaiæ: eam excipit Eleorum ager, hunc Messeniorum: dein Laconica est. At regionem quærimus, quæ media Messeniam inter et Laconicam, et in ea hoc templum.

Postremo, nusquam proditum, Elidem, aut Eleum agrum fuisse in sorte Heraclidarum; quæ utraque ratio etiam refellendis iis, qui rescribunt in Tacito, *Tegeatem*, qui ager neque in sorte Aristomachi filiorum fuit unquam, sed semper Arcadiæ; neque inter Messeniam et Laconicam, sed supra Laconicam, cum infra eam sit Messenia.

Nec Pausanias juvat, qui coli Limnatidem Dianam Tegeæ fatetur; sed ita ut Aleam Minervam Mantineæ, propriam Tegeatarum; Leucophrynam Dianam Athenis Magnesiorum.

Nec certius quicquam eo, quod jam dudum moneo, de *Thuriate* agro sensisse et scripsisse Tacitum; in quo Limnæ vicus sacer Dianæ cultu, et qui inter Messenios et Laconas controversus.

Utrumque probat Pausaniæ locus insignis in Messenicis IV. 31. Ἐντεῦθεν πρὸς μεσόγαιαν τῆς Μεσσηνίας σταδίους προελθόντι ὀγδοήκοντά ἐστιν ἡ Θουριατῶν πόλις: ' Exin octoginta stadia in regionem Messeniæ procedenti est Thuriatum civitas,' &c. Quæ narraverat antea in Laconicis.

Planus locus, et ex quo certa in Tacito correctio: *Suoque regi dein Thuriatem agrum, in quo id delubrum, cessisse:* quando et de agro constat, in quo Limnetis Diana, et de controversia supra eo agro, quam dijudicavit Augustus.

Tantum adverte pugnam Taciti, qui Divi Julii et Antonii id decretum refert, cum Pausania, qui Divi Augusti: odio Antonii. Sed hæc non mira in his historiæ parergis. Malim ego in hac parte Pausaniæ fidem arbitrarier. *Mercerus.*

Corrigo, *suoque regi Deltheniatem agrum.* Nam Δελθήνιοι, ut scribebant ceteri Græci, Δελθάνιοι, ut Lacones et Messenii, quibus Dorica dialectus usitata, oppidum erat in confinio utrorumque: unde et belli aliquando causa fuit.

Hujus rei testis sat disertus Stephanus istis verbis: ' Delthanii urbs una ex iis, de quibus inter se pugnabant Messenii ac Lacedæmonii.' *Meursius in Laconicis.*

[o] *Sic Milesios*] Idem et Milesiorum civitatem, cum utriusque partis consensu, et publico concilio, arbitrium rei ad eam delatum fuisset, statuisse.

[p] *Segestani*] Segesta, urbs Siciliæ in ora occid. inter Lilybæum et Pan-

apud Erycum,[4r] vetustate dilapsam,[5] restaurari[s] postulavere; nota memorantes de origine ejus,[t] et læta Tiberio: suscepit curam libens, ut consanguineus.[u] Tunc tractatæ Mas-

templum Veneris in colle Erycino, antiquitate subversum, *certa compertaque celebrantes de constitutione illius, et grata Cæsari: opus ultro amplexus est* Tiberius, *ut stirpe conjunctus. Tunc consultatum est de desideriis Massiliensium,*

de poëtarum carminibus, non de oraculis accipe. *Brotier.*—4 In libris editis, *montem apud Erycum.* Emendandum, *Erycem,* vere monuit Lipsius, ut patet ex Mela, II. 7. Plinio, III. 8. Apud Tullium quidem in Verr. II. 8. legitur quoque, *Erycum.* Sed optimis editoribus minime probatum. Alii emendant, *Erycium;* alii, *Erycinum.* Idem. Brotierus et Homerus habent *Erycem.*—5 Sic bene Ernestus. Male Beroaldus et veteres, *delapsam.* Brotier.

NOTÆ

ormum, excisa.

Segestani] Segesta vel Ægesta, urbs Siciliæ insulæ ad septentrionem et occidentem: hodie *Castello a Mare*, urbs Vallis Mazaræ ad septentrionem et occidentem, in regno et insula Siciliæ; paret regi Catholico. *Tillemonius.*

[q] *Ædem Veneris*] Postularunt Segestani, ut ædes Veneris Erycinæ instauraretur, notam de origine Juliæ gentis ab ista Dea profectæ, fabulam, et Tiberio gratam referentes: unde libens eam curam, veluti consanguineus numinis, per adoptionem Augusti in gentem illam Juliam, in se recepit.

[r] *Montem apud Erycum*] Immo, *Erycem.* Eryx enim Siciliæ ille mons dictus, descriptus Polybio lib. I. cum ipso templo, et Strab. in VI. De eo Virgilius: 'Tum vicina astris Erycino in vertice sedes Fundatur Veneri Idaliæ.' Et ad ejus instar etiam Romæ templum erectum Veneri Erycinæ ad portam Collinam, de quo Ovidius, et Livius. At illud mirum, quod noster hic Tiberio tribuit, id Suetonium Claudio ascripsisse, c. 25. 'Templum in Sicilia Erycinæ vetustate collapsum, ut ex ærario P. R. reficeretur auctor fuit.' An Suetonius id scripsit ἀλογιστί? an vere instauratum iterum a Claudio fuit? quod tamen haud facile creditu, tam pauco annorum intervallo. *Lipsius.*

Erycum] Eryx, mons et oppidum Siciliæ insulæ ad occidentem: hodie *Trapano del Monte*, vel *Monte Sant Giuliano*, oppidulum Vallis Mazaræ ad occidentem, in regno et insula Siciliæ. *Tillemonius.*

[s] *Restaurari*] Queritur Lipsius, quod dissideant in hac re Tacitus et Suetonius; quasi vero hoc novum sit! sexcenta sunt exempla talis dissidii. Certe sæpe auctores eandem rem, seu verbum prolatum tribuunt diversis principibus, ut hoc loco.

Quod dissidium sic conciliare soleo. Substantia rei seu actionis certa, et vera est, ut hic instauratum fuisse templum Erycinæ Veneris; id certum, id factum est, et in ea substantia rei conveniunt auctores; at in circumstantiis quis id fecerit, an Tiberius an Claudius, sæpissime dissentiunt.

[t] *De origine ejus*] Fundationem templi tribuunt Æneæ, vel potius Eryci. Is Brutæ et Veneris filius, qui cum hospites ad cæstuum certamen provocaret, ab Hercule superatus occubuit, et in illo monte Erycino, in quo templum Veneri matri condiderat, sepultus est. Hodie locus ille voca-

siliensium[v] preces, probatumque[w] P. Rutilii exemplum:[x] namque eum, legibus pulsum, civem sibi Smyrnæi addiderant: quo jure[y] Vulcatius Moschus, exul, in Massilienses receptus, bona sua Reip. eorum,[z] ut patriæ,[a] reliquerat.

44. Obiere eo anno viri nobiles Cn. Lentulus et L. Domi-

approbatumque P. Rutilii institutum. Etenim illum judicio ejectum, civem sibi Smyrnæi asciverant. Quo jure et exemplo *Vulcatius Moschus exilio pulsus, in Massiliensium civitatem ascriptus, opes suas urbi illorum, ut patriæ, largitus fuerat.*

Eo anno vita concessere viri illustres Cn. Lentulus et L. Domitius. Lentulo

NOTÆ

tur *Monte S. Juliano.*

De origine ejus] Scilicet *templi*, quod nempe struxerant Segestani olim in honorem Veneris, quia ex Trojanis et ex Ænea orti, qui filius Veneris; et ea læta Tiberio, qui se consanguineum ferebat, non Segestanorum, quod illi commune cum ceteris Romanis fuit, sed Deæ Veneris, per gentem Juliam, in quam arrogatus ab Augusto fuerat.

[u] *Ut consanguineus*] Quia Segestani pariter a Trojanis orti. Panegyricus tamen scriptor ad solos in Sicilia Mamertinos eam gloriam transfert: 'Imputavere se origine fabulosa,' inquit, 'in Sicilia Mamertini, in Asia Ilienses.' *Lipsius.*

[v] *Massiliensium*] Massilia, urbs Commonorum populorum, in Viennensi prima, Galliæ Narbonensis provincia: hodie *Marseille*, urbs maritima præfecturæ Provinciæ, seu *Provence*, in regno Franciæ. *Tillemonius.*

[w] *Probatumque*] Concessum Massiliensibus, ut hæreditatem Moschi adirent, qui cum in exilium actus esset, apud ipsos domicilium elegerat, factusque civis eorum erat, et bona sua reipub. eorum velut alteri suæ patriæ reliquerat, approbatumque exemplum Rutilii, qui Urbe pulsus, et Smyrnæ civis factus, huic etiam civitati opes suas legaverat.

[x] *P. Rutilii exemplum*] De quo Ovidius: 'Et grave magnanimi robur mirare Rutili Non usi reditus conditione dati. Smyrna virum tenuit, non Pontus et hostica tellus.' Velleius, Cicero, Seneca, omnes scriptores.

P. Rutilii exemplum] P. Rutilius Rufus consul anno U. C. 648. vir innocentissimus, repetundarum damnatus est anno post decimo, ab Equitibus, quo judicio convulsa penitus resp. est. Cic. Brut. I. de Orat. et alii auctores.

[y] *Quo jure*] Judicio et lege pulsus ex Urbe, statim atque elegisset sedem in alia urbe, civis jure istius erat, eodemque jure, quo civis illius fuit, eodem et jure potuit ipsi suas opes, velut hæredi legitimæ, relinquere: nec prima quam olim habuisset civitas, ea bona vindicare jure potuit.

[z] *Bona sua reip. eorum*] Nec hæredem institui, nec præcipere posse remp. constat. Plinius lib. v. epist. Ulpianus tit. 22. *Muretus.*

[a] *Patriæ*] Ambiguum habere posset sensum: falsum unum, tanquam patria fuisset Moschi Massilia; at verum alterum, non fuisse quidem patriam, sed quia ibi civis factus esset, habitam loco patriæ.

Sic ferme 'alteram patriam Annibalis' appellat Capuam Florus II. 6. ob frequentem ejus et jucundam ea in urbe moram. Æneas apud Virgil. XI. 24. 'Egregias animas, quæ sanguine nobis Hanc patriam peperere suo.'

tius. Lentulo, super Consulatum[b] et triumphalia de Gætulis,[c] gloriæ fuerat bene tolerata paupertas, dein magnæ opes innocenter paratæ,[1] et modeste habitæ. Domitium decora-

præter consulatum et insignia triumphi de Gætulis, decori fuerat recte habita egestas, dein ingentes divitiæ per bonas artes quæsitæ, et temperanter possessæ.

1 Ita Ms. Flor. Beroaldus, Pichena, et recentiores. In Lipsianis editioni-

NOTÆ

[b] *Lentulo, super Consulatum*] Plures Lentuli sub hoc ævum, et vereor ut confuderint quosdam viri docti. Lentulum Augurem eundem fuisse cum hoc Gætulico censent. Non consentio ego. Primum quia ille semper Auguris cognomine, quasi ad discrimen affectus: quod desiisset facto loco agnomini meliori. Ubi, inquam, ille Augur nominatur, nusquam adjectum Gætulici nomen. Iterum, quia huic Auguri liberi nulli.

Colligo ex Suetonii Tiberio, qui ait, 'Cn. Lentulum Augurem, cui census maximus fuerit, angore et metu ad fastidium vitæ a Tiberio actum; et ut ne quo nisi ipso hærede moreretur.' Non tam impudens Tiberius, (præsertim hoc imperii sui ævo) qui id exprimeret ab homine, cui suus hæres. At Lentulo Gætulico filius, uti docebo, cognomine eodem.

Denique notari Augurem, ut inertem, sine ingenio, sine lingua, a Seneca video: illum laudari a Tacito hic et l. I. 'Præcipue infensi Cn. Lentulo, quod is ante alios ætate et gloria belli firmare Drusum credebatur, et illa militiæ flagitia primus aspernari.'

Non movet me quod opes magnas Gætulico Tacitus tribuit, magnas item Auguri Seneca Suetoniusque. Disparitas enim elucet eo ipso. Gætulico 'gloriæ' fuerunt 'opes innocenter partæ et modeste habitæ,' ait noster: vitio Auguri, cujus sordes et sterilitatem notat Seneca his verbis: 'Cn. Lentulus Augur divitiarum maximum exemplum, antequam illum libertini pauperem facerent (hic quater millies HS. suum vidit: proprie dixi; nihil enim amplius quam vidit) ingenii fuit tam sterilis, quam animi. Cum enim esset avarissimus, nummos citius emittebat, quam verba: tanta erat illi inopia sermonis.'

Censeo ergo diversum ab Augure Gætulicum fuisse: censeo tamen, non pugno. Sed et Gætulici duo, pater filiusque. Pater ecce, qui hoc anno mortuus: filius, qui sequenti consul. Nominant fasti, Dio, Tacitus ipse. Velleius clarissime: 'Sed Cossus etiam victoriæ testimonium in cognomen filii contulit, adolescentis in omnium virtutum exempla geniti.' Filius est, cui locus inter doctos: cujus historiæ et poëmata laudantur a priscis; historia, a Suetonio, Cal. c. 8. 'Cn. Lentulus Gætulicus Tiburi genitum scribit:' poëmata, a Martiale, præfatione quapiam, Sidonio, et Probo.

Leguntur et hodie quædam Græca III. et VI. *Anthologiæ*, ubi corrupte titulus, Γετουλίου pro Γαιτουλικοῦ. Supervixit iste ad Caii principatum, interfectus ab eo, cum Germaniæ præfuisset decem annos. Dio, lib. IX. *Lipsius.*

[c] *De Gætulis*] Gætuli pop. Africæ circa Syrtes, a Celtis orti, teste Isidoro.

Gætulis] Gætuli late sumti, populi Africæ ulterioris ad occidentem: hodie pars occidentalis regionum

vit pater, civili bello maris potens,[o] donec Antonii partibus, mox Cæsaris misceretur. Avus Pharsalica[d] acie, pro optimatibus ceciderat: ipse delectus,[2] [e] cui minor[3] Antonia,[f] Octavia genita, in matrimonium daretur. Post exercitu

Domitium nobilitarit pater ejus *per arma civilia mari præpollens, donec factioni Antonii, dein Augusti adjungeretur. Avus prælio Pharsalico pro senatu occubuerat. Ipse ascitus, cui minor Antonia Octaviæ filia collocaretur. Postea*

bus, *partæ*. Brotier.—2 *Electus* Beroaldus et veteres omnes. In recentioribus editionibus, *delectus*. Bene quidem. Sed nec male, *electus*. Brotier. *Electus* quoque Homero, cum Brotiero.—3 Male emendat Jac. Gronovius, *cui minori*,

NOTÆ

Biledulgerid et *Saræ* vel Deserti. *Tillemonius.*

[o] *Pater civili bello maris potens*] De quo Sueton. Ner. 3. 'Is inter conscios Cæsarianæ necis, quanquam insons, damnatus lege Pedia, cum ad Cassium Brutumque se, propinqua sibi cognatione junctos, contulisset, post utriusque interitum, classem olim commissam retinuit: auxit etiam: nec nisi partibus ubique profligatis, M. Antonio sponte et ingentis meriti loco tradidit. Solusque omnium ex iis, qui pari lege damnati erant, restitutus in patriam, amplissimos honores percurrit, ac subinde redintegrata dissensione civili, eidem Antonio legatus, delatam sibi summam imperii ab iis quos Cleopatræ pudebat, neque suscipere, neque recusare fidenter, propter subitam valetudinem, ausus, transiit ad Augustum, et in diebus paucis obiit.'

[d] *Avus Pharsalica*] Sueton. Nerone 2. 'Prætor C. Cæsarem abeuntem consulatu, quem adversus auspicia legesque gessisse existimabatur, ad disquisitionem senatus vocavit: mox consul imperatorem ab exercitibus Gallicis retrahere tentavit: successorque ei per factionem nominatus, principio civilis belli ad Corfinium captus est. Unde dimissus Massilienses obsidione laborantes, cum adventu suo confirmasset, repente destituit, acieque demum Pharsalica occubuit. Vir neque satis constans, et ingenio truci: in desperatione rerum mortem timore appetitam ita expavit, ut haustum venenum pœnitentia evomuerit, medicumque manu miserit, qui id sibi prudens ac sciens, minus noxium temperasset,' &c.

Pharsalica] Pharsalus urbs Phthiotidis regionis in Thessalia, provincia Græciæ: hodie *Farsa*, urbs Thessaliæ hodiernæ, in Turcico imperio Europæo. *Tillemonius.*

[e] *Ipse delectus*] Noster autem, de quo hic Tacitus, ex omni nobilitate electus est ab Augusto, cui minorem natu Antoniam, Octavia sorore sua editam, collocaret. *Freinsh.* Debuit dicere ille, vel Tacitus, *majorem Antoniam*, ut videbimus infra.

[f] *Cui minor Antonia*] Contra Suetonius initio Claudii, minorem Antoniam Drusi Germanici uxorem, et initio Neronis, majorem Antoniam iisdem parentibus natam L. Domitio nuptam refert: eique Plutarchus in Antonio subscribit. Ego vereor ne non pro *minore*, *major Antonia* scribenda sit, ex auctorum consensu. *Vertranius.* Legendum est, *major Antonia;* nam Antonia *minor* nupsit Druso, Tiberii fratri, patri Germanici.

flumen Albim transcendit, longius penetrata Germania, quam quisquam priorum: easque ob res insignia triumphi[g] adeptus est. Obiit et L. Antonius, multa claritudine generis, sed improspera: nam patre ejus, Julo[4] Antonio, ob adulterium Juliæ morte punito, hunc, admodum adolescentulum, sororis nepotem,[h] seposuit Augustus in civitatem Massiliensem,[x] ubi specie studiorum nomen exilii[i] tegeretur. Habitus tamen supremis honor; ossaque tumulo Octaviorum illata per decretum Senatus.

cum legionibus fluvium Albim transmisit, perrumpens Germaniam ulterius, quam quisquam superiorum: ob eaque facinora triumphi ornamenta obtinuit. Interiit etiam L. Antonius maxima nobilitate stirpis, sed infausta. Quippe Julo Antonio parente ejus ob stuprum Juliæ interfecto, hunc admodum juvenem Octaviæ *sororis nepotem amovit Augustus in urbem Massiliensem, ubi prætextu liberalium artium, vocabulum exilii velaretur: celebratæ tamen multo cum honore exequiæ; et cineres sepulchro Octaviorum conditi, ex decreto Patrum.*

quasi puero adhuc Domitio promissa fuerit Antonia. *Brotier.*—4 *Julio* Gronovius.

NOTÆ

[g] *Insignia triumphi*] Sueton. Ner. 3. 'Domitius nascitur, quem emtorem familiæ pecuniæque in testamento Augusti fuisse, mox vulgo notatum est; non minus aurigandi arte in adolescentia clarus, quam deinde ornamentis triumphalibus ex Germanico bello. Verum arrogans, profusus, immitis, censorem L. Plancum via sibi decedere Ædilis coëgit: præturæ consulatusque honore equites Rom. matronasque ad agendum mimum produxit in scenam: venationesque et in circo et in omnibus urbis regionibus dedit. Munus etiam gladiatorium: sed tanta sævitia, ut necesse fuerit Augusto, clam frustra monitum edicto coërcere.'

[h] *Sororis nepotem*] Natus enim ex Julo Antonio et Marcella Octaviæ filia. Consule Augusti nostrum Stemma. *Lipsius.*

[x] *Civitatem Massiliensium*] Massilia civitas serie sæculorum antiquissima, armipotens, fidei tenacissima, nobilis religionibus, literis et studiis nobilissima, præter sermonem Græcum, Latinum, et Gallicum, quibus, ut inquit Varro, familiariter utebatur; ita disciplinas omnes coluit, ut ad Græcorum comparationem excelleret, neque ac ea tam Atticæ ipsæ Athenæ viderentur.

Ideoque in civitatem nominis gloria celeberrimam, post bella civilia, ad ingenuas artes discendas, nobilissimus quisque ex Romanis confluxere, ait Strabo, lib. IV.

Quod et Cornelius indicat hic, de L. Antonio, quem Augustus ab urbe specie studiorum removisset; idem Julio Agricola Forojuliensi parvulo scribit, 'sedem ac magistram studiorum Massiliam habuit, locum Græca comitate, ac provinciali parcimonia mistum, ac bene compositum.'

[i] *Nomen exilii*] Ubi studiorum causa abesse dicebatur, cum tamen revera

45. Iisdem Consulibus, facinus atrox in citeriore Hispania[j] admissum a quodam agresti nationis Termestinæ:[k] is Prætorem provinciæ, L. Pisonem, pace incuriosum, ex improviso in itinere adortus, uno vulnere in mortem affecit: ac pernicitate equi profugus, postquam saltuosos locos attigerat, dimisso equo, per derupta[1] et avia sequentes frustratus est, neque diu fefellit: nam, prehenso ductoque per proxi-

Eodem anno, crimen ingens in Hispania citeriore perpetratum a quodam rustico regionis Termestinæ. Is aggressus ex inopinato præfectum provinciæ L. Pisonem, ut in *pace improvidum, in via eum uno ictu obtruncavit: et velocitate equi fugam capessens, postquam sylvas assecutus erat, relicto equo, per aspera et invia sectantes elusit. Neque diu latuit; nam capto ductoque per propinquos vicos equo, cujus*

1 *Dirupta*, Homerus.

NOTÆ

exul esset, et miseriæ conditionis hujus tantum modo favorabilius nomen prætenderetur.

[j] *Citeriore Hispania*] Hispania citeriore, quæ et *Tarraconensis*, pars est septentrionalis, et plusquam dimidia totius Hispaniæ, sub Romanis in quatuor divisa est provincias, nempe *Tarraconensem* proprie dictam, *Carthaginensem*, *Gallæciam*, et *Insulas*, &c.

Hodie in eo tractu sunt *Catalaunia* principatus, excepto comitatu Ruscinonensi vel *Roussillon*, et regna seu provinciæ *Arragoniæ*, *Valenciæ*, cum insulis *Majorca*, *Minorca*, *Yvica*, &c. atque *Gallæcia*, *Asturiæ*, *Biscaya*, *Navarra*, et *Murcia* provinciæ integræ; nec non pars major *Castellæ* Veteris et Novæ, regnique *Leon*, et pars minima regnorum *Granadæ* et *Andaluziæ*, quæ regna vel provinciæ parent regi Catholico, quibusdam tamen exceptis in principatu Catalauniæ a rege Franciæ acquisitis. His omnibus addenda est pars septentrionalior *Portugalliæ*, sub ditione regis Portugalliæ, in Hispania: ex chartis et tabulis Sansonis. *Tillemonius*.

[k] *Nationis Termestinæ*] Termisum oppidum clarum in Hispaniis agnoscit Appianus: Τερμισὸν δὲ μεγάλην πόλιν ἀεὶ δυσπειθῆ Ῥωμαίοις γενομένην, ἐξ ἐρυμνοῦ κατήγαγεν ἐς τὸ πεδίον, καὶ ἐκέλευσεν οἰκεῖν ἀτειχίστους: 'Termisum magnam civitatem semper rebellem et inobedientem Romanis, ex monte deduxit in campum, et jussit habitare nullis mœnibus cinctam.' Et credo me vere emendasse illud Sallustii: 'hi saltibus occupatis Termestinorum agros invasere;' ubi vulgo *tum externorum agros*. Oppidum ipsum *Termes* Plinio dictum, unde Termestini. *Lipsius*.

Termestinæ] Termestini Hispaniæ populi. *Termes* oppidum Hispaniæ Tarracon. in Arevacis, in Celtiberorum confinio: hic L. Piso prætor, Hisp. citerioris ob gravia tributa populo imperata ab agricola Termestino confoditur, anno salut. 20.

Termestinæ] *Termes*, vel *Termantia*, urbes Arevacorum populorum, ad Arenam amnem, in Gallæcia provincia Hispaniæ Citerioris: hodie *Lerma*, oppidum vel burgus Castellæ Veteris, versus septentrionem, et ad amnem *Arlanze*: paret regi Catholico. *Tillemonius*.

mos pagos equo, cujus foret cognitum: et repertus, cum tormentis edere conscios adigeretur, voce magna sermone patrio, ‘frustra se interrogari,’ clamitavit: ‘assisterent socii ac spectarent: nullam vim tantam doloris fore, ut veritatem eliceret.’ Idemque cum postero[l] ad quæsitionem retraheretur, eo nisu[m] proripuit se custodibus, saxoque caput afflixit, ut statim exanimaretur. Sed Piso Termestinorum dolo cæsus habetur: qui pecunias,[n] e publico[o] interceptas, acrius, quam ut tolerarent barbari, cogebat.

esset compertum est: *et deprehensus* ipse, *cum per cruciatus socios prodere cogeretur, elata voce, et lingua patria exclamavit,* inutiliter se torqueri, astarent conscii, et coram intuerentur: nullam violentiam tantam tormentorum fore, ut verum extorqueret. *Idemque, cum postridie ad quæstionem reduceretur, tanta vi se satellitibus exemit, lapidique cervicem allisit, ut confestim expiraret. Sed Piso Termestinorum fraude interemtus fertur, quia nummos e publico subreptos asperius exigebat, quam ut ferrent Hispani.*

NOTÆ

[l] *Idemque cum postero*] Vertranius notat, ‘deest hic nomen *die*.’ Immo judicium hic tibi: solens priscis sine additione dicere, Hesterno, Quotidiano, Anno, Horno, Postero; et fere adverbiorum in morem.

Exempla, juventutis causa, sint ista: Tacitus xv. Annal. ‘Postero, cum ad eosdem cruciatus retraheretur, gestamine sellæ,’ &c. Plautus Capteiveis: ‘Nisi quotidiano sesquiopus confeceris;’ ubi perperam legas *quotidianos*, vulgo.

Sic idem illo *anno* non semel dixit, ut alibi notavi et correxi. Sic Cicero lib. iv. ad Atticum *anniversario*, item *voluntario*, *commodo*, et plura. *Hesterno* etiam eadem ratione mihi lectum. *Lipsius.*

[m] *Eo nisu*] Ea violentia, inter milites a quibus deducebatur, erupit, caputque suum afflixit saxo, ut statim expiraret.

[n] *Qui pecunias*] Recte. Sed forte melius, *quia pecunias*. Pichena. Varie vertunt, sed puto falli omnes, nec enim vel solita tributa, vel etiam ab ipso extra ordinem imposita intelligi vox *interceptas* patitur. Neque etiam ad barbaros magnopere pertinebat, pecunias publicas ipse depecularetur, an Romam mitteret; sed interceptam ab aliquibus pecuniam, quæ ad publicos reditus pertinebat, acrius acerbiusque quam homines barbari et præferoces pati possent, exigere instituerat. *Freinshemius.*

Plinius lib. x. epist. 28. ‘Nunc reipub. Prusensium impendia, reditus, debitores excutio, quod ex ipso tractatu magis ac magis necessarium intelligo. Multæ enim pecuniæ variis ex causis a privatis detinentur; præterea quædam minime legitimis sumtibus erogantur.’

Et epist. 34. ‘Erit enim pecunia ex qua fiat, primum ea, quam revocare a privatis et exigere jam cœpi.’ Idem in Panegyr. cap. 70. ‘Præfuerat provinciæ Quæstor unus ex candidatis, inque ea civitatis amplissimæ reditus egregia constitutione fundaverat.’ Adde nostrum lib. xiii. 48. et quæ ad Ann. lib. ii. 54. notavimus.

[o] *E publico*] Quia interceptam ab aliquibus pecuniam, quæ ad publicos reditus pertinebat, acrius exigebat.

46. Lentulo Gætulico, C. Calvisio Coss. decreta triumphi insignia Poppæo Sabino, contusis Thracum gentibus, qui montium editis[p] inculti, atque eo ferocius agitabant. Causa motus, super hominum ingenium, quod pati delectus, et validissimum quemque militiæ nostræ dare aspernabantur; ne Regibus quidem parere, nisi ex libidine, soliti, aut, si mitterent auxilia,[q] suos ductores præficere, nec nisi adversum accolas belligerare. Ac tum rumor incesserat, fore, ut disjecti, aliisque nationibus permixti, diversas in terras traherentur. Sed, antequam arma inciperent, misere legatos, 'amicitiam obsequiumque' memoraturos; 'et mansura hæc, si nullo novo onere tentarentur: sin, ut victis, servitium indiceretur, esse sibi ferrum et juventutem, et prom-

Lentulo Gætulico C. Calvisio Coss. concessa decreto Patrum triumphalia ornamenta Poppæo Sabino, fractis Thracum nationibus, qui per ardua montium agrestes, et ab omni cultu alieni, ideoque violentius agebant. Causa discordiæ, præter ferociam gentis, quod conscribi militem, et fortissimum quemque castris nostris præbere nollent; ne regibus quidem suis, *nisi ex libito suo obtemperare assueti; aut si subsidia et copias* nobis *suppeditarent, suos duces imponere, nec nisi adversus finitimos bella gerere* solebant. *Ac tum increbuerat fama, id agi, ut dispersi, aliisque gentibus immixti, longinquas in oras aveherentur. Sed priusquam bellum cœptarent, miserunt oratores, qui* societatis fideique *memoriam innovarent*, et duratura hæc, si nullo insolito tributo premerentur; quod si servitus aut onus illis imponeretur, tanquam debellatis, esse sibi arma, juvenesque, et fortem animum ad

NOTÆ

Freinsh. Potuerunt illi intercipere pecuniam ex publico, seu ex populo, quæ tamen pecunia non pertineret ad reditus publicos. Potuerant exigere pecuniam jure et auctoritate, intactis tamen illibatisque publicis seu vectigalibus, quæ vel ad civitatem suam, vel ad Romanos pertinerent. Ultra tributa potuerunt a civibus et sociis pecuniam exigere, quam cogebat Piso acrius. Τὸ *intercipere*, Græcis *νοσφίζειν*, spectat *ad repetundas*.

[p] *Qui montium editis*] Hi sunt quos ὀρεινοὺς Θρᾷκας Thucydides appellat, describitque l. II. Παρεκάλει δὲ καὶ τῶν ὀρεινῶν Θρᾳκῶν τοὺς πολλοὺς τῶν αὐτονόμων καὶ μαχαιροφόρων, οἳ Δῖοι καλοῦνται, τὴν Ῥοδόπην οἱ πλεῖστοι οἰκοῦντες: 'Advocabat multos montanorum Thracum eorum qui liberi suis legibus reguntur, gladiis utentes in bello, qui Dii vocantur, et plerique Rhodopem habitant.' Quod ait eos *αὐτονόμους*, idem Tacitus voluit, cum hic scripsit, ne regibus quidem, nisi ex libidine, parere solitos. *Lipsius.*

[q] *Si mitterent auxilia*] Quod ne suis quidem regibus, auxilia imperantibus, nisi in quantum ipsis videbatur, parere consueverant: aut certe, si quas copias mitterent, proprios et suæ gentis duces præficere, neque aliis parere; idque tantum faciebant, cum in propinquo bellum esset. *Freinsh.* Id intellige, cum mitterent auxilia Romanis, idque pro more aliorum barbarorum, qui auxiliares erant,

tum libertati, aut ad mortem, animum.' Simul castella, rupibus indita, collatosque illuc parentes et conjuges ostentabant, 'bellumque impeditum, arduum, cruentum,' minitabantur.

47. At Sabinus, donec exercitus[1] in unum conduceret, datis mitibus responsis, dum Pomponius Labeo e Mœsia[r] cum legione, Rex Rhœmetalces cum auxiliis popularium, qui fidem non mutaverant, veniret;[2] addita præsenti copia, ad hostem pergit, compositum jam per angustias saltuum. Quidam audentius[s] apertis in collibus visebantur: quos Dux

libertatem, aut interitum. *Simul demonstrabant jactabantque propugnacula montibus imposita, translatosque illuc parentes, et uxores,* bellumque inexplicabile, asperum, et immane *minaciter ostentabant.*

At Sabinus, dum copias in unum contraheret, molliter rescribens, dum nempe *Pomponius Labeo e Mœsia cum legione, rex Rhœmetalces cum subsidiis Thracum, qui obsequium non exuerant, adventaret, adjuncto præsenti agmine, ad hostem contendit, jam ordinatum inter fauces sylvarum. Nonnulli audacius* agitantes *per*

1 In libris hactenus editis legitur: *At Sabinus, donec exercitus in unum conduceret, datis mitibus responsis, dum Pomponius Labeo e Mœsia cum legione, rex Rhœmetalces cum auxiliis popularium, qui fidem non mutaverant, veniret, addita præsenti copia, ad hostem pergit.* Nemo non videt hæc omnia disjecta esse, nec sibi cohærentia. Idem ferme Flor. Ms. Codicis vitium; ex quo tamen non nihil lucis haurire possis: *datis mitibus responsis, quam Pomponius Labeo e Mœsia cum legione, rex Rhœmetalces cum auxiliis popularium qui fidem non mutaverant, venire.* Si enim, duce Jacobo Gronovio, veteris scripturæ vestigia persequamur, patet emendandum, *postquam Pomponius Labeo .... venere.* Deinde si superiora, *donec exercitus in unum conduceret, datis mitibus responsis,* parenthesi concluseris, nihil superest difficultatis: sana omnia, omnia Corneliana. *Brotier.* Vir doctus legit: *cum Pomponius &c. venissent,* quoniam alias Tacitum putat prorsus supervacaneum idemque omnino inepta garrulitate dicturum. Videri tamen possunt enuntiationes, ut cum dialecticis loquar, diversæ; *Sabinus exercitus in unum conducit. Pomponius Labeo e Mœsia cum legione venit: Rex Rhœmetalces cum auxiliis popularium:* prior quidem generalis et sub se duas sequentes continens, non tamen tota ex illis consistens. Nam præter legionem e Mœsia et auxilia Rhœmetalcis, exercitus Sabini alios habuit milites, quos per *præsentem copiam* Auctor deinceps designat. Quare generali primum enuntiatione utitur, *donec exercitus in unum conduceret,* dein partitim hanc explicat, *dum Pomponius Labeo e Mœsia cum legione, Rex Rhœmetalces cum auxiliis popularium veniret, addita præsenti copia.* Hoc Suetonius facit passim, noster sæpius, ut IV. 49. *Ryckius.* Homerus habet *postquam.*—2 Homerus habet *venere.*

NOTÆ

[r] *Mœsia*] Mœsia regio Europæ, in superiorem et inferiorem *Ciabro* fluvio divisa: superior *Bosnia* ad occ. et *Servia* ad ortum dicitur: inferior *Bulgaria,* circa mare Euxinum, et ostia Istri *Bessarabia,* ultra Danubium ex parte, hoc est circa oram maris Euxini, *Moldavia.*

[s] *Quidam audentius*] Pars paulo fidentius nudos nullisque arboribus

Romanus, acie suggressus, haud ægre pepulit, sanguine barbarorum modico, ob propinqua suffugia. Mox castris in loco communitis valida manu montem occupat, angustum et æquali dorso continuum usque ad proximum castellum, quod magna vis armata,[3] aut incondita, tuebatur: simul in ferocissimos, qui ante vallum, more gentis,[t] cum carminibus et tripudiis persultabant,[4] mittit delectos sagittariorum. Ii dum eminus grassabantur, crebra et inulta[5] vulnera[u] fecere; propius incedentes eruptione subita turbati sunt, receptique subsidio Sugambræ cohortis, quam Romanus promtam ad pericula, nec minus cantuum et armorum tumultu trucem, haud procul instruxerat.

48. Translata dehinc castra hostem propter, relictis apud priora munimenta Thracibus, quos nobis affuisse memoravi: iisque permissum 'vastare, urere, trahere prædas, dum po-

aperta montium conspiciebantur: quos imperator Rom. instructo *agmine adortus, haud difficile deturbavit, fuditque tenui barbarorum clade, ob proxima castella. Dein castra metatus in loco, firmis copiis montem invadit, arctum et æquo jugo perpetuum usque ad vicinum propugnaculum, quod ingens turba instructa armis aut inordinata inermisque defendebat. Eodemque tempore immittit lectissimos sagittariorum, adversus audacissimos, qui, ritu barbarorum, pro aggere seu munimentis, cum cantilenis saltibusque tripudiabant sagittarii. Illi dum procul ingruebant, densas, plurimasque plagas inflixere; cominus incessentes subito prorumpente ab hoste exterriti sunt, ereptique ope et auxilio Sugambræ cohortis, quam dux Rom. non longe disposuerat, validam ferocemque ad discrimina, et juxta cum barbaris ululatuum armorumque sonore truculentam.*

Exin transposita munimenta prope barbaros, relictis apud prima castra Thracibus, quos nobis opem tulisse tradidi: hisque concessum est exscindere, incendere,

3 Muretus omittebat, *armata*. Emendabat Rhenanus, *at*. Nulla mutandi necessitas. *Brotier.*—4 In Lipsianis editionibus, *præsultabant*.—5 Male in posterioribus Lipsii editionibus, *et multa*. Brotier.

NOTÆ

tectos tumulos occupaverant.

[t] *More gentis*] Notat barbaricum eum ritum eleganter Thucydides in oratione Brasidæ, lib. IV. 'Hi vero cunctationem habent imperitis quidem metuendam. Etenim terribiles illi visu et multitudine, atque ipsa etiam magnitudine corporumve immanes; præterea vana illa concussio armorum habet speciem et ostentationem quandam minarum ac terroris. At conserere manum audentibus jam non similes videntur.' Quod Tacitus transtulit ad Germanos, 'Corpus visu torvum.' De hoc ritu in loco plura. *Lipsius.*

[u] *Crebra et inulta vulnera*] *Inulta;* impune enim vulnerabat hostes, donec eminus certabatur. *Freinsh.*

pulatio lucem intra sisteretur, noctemque in castris tutam et vigilem capesserent:' id primo servatum: mox versi in luxum, et raptis opulenti,[1] omittere stationes, lascivia epularum aut somno et vino procumbere. Igitur hostes, incuria eorum comperta, duo agmina parant; quorum altero populatores invaderentur, alii castra Romana appugnarent, non spe capiendi, sed ut clamore, telis, suo quisque periculo intentus, sonorem alterius prælii non acciperet: tenebræ insuper delectæ augendam ad formidinem. Sed qui vallum legionum tentabant, facile pelluntur: Thracum auxilia,[v] repentino incursu territa, cum pars munitionibus adjacerent, plures extra palarentur, tanto infensius cæsi, quanto 'perfugæ et proditores, ferre arma ad suum patriæque servitium,' incusabantur.

49. Postera die Sabinus exercitum æquo loco ostendit, si barbari, successu noctis alacres, prælium auderent: et postquam castello aut conjunctis tumulis non degrediebantur,[2] [w]

prædas avehere, dummodo tamen incursio intra diem eundem finiretur, noctemque in munimentis securam, et excubiis dispositis, agerent. *Id initio observatum: dein mutati in lasciviam, et præda dites, relinquere* cœperunt *præsidia; mox luxu conviviorum, vel sopore, et ebrietate prolabi. Itaque hostes, cognita eorum negligentia, duos cuneos destinant, quorum altero prædatores oppugnarentur, alii vallum Rom. lacesserent, non expugnandi spe, sed ut vociferatione,* et *armis, suo quisque discrimini attentus, tumultum alterius pugnæ non audiret. Præterea noctem delegere, quo pavor intenderetur. Sed qui castra legionum appugnabant, haud ægre propulsantur. Auxiliares copiæ Thracum subita irruptione turbatæ sunt; cum alii munimentis assiderent, multi extra vagarentur, tanto infestius occisi* sunt, *quanto* magis transfugæ, et desertores *arguebantur* bellum gerere in suam, suæque gentis servitutem.

Postera luce Sabinus copias exhibet justo loco, si Thraces prosperæ *noctis eventu læti pugnam tentarent: et cum propugnaculo suo aut contiguis jugis montium non*

1 Ita Ms. Flor. Pichena et recentiores. Male Beroaldus et veteres, *rapti opulentia.* In Lipsianis editionibus, *capti.* Brotier.—2 Ita Ms. Flor. Pichena et recentiores. Corrupte Beroaldus, *digrediebatur.* Alii, *digrediebantur.* Idem.

NOTÆ

[v] *Thracum auxilia*] Sed qui Thraces Romanorum auxiliarios invaserant, ii subito incursu perterriti, cum alii juxta vallum jacerent, alii longius etiam inde dispersi vagarentur, ceciderunt, &c.

[w] *Tumulis non degrediebantur*] Sic melius Man. quam vulgo, *digrediebantur. Degredi* enim, non *digredi,* dicitur, cum ex altiori loco in inferiorem descenditur. Quod verbum sæpe in Livio emendavit Car. Sigonius. *Pichena.*

obsidium cœpit[x] per præsidia, quæ opportune jam muniebat:[y] dein fossam loricamque contexens,[z] quatuor millia passuum ambitu amplexus est: tum paulatim, ut aquam pabulumque eriperet, contrahere claustra,[a] arctaque circumdare: et struebatur agger, unde saxa, hastæ, ignes propinquum jam in hostem jacerentur. Sed nihil æque, quam sitis, fatigabat, cum ingens multitudo bellatorum, imbellium, uno reliquo[b] fonte uterentur. Simul equi,[1] armenta,[c] ut mos barbaris, juxta clausa, egestate pabuli exanimari: adjacere corpora hominum, quos vulnera, quos sitis peremerat: pollui cuncta sanie, odore, contactu. Rebusque turbatis ma-

abscederent, obsidionem cœptavit per castella, quæ idoneis locis imponebat; dein aggerem, et loricam componens, quatuor millia passuum circuitu cinxit: tum sensim ut aquam, et cibariorum copiam hosti adimeret, coarctare loricam, seu munimenta cœpit, *et angustiora amplecti; attollebaturque moles, unde lapides, jacula et faces in proximum jam hostem immitterentur. Sed nihil perinde urgebat ac sitis, cum immanis turba bellantium, et inermium, ex uno qui superat fonte haurirent. Simul equi, pecora, (ut solent Thraces) prope inclusa, inopia alimenti extingui* cœperunt: *simul passim jacere et cadavera hominum, quos plagæ, quos aquæ inopia interemerat, fœdari cuncta tabe, olfactu et contagione. Rebusque afflictis, postrema lues, dissensio adjuncta est; aliis se permittere fidei Rom. aliis perire, et mutua inter se*

1 Ms. Flor. *simul eque.* Beroaldus et veteres, *simul æque.* Melius Lipsius et recentiores, *simul equi,* emendavere. *Brotier.*

NOTÆ

[x] *Obsidium cœpit*] Per præsidia sive castella opportunis locis imposita circumdare et obsidere eos cœpit; deinde ab uno quoque præsidio ad aliud, fossam continuam, lorica seu parvo vallo munitam, ducens, orbem quatuor millia passuum complexum effecit.

[y] *Jam muniebat*] An *immuniebat?* hoc est, in tumulis istis muniebat; sic ut infra XI. 19. 'ne jussa exuerent, præsidium immunivit.' *Freinsh.*

[z] *Loricamque contexens*] Id est, exiguum vallum, sæpe e cratibus, aut sepis instar: ideoque hic, *contexens.* Vide Poliorcetica nostra l. II. Dial. 11. *Lips.*

Loricamque contexens] Lorica Vitruvio sepimentum est.

[a] *Contrahere claustra*] Sensim in angustiorem circulum contraxit opera, munitionesque suas propius castellum admovit, donec eo deducta res est, ut jam ex propinquo aggerem jacere inciperet, quo exæquata, aut superata murorum altitudine, saxa, hastas, ignesque, ex superstructis turribus in propugnatores mitterentur.

[b] *Uno reliquo*] Unicum adhuc fontem habebant, reliquis ab hoste interclusis.

[c] *Simul equi, armenta*] Vulgo *simul æque armenta:* at malim, *simulque armenta.* Possit etiam, *simul equi, armenta,* sed hoc præfero. *Lipsius.*

Simul] Præterea equi et armenta, juxta morem barbarorum, apud homines, iisdemque in conclavibus stabu-

lum extremum[1] discordia[d] accessit; his deditionem, aliis mortem, et mutuos inter se ictus parantibus: et erant, qui 'non inultum exitium, sed eruptionem' suaderent, neque ignobiles, quamvis diversi sententiis.

50. Verum e Ducibus Dinis, provectus senecta, et longo usu vim atque clementiam Romanam edoctus, 'ponenda arma, unum afflictis id remedium,' disserebat. Primusque se cum conjuge et liberis victori permisit: secuti ætate aut sexu imbecilli, et quibus major vitæ quam gloriæ cupido. At juventus Tarsam inter et Turesim distrahebatur: utrique destinatum, cum libertate[e] occidere: sed Tarsa 'properum finem, abrumpendas pariter spes ac metus, clamitans, dedit exemplum, demisso in pectus ferro: nec defuere, qui eodem modo[2] oppeterent. Turesis[f] sua cum manu noctem opperi-

vulnera meditantibus; et erant qui monerent non incruentam mortem pati, sed erumpere in hostes; *neque hi e vulgo,* qui illa sentiebant, *licet diverso modo statuerent.*

At inter duces Dinis ætate grandis, et diuturna experientia, potentiam, et benignitatem Romanam expertus, censebat discedendum ab armis, unam eam esse victis prostratisque salutem; *et primus se victori dedidit, una cum uxore et prole: illum imitati* sunt *qui per ætatem, aut genus imbelles erant, et quibus majus desiderium salutis, quam decoris. Sed juvenes dividebantur inter Tarsam, et Turesim, uterque certus* erat *cum libertate pereundi: sed Tarsa* præcipitem exitum, abscindendasque simul spes, ac pavores *exclamans, præbuit exemplum aliis, cum suo se gladio confodisset; et extitere qui simili modo occumberent. Turesis expectat*

1 Mallet Lipsius, *malorum extremum.*—2 Gronovius omisit *modo.*

NOTÆ

lantia, pabuli inopia deficiebant.

[d] *Malum extremum discordia*] Neque nollem, *malorum extremum.* Ceterum ad vitam et usum notanda gnome; quam affirmat item Polybius l. v. 'Quamobrem suspicionis, contentionis, iræ omnia plena erant. Hoc enim et in publicis et in privatis rebus usu venire solet, cum incepta nostra deserunt successus et sumtus.' Hæc talia, quisquis vir es, observa et decerpe serios historiarum fructus. *Lipsius.*

[e] *Cum libertate*] Quidam, *pro libertate.* Sed magnum discrimen est: *pro libertate* occidunt, qui ad eam liberis suis patriæque conservandam moriuntur; *cum libertate,* qui simul cum illa intereunt. Sic *pro libertate* mortui sunt, qui adversus Tarquinios, Porsennam, Pyrrhum pugnaverunt; *cum libertate,* Numantini, Saguntini, et alii. Tacitus significanter dixit: *cum libertate occidere,* hoc est, non superesse libertati. Simili sensu supra II. 15. 'Tenere libertatem, aut mori ante servitium:' hoc est, defendere libertatem, aut simul cum ea oppetere. *Freinsh.*

[f] *Turesis*] In eo tamen differebant,

tur, haud nescio Duce[g] nostro. Igitur firmatæ stationes densioribus globis: et ingruebat nox, nimbo atrox,[h] hostisque, clamore turbido, modo per vastum silentium, incertos obsessores effecerat: cum Sabinus circumire, hortari, 'ne ad ambigua sonitus, aut simulationem quietis, casum insidiantibus[i] aperirent, sed sua quisque munia servarent immoti, telisque non in falsum jactis.'

51. Interea barbari catervis decurrentes, nunc in vallum[j] manualia saxa,[k] præustas sudes, decisa robora jacere: nunc virgultis et cratibus et corporibus exanimis complere fossas:

tenebras cum suo agmine, haud ignaro imperatore nostro. Itaque munita præsidia denso et conferto magis milite; et instabat sæviebatque immani procella nox atrox, et modo *barbarorum truci vociferatione, modo per immensum silentium, ambiguos* nobis *oppugnatores reddiderat: cum Sabinus circumgredi, et incitare,* ne ad incerta clamoris, aut fictam speciem otii, occasionem doli insidiantibus patefacerent, sed suas quisque stationes tenerent interriti, telisque non incassum missis.

Interea Thraces per catervas irruentes, modo conjicere in castra nostra *manuales lapides, ambustos palos, excisasque arbores; modo fascibus, et cratibus, cadaveribus-*

NOTÆ

quod Turesis pugnantes cum hostibus manu mortem mereri juberet.

g *Haud nescio Duce*] Quod quia Duci Romano transfugarum indiciis compertum erat, stationes castrorum validiore manu munivit.

h *Nox, nimbo atrox*] Jamque aderat nox atroci imbre turbida, et hostis modo tumultuoso clamore, modo profundo vastoque silentio, Romanos, qui obsidebant, ita incertos omnium reddiderat, ut nescirent, quid rerum et quo consilio apud barbaros ageretur.

i *Casum insidiantibus*] Ne occasionem aliquid tentandi præberent hostibus, qui nihil aliud his artibus insidiisque quærerent, sed potius unusquisque pro se locum officiumque sibi injunctum constanter tueretur; neque emitterent tela, priusquam hostem, et conserendi manum, tempus adesse liquido cognovissent.

j *Nunc in vallum*] Nomen id quidem accepit a *vallis*, eoque respondet ei vocabulum Hisp. *estacada*, et Ital. *steccato*. Sed re differunt, quia vulgaribus hisce vocibus nihil intelligitur aliud, quam valli, sive stipites, recta serie defixi.

Sed in munitionibus Romanis non nudi stipites cædebantur; verum δύο κεραίας ἢ τρεῖς ἔχοντες, ὅτι δὲ πλείστας, τέτταρας, ait Polyb. XVII. 13. quod sic vertit Livius parte l. XXXIII. recens reperta: 'Romanus leves et bifurcos plerosque et trium aut complurium (vides ex Polyb. legendum esse *cum plurimum*) quatuor ramorum vallos cædit.'

Quos palos ita defigebant, ut inter se connecterentur implicarenturque; tunc aggesto cespite, magis etiam vinciebant atque confirmabant. *Freinsh.*

k *Manualia saxa*] Interea Thraces per catervas decurrentes, modo saxis quanta manibus conjici poterant, sudibusque, (sive lignis acutis) præustis, decisisque arborum truncis, vallum castrorum impetebant.

quidam, pontes et scalas ante fabricati, inferre propugnaculis,[l] eaque prensare, detrahere,[m] et adversus resistentes cominus niti: miles contra deturbare telis, pellere umbonibus, muralia pila,[n] congestas lapidum moles provolvere. His partæ victoriæ spes, et, si cedant, insignitius flagitium; illis extrema jam salus, et assistentes plerisque matres[o] et conjuges, earumque lamenta addunt animos. Nox aliis in audaciam, aliis ad formidinem opportuna:[p] incerti ictus, vulnera improvisa: suorum atque hostium ignoratio: et montis anfractu[q] repercussæ, velut a tergo, voces, adeo cuncta miscuerant, ut quædam munimenta Romani, quasi

que cumulare vallum: nonnulli pontes et scalas ante provisas admovere munimentis, eaque prehendere, deripere, et adversus obstantes e propinquo contendere. Romanus contra propulsare hastis, clypeis impellere, pila muralia, et quæ congesserant magnæ molis saxa provolvere. His exploratæ victoriæ cupido, et, si absistant, insigne magis probrum; illis spes ultima, et præsentes plerisque parentes et uxores, earumque ejulatus augent incitantque ferociam. Tenebræ aliis ad strenuitatem, aliis ad pavorem tempestivæ, ictus ambigui, improvisæ plagæ, sui hostesque perinde *incogniti, et e collis sinu flexuque remissi, velut a tergo, clamores, adeo turbaverant uni-*

NOTÆ

[l] *Propugnaculis*] Turres accipiunt forsan non male; nam et *turribus* munita fuisse castra Rom. certum est ex historiis, quas tamen turres non nisi in statis et diuturnioribus sedibus credendum est habuisse, ait Lipsius de Mil. Rom. v. 5. *Freinshemius.*

[m] *Detrahere*] Manibusque comprehensa propugnacula deripere et demoliri conabantur.

[n] *Muralia pila*] Quæ propugnatores desuper in hostem mittebant, pondere graviore, majorique, ex commodo loco, nisu: graviora enim firmioraque erant pilis in acie vibrari solitis, ideoque pilorum ejusmodi tantum in defensionibus murorum vallorumque mentio. Cæs. de bello Gallico, VII. 82. 'Ex vallo et turribus transjecti pilis muralibus interibant.'

[o] *Assistentes plerisque matres*] Tac. de Germanis c. 7. 'Quodque præcipuum fortitudinis incitamentum est, non casus, nec fortuita conglobatio turmam aut cuneum facit, sed familiæ, et propinquitates, et in proximo pignora; unde fœminarum ululatus audiri, unde vagitus infantium. Hi cuique sanctissimi testes, hi maximi laudatores.'

[p] *Ad formidinem opportuna*] Non nox causa fuit, ut alii audaces redderentur, alii timidi: sed iis qui jam ante audaces erant, præbebat occasionem invadendi hostem incertum atque incautum; iis autem, qui jam ante timidi erant, occasionem fugitandi, latitandi, &c.

Qui audaces erant nocte audaciores facti sunt; qui vero timidi, beneficio noctis minus formidabant; quia nempe tum, 'incerti ictus, vulnera improvisa.' Hoc sensu nox formidolosis opportuna erat.

[q] *Et montis anfractu*] Cum in sinuosi montis flexu repercussus clamor etiam a tergo audiretur, vel audiri videretur.

perrupta, omiserint. Neque tamen pervasere[r] hostes, nisi admodum pauci: ceteros, deleto promtissimo quoque aut saucio, appetente jam luce, trusere in[1] summa castelli: ubi tandem coacta deditio, et proxima sponte incolarum[2] recepta: reliquis, quo minus vi aut obsidio subigerentur, præmatura montis Hæmi et sæva hyems subvenit.

52. At Romæ, commota Principis domo, ut series futuri in Agrippinam exitii inciperet, Claudia Pulchra, sobrina[s] ejus, postulatur, accusante Domitio Afro. Is recens Prætura,[3 t] modicus[u] dignationis, et quoque facinore properus clarescere, 'crimen impudicitiæ,[v] adulterum Furnium, veneficia in Principem et devotiones' objectabat. Agrippina semper atrox, tum et periculo propinquæ accensa, pergit ad

versa, ut quædam præsidia reliquerint Romani, quasi penetrata hostibus. *Neque tamen perrupere barbari, nisi valde pauci; cæso audacissimo quoque, aut vulnerato, instante jam die, reliquos compulere in ardua propugnaculi, ubi demum sese dedere coacti sunt, et vicina loca volentibus accolis reciperata. Ceteris, ne per vim, aut obsidionem domarentur, propera montis Hæmi et atrox hyems succurrit.*

Sed in Urbe turbata Cæsaris familia, ut ordo meditatæ structæque in Agrippinam perniciei jam nunc texeretur, accusatur Claudia Pulchra sobrina illius, deferente Domitio Afro. Is nuper prætor, tenuis decore, et quocumque scelere famam adipisci paratus, objiciebat crimen adulterii, corruptorem Furnium, venenum in Cæsarem quæsitum, et maleficia. *Agrippina semper animi ferox, tunc etiam*

1 Ita Ms. Flor. Jac. Gronovius, Ernestus, et recentiores. Beroaldus et veteres, quos sequitur Ryckius, *ad summa*.—2 *Vicorum* Homerus et Brotierus. —3 Frustra tentat Heinsius, *recens præturæ*. Brotier.

NOTÆ

r *Pervasere*] Hoc est, evasere per munimenta, quibus cincti inclusique erant. *Freinsh.*

s *Claudia Pulchra, sobrina*] Dionem adi, qui historiam hancce recensuit inter acta Caii, ubi de Domitio. Hæc Claudia quomodo Agrippinæ fuerit sobrina, nondum reperi: hoc tantum, filium ejus Quintilium Varum, desponsum filiæ Germanici: quod ostendo infra. *Lipsius.*

t *Recens prætura*] Saltem demonstrandi noscendique hominis causa, hoc adjicitur: aut siquid amplius, hoc magis inest, ut ostendatur modica ejus fuisse dignatio, quam ut exaggeretur ea, et quasi ab incepto minus commendabili absterrere eum debuisset, inculcetur. *Freinshemius.*

u *Modicus*] Postulaverat eam Domitius Afer recens prætura functus, neque dum adulta aut confirmata dignitate, quolibet modo claritudinem adipisci festinans.

v *Crimen impudicitiæ*] Aliud est *impudicitia* in maribus, aliud in fœminis. Viri *impudicitia* fuit proprie apud veteres illos *muliebria pati*, seu *amor ju-*

Tiberium, ac forte sacrificantem patri reperit: quo initio invidiæ, 'Non ejusdem,' ait, 'mactare D. Augusto victimas, et posteros ejus insectari: non in effigies mutas Divinum spiritum transfusum; sed imaginem veram,[w] cœlesti sanguine ortam,[1] intelligere discrimen,[x] suscipere sordes.[y] Frustra Pulchram præscribi,[z] cui sola exitii causa sit, quod Agrippinam stulte prorsus ad cultum delegerit, oblita Sosiæ, ob eadem afflictæ.' Audita hæc raram occulti pectoris vocem elicuere; correptamque Græco versu admonuit:[a] 'non

discrimine sobrinæ incitata, adit Tiberium, et casu invenit illum operantem patri Augusto: quo exordio indignationis utens, non ejusdem est, *inquit*, immolare hostias Divo Augusto, et nepotes ejus persequi; cœlestem illius mentem non in imagines æneas inanimesque transmissam; sed veram effigiem, divina stirpe procreatam, sentire, agnoscere periculum, induere squalorem. Vana specie Pulchram obtendi, cui una mortis causa sit, quod Agrippinam insane prorsus officiis demeruerit, immemor Sosiæ ob eandem causam subversæ. *Hæc audita raram abstrusi animi vocem expressere, increpuitque Græco carmine,* propterea offendi, quod non imperaret. *Pulchra et Furnius mulctantur; Do-*

1 Male emendat Gronovius, *ortos*. Brotier.

NOTÆ

venum: at in fœmina, et etiam in Pulchra hac, *impudicitia* fuit adulterium ipsius cum Furnio, nihil aliud.

[w] *Sed imaginem veram*] Nonnulli legunt, *se imaginem veram:* dubitant nimirum, ne de Augusti simulacro possit intelligi; quod falsum esset, cum Augustus ipse hic sit cœlestis sanguis. Sed in lectione vulgata eadem vis. Ut dicat Agrippina: Sed mea hæc vera imago, ex illo cœlesti sanguine Augusti orta, imminens sibi periculum intelligit, habitumque reorum suscipit.

Sed veram] Sed se veram illius imaginem, cœlesti ejus sanguine ortam esse, quæ quidem periculum satis intelligeret, reatumque Claudiæ pro suo duceret. Hoc enim revera agi, sed Pulchræ crimina prætendi: frustra quidem, cum hac larva falli non possit, &c.

[x] *Intelligere discrimen*] Periculum scire quod immineret, *sordes suscipere*, ut in reatu propinquorum: de se Agrippina sentit. *Lipsius.*

[y] *Suscipere sordes*] Hoc ad Agrippinam, quæ ipsa in sordibus, ut videtur, ob reatum Pulchræ sobrinæ. *Lipsius.*

[z] *Frustra Pulchram præscribi*] Hoc est, *Pulchræ* nomen obtendi frustra, tanquam ipsa tantum, non etiam magis Agrippina peteretur. *Freinsh.*

[a] *Græco versu admonuit*] Suetonius extulit, 'si non dominaris, filiola, injuriam accipere existimas?' Ex quo Canterus noster divinat, Εἰ μὴ κρατεῖς, ὑβρίζεσθαι δοκεῖς. Sed non est dubium quin ad Jasonis vocem aspexerit Tiberius, quam ille in tragœdia quapiam emiserit. Cujus mens hæc, et verba apud Aristotelem Polit. III. 3. Καὶ διὰ τοῦτ' ἴσως Ἰάσων ἔφη, πεινῆν ὅτε μὴ τυραννοῖ, ὡς οὐκ ἐπιστάμενος ἰδιώτης εἶναι: 'Et ob hoc non injuria Jason

ideo lædi, quia non regnaret.'[3] Pulchra et Furnius damnantur. Afer primoribus oratorum additus, divulgato ingenio, et secuta asseveratione Cæsaris, qua 'suo jure disertum'[b] eum appellavit: mox capessendis accusationibus, aut reos tutando, prosperiore eloquentiæ quam morum forma[4] fuit: nisi quod ætas extrema multum etiam eloquentiæ demsit, dum fessa mente[c] retinet silentii impatientiam.

53. At Agrippina, pervicax iræ, et morbo corporis implicata, cum viseret eam Cæsar, profusis diu ac per silentium lacrymis, mox invidiam et preces orditur: 'subveniret solitudini, daret maritum: habilem adhuc juventam sibi,

mitius inter clarissimos oratores ascitus est, publicata facundia illius, et adjuncta affirmatione Tiberii, qua pro suo merito facundum *eum vocarit. Dein suscipiendis delationibus, aut sontes defendendo, feliciore facundiæ quam vitæ fama floruit; nisi quod senectus illi plurimum etiam facundiæ detraxit; dum ægro confectoque et exhausto ingenio silentium tolerare nequit.*

Sed Agrippina iræ tenax, et in adversam valetudinem prolapsa, cum illam Tiberius inviseret, diu et per silentium in fletus effusa est, dein iram et preces orationi immiscet: succurreret viduitati suæ, præberet virum: idoneam adhuc æta-

3 Ita Beroaldus et veteres. At Ms. Flor. n̄ *ideo lædi.* Unde divinabat Pichena, *num ideo lædi, quia non regnaret?* At hæc interrogantis sunt, non admonentis. Ernestus et recentiores, *non ideo lædi, quia non regnaret*, nullo sensu. Vel dicendum, *ideo lædi, quia non regnaret;* vel, *non ideo lædi, sed quia non regnaret. Οὐ διὰ τοῦτο πεινεῖν, ἀλλ' ὅτε μὴ τυραννοῖ. Brotier.*—4 *Fama* editio princeps, aliæque veteres, quibus consentiunt recentiores. Forte operarum vitio, in quibusdam recentioribus irrepsit, *morum forma.* Brotier.

NOTÆ

dixit, lædi se, quia non regnaret: scilicet inscius privatum agere.'

[b] *Suo jure disertum*] Nove et acute dictum est: nam *jure suo* quid facere posse, nota et usitata phrasis erat, in eo qui potestatem cujusque rei suo arbitrio jureque exequendæ habebat, neque alienum nutum mandatumque respicere cogeretur. Plaut. in Cap. II. 1. 47. 'Qui ante hæc pro jure imperitabam meo, nunc te oro per precem.'

Simillimus nostro locus in Cic. pro Arch. 8. 'Suo jure noster ille Ennius sanctos appellat poëtas:' nam *suo jure* non ad Ennium, sed ad poëtas pertinere, subsequens evincit ratio; 'quod quasi Deorum aliquo dono atque munere commendati nobis esse videantur.'

Sic apud Auctor. de causis corruptæ eloq. 25. 'Calvus et Asinius, &c. suo jure et prioribus et sequentibus anteponuntur.' *Freinshem.*

[c] *Dum fessa mente*] Quæ tamen laus in senectute ejus exolevit, cum deficientibus ætate animi viribus, nihilominus audiri vellet, neque silere et ab agendo desistere posset.

neque aliud probis, quam ex matrimonio, solatium: esse in civitate[d] .... Germanici conjugem[1] ac liberos ejus recipere dignarentur.' Sed Cæsar, non ignarus, quantum ex Republ. peteretur;[e] ne tamen offensionis aut metus mani-

tem sibi esse, neque aliud honestis, quam ex conjugio levamentum: esse in urbe, (qui) Germanici uxorem ac filios illius suscipere dignarentur. *Sed Tiberius haud inscius quantum ex imperio postularetur; ne tamen iræ aut formidinis*

1 *Esse in civitate, qui Agrippinam Germanici conjugem.* Locum hunc ita restituendum videtur. Aliter Petavius; sed minus probabiliter, *neque aliud probis, quam ex matrimonio solatium esse in civitate: Germanici conjugem, ac liberos ejus recipere dignaretur.* Rutgersius, Acta erudit. Lipsiens. ann. 1699. p. 370. *ex matrimonio solatium esse. In orbitate Germanici conjugem ac liberos, &c.* Franciscus Malherbe, *habilem adhuc juventam sibi, neque aliud probis quam ex matrimonio solatium in ea ætate. Germanici conjugem ac liberos recipere,* vel *respicere dignaretur:* quæ quidem conjectura, licet Gevartio, Elect. III. 3. summopere laudata, a primigenia scriptura, Agrippinæ Tacitique mente, plurimum discedit. Verum, cum asseverat Gevartius Agrippinam, mulierem animosam et arrogantem, nunquam adeo demisse et abjecte de se sensisse, ut diceret aliquos forte non defuturos in civitate, qui ejus connubium rejecturi non essent, non attendit vir eruditus atroces animos et Principibus infensos, esse subditis molles ac faciles: nec conjugem tantum, sed dominationis æmulum, ipsamque rempublicam, peti. Quod apprime sensit Tiberius, princeps perspicacissimus. *Brotier.* Excidit vocula post τὸ *civitate* in Ms. Ex sensu autem clare colligitur desiderari *qui. Esse in civitate* scilicet viros primarios, *qui Germanici c. a. l. e. r. dignarentur.* Ita enim omnino legendum cum Ms. non *dignaretur,* ut nonnulli corrigunt. Petebat enim Agrippina maritum a Tiberio, et sic dabat ipsi liberam ex pluribus eligendi facultatem. Quod si *dignaretur* legas, tunc nulla electio conceditur, sed electi tantum approbatio. Quod est contra scopum superiorum verborum. *Ryckius.*

NOTÆ

[d] *Esse in civitate*] Puto sic facile suppleri posse *esse in civitate* viros illustres, qui *Germanici conjugem, ac liberos ejus recipere dignarentur.* Lacuna manuscripti, ut eam exhibent, videtur innuere aliquas ibi voces interceptas. Nec tamen, ut puto, Agrippina aliquem nominatim professa est Tiberio suspicaci, nec de viris clarissimis locuta, ne æmulationem Tiberii accenderet, sed prius voluit ejus animum explorare.

Ut in re tanti momenti in genere tantum locuta est Agrippina, ut ex responso dominantis aliud tandem forte auderet, insimulata est amoris erga Asinium Gallum: de quo tum ipsa cogitaverit ut esset, qui se perpetuo mœrentem solaretur, et qui se et liberos Germanici adversus Sejani emissariorumque ejus audaciam tueretur, incertum. Forte de Asinio cogitavit ipse Tiberius: nam ejus amorem exprobravit Agrippinæ, ut causam interitus ipsius l. VI. 25.

[e] *Ex Repub. peteretur*] Cui illo conjugio cum Augusti nepte velut alterum caput dabatur. Ideo de metu sequitur, quem silentio dissimulavit.

Quantum ex Repub.] Sed princeps satis gnarus, quanti momenti futuræ essent eæ nuptiæ, quæ cuicumque qui Agrippinam duceret, tantam in Repub. potentiam auctoritatemque

festus foret, sine responso, quanquam instantem, reliquit. Id ego, a scriptoribus annalium non traditum, reperi in commentariis Agrippinæ, filiæ:[f] quæ Neronis Principis mater, vitam suam et casus suorum posteris memoravit.

54. Ceterum Sejanus mœrentem et improvidam altius perculit, immissis,[g] qui, per speciem amicitiæ, monerent, 'paratum ei venenum, vitandas soceri epulas.' Atque illa, simulationum nescia, cum propter discumberet, non vultu aut sermone flecti,[h] nullos attingere cibos: donec advertit Tiberius, forte, an quia audiverat: idque quo acrius experiretur, poma, ut erant apposita, laudans, nurui sua manu

compertus esset, nullo responso dato, quamvis urgeret Agrippina, *discessit. Id ego, ab auctoribus annalium non memoratum, inveni in commentariis Agrippinæ filiæ: quæ parens Neronis Imperatoris res a se gestas et eventus suorum memoriæ mandavit.*

Ceterum Sejanus ægram animi et incautam penitius exterruit; subornatis qui, prætextu amicitiæ, renunciarent ei, dispositum venenum, quo necaretur, declinandos soceri Tiberii convictus. *Atque illa fingendi ignara, cum juxta assideret* toro, inter epulas *non facie aut voce leniri, nihil quod mensæ appositum esset contingere; donec sensit Tiberius, casu, vel quia præmonitus fuerat; idque quo certius exploraret, fructus ut ministrati fuerant celebrans, nurui* Agrippinæ *propria manu*

NOTÆ

essent daturæ, ut etiam sibi gravis nimiusque posset fieri; nihil ad ea respondit, quia neque permittere quod petebatur, volebat, neque aliter negare poterat, quam ut appareret aut offensum se esse hac postulatione, aut ob metum quem innuimus, eam nolle concedere, &c.

[f] *Commentariis Agrippinæ filiæ*] Quæ mulier perita et industria præter sexum. Citat eam Plinius indice l. VII. vocatque 'Agrippinam Claudii,' scilicet *uxorem*. Et l. VII. 'Neronem, paulo ante principem, pedibus genitum parens ejus scribit Agrippina.'

[g] *Immissis*] Secretis scilicet instigationibus mandatisque: nam nonnulli videntur accepisse, tanquam Agrippinæ nuntiassent illi, se a Sejano mitti. Sed hoc esset *missis*, non *immissis*: quod vix unquam bono eo significatu reperias.

[h] *Non vultu aut sermone flecti*] In convivio suspicionem occultare non potuit Agrippina, quin juxta discumbente Tiberio, tristis et torva spectaretur: neque vultu ejus hilari, neque comi sermone flecti se lenirique sineret, et a cibo capiendo prorsus abstineret; adeo ut tandem ipse quoque cogitationes mulieris deprehenderet, sive ex indiciis forte animadversis, sive quia jam antea de hac Agrippinæ suspicione monitus fuerat. *Freinshem.*

Non agitur hic de vultu hilari, aut comi sermone Tiberii, sed de vultu et sermone ipsius Agrippinæ, quæ semper violenta ingenio, vultuque atrox, semper fronte torva et adducta fuit, neque se flexit, ut leniter alloqueretur imperitantes inter epulas. Non flectitur vultu Agrippina, ut nec attingit ipsa cibos aut poma, sed *servis* dat, qui ad fulcra lecti.

tradidit. Aucta ex eo suspicio Agrippinæ, et intacta ore, servis tramisit: nec tamen Tiberii vox coram secuta, sed obversus ad matrem, 'Non mirum,' ait,[i] 'si quid severius in eam statuisset, a qua veneficii insimularetur.' Inde rumor, 'parari exitium: neque id Imperatorem palam audere, secretum[j] ad perpetrandum quæri.'

55. Sed Cæsar, quo famam averteret,[k] adesse frequens Senatui, legatosque Asiæ, ambigentes, 'quanam in civitate templum statueretur,' plures per dies audivit. Undecim urbes certabant, pari ambitione, viribus diversæ: neque multum distantia inter se[1] memorabant, 'de vetustate generis, studio in Populum Romanum, per bella Persi et

exhibuit. Hinc intenditur Agrippinæ suspicio, et illibata gustu ministris tradidit. Nec tamen Tiberio vox coram excidit, sed conversus ad parentem Liviam; Haud mirum, *inquit*, si quid asperius in eam consuluisset, a qua veneni incusaretur. *Hinc fama* increbuit, destinari necem Agrippinæ; neque id principem aperte moliri, arcanum seu recessum ad patrandum scelus investigari.

Sed Tiberius quo rumorem hunc *avocaret, multus in Curia adesse, et per multos dies audivit oratores Asiæ contendentes*, quanam in urbe delubrum exstrueretur. *Undecim civitates nitebantur pari contentione*, sed *opibus impares; neque admodum diversa inter se referebant*, de antiquitate gentis, et amore in populum Rom.

1 Ita Ms. Flor. Jac. Gronovius et recentiores. Beroaldus et veteres, inverso ordine, *inter se distantia.*

NOTÆ

[i] *Non mirum, ait*] Obversus ad Liviam Tiberius dixit, Jamne miraris, mater, quod aliquid severius statuerim in eam fœminam, a quo veneficii etiam ipse accusor?

[j] *Secretum*] Non audere Tiberium palam ei inferre necem, verum secretum aliquem locum, ubi commode et sine rumore perpetrari cædes posset, quærere. *Freinshem.*

Secretum non tantum *de loco* sumi debet, sed de quacumque circumstantia facinoris, de tempore, de ministris, de genere veneni, aut alio instrumento necis, &c.

[k] *Quo famam averteret*] An frequens senatui affuit, ut aliis negotiis districtus, se a cogitationibus illis alienum ostenderet, et sic vulgi rumor languesceret? An cum rumor esset, secretum ad perpetrandum facinus quæri, ipse falsum arguere voluit, cum Romæ et in senatu frequens ab omnibus conspiceretur? An potius hac arte illos vulgi sermones alio traducere voluit, cum novis Asiæ negotiis omnes intenti futuri essent?

Hanc certe, pro reliquis Tiberii artibus, Taciti mentem crediderim. Sueton. Cal. 48. 'Confestimque urbem petiit, deflexa omni acerbitate in Senatum, cui ad avertendos tantorum dedecorum rumores palam minabatur.' Nota fabula de cane Alcibiadis. *Gronov.*

Aristonici[l] aliorumque Regum.' Verum Hypæpeni,[m] Trallianique,[n] Laodicenis[o] ac Magnetibus simul,[p] tramissi, ut parum validi.[q] Ne Ilienses quidem, cum 'parentem urbis Romæ Trojam' referrent, nisi antiquitatis gloria, pollebant. Paulum addubitatum, quod Halicarnassii,[2] [r] 'mille et ducentos per annos, nullo motu terræ[s] mutavisse sedes suas, vivoque in saxo fundamenta templi'[t] asseveraverant. Pergamenos[u] (eo ipso nitebantur) æde Augusto ibi sita, satis adeptos creditum. Ephesii[v] Milesiique,[w] hi Apollinis, illi

per bella Persei, et Aristonici, aliorumque regum. *At Hypæpeni et Tralliani simul* cum *Laodicenis et Magnetibus omissi, ut parum pollentes opibus viribusque. Ne Ilienses quidem cum* matrem civitatis Rom. Trojam *memorarent, valebant, nisi vetustatis fama. Deliberatum aliquantulum, quod Halicarnassii affirmaverant* regionem suam nullo terræ motu contremuisse per mille et ducentos annos, vivaque in rupe delubri fundamenta poni posse. *Existimatum Pergamenos eodem argumento fultos, satis obtinuisse, templo Augusti ibi exstructo. Ephesii, et*

2 Ms. Flor. *Alicarnassii*, quod immerito defendit Jac. Gronovius. *Brotier.*

NOTÆ

[l] *Et Aristonici*] Is filius Eumenis ex pellice, qui a Perperna domitus, a M. Aquilio, anno 624. post U. C. captus, et in carcere, jussu Senatus, strangulatus est. Livius in Epitoma LIX. Justin. l. XXXVII. Strabo l. XIV. Cic. Philipp. II.

[m] *Hypæpeni*] Hypæpa Urbs Lydiæ in Asia Episcopalis inter Tmolum montem et Caistrum fluvium.

[n] *Tralliani*] Tralles, nunc *Chora*, urbs Lydiæ episcopalis, hodie pæne extincta, Laodiceæ proxima.

[o] *Laodicenis*] Laodicea, urbs Lydiæ, olim *Diospolis;* etiam nunc clarissima et metropolis; vulgo *Laudichia*.

[p] *Magnetibus simul*] *Simul* constructum a Tacito, ut ἅμα apud Græcos.

Magnetibus] Magnesia in Lydia ad Sipylum montem, Episcopalis. Vulgo *Manissa*.

[q] *Ut parum validi*] Magnetes repulsi, quia templum in tam invalidis parvisque oppidis locari non placebat.

[r] *Halicarnassii*] Halicarnassus urbs Cariæ olim regia et episcop. vulgo *Messi*, vel *Castel di S. Pietro*.

[s] *Nullo motu terræ*] Cum tamen crebri ibi sint terræ motus. Strabone teste, fere universa regio circa Mæandrum terræ motibus obnoxia est.

[t] *Vivoque in saxo fundamenta templi*] Non templi olim constructi, sed construendi.

Vivoque in saxo] Quod haberent hanc in urbe sua commoditatem, ut ædis fundamentum vivo nativoque saxo imponi posset.

[u] *Pergamenos*] Pergamenum urbs Troadis seu Mysiæ: nunc *Pergamo*, episcopalis dein metropolis.

[v] *Ephesii*] Ephesus, nunc *Efeso*, metropolis Asiæ clarissima, cujus olim templum Dianæ sacrum.

[w] *Milesii*] Miletus, nunc *Melasso*, urbs Ioniæ seu Cariæ episcopalis, olim Apollinis oraculo clara.

Dianæ cærimonia occupavisse civitates[x] visi. Ita Sardianos[y] inter Smyrnæosque deliberatum. Sardiani decretum Etruriæ recitavere, ut consanguinei: nam 'Tyrrhenum Lydumque, Atye Rege genitos,[z] ob multitudinem divisisse gentem: Lydum patris in terris resedisse; Tyrrheno datum, novas ut conderet sedes: et Ducum e nominibus indita vocabula, illis per Asiam, his in Italia: auctamque[a] adhuc Lydorum opulentiam, missis in Græciam populis, cui mox a Pelope nomen:'[b] simul 'literas Imperatorum, et icta nobiscum fœdera bello Macedonum, ubertatemque fluminum suorum, temperiem cœli ac dites circum terras' memorabant.

56. At Smyrnæi,[c] repetita vetustate, 'seu Tantalus, Jove

Milesii, hi Apollinis, illi Dianæ religione præpediisse urbes suas crediti. Ita consultatum inter Sardianos et Smyrnæos. Sardiani sanctionem Etruriæ memoravere, ut stirpe conjuncti. Quippe Tyrrhenum, et Lydum Atye rege procreatos, ob ingentem numerum hominum separasse nationem: Lydum patrio in solo substitisse; Tyrrheno concessum, ut novas sedes construeret, et e vocabulis ducum imposita nomina, illis apud Asiam, his in Italia: increvisse etiam præterea Lydorum opes deductis in Græciam coloniis, cui posthac a Pelope vocabulum: epistolas *etiam* ducum Rom. et pactas nobiscum societates bello Macedonum, affluentiamque fluviorum suorum, amœnitatem aëris, et uberes passim agros *referebant*.

Sed Smyrnæi, memorata antiquitate generis, sive illos fundasset Tantalus

NOTÆ

[x] *Occupavisse civitates*] Quia illi Dianæ, hi Apollinis cultu occupati, vix credebantur novorum numinum cærimoniis locum reliquisse.

[y] *Sardianos*] Sardis, urbs Lydiæ, olim regia Crœsi regis, metropol. quondam, nunc jacet.

[z] *Atye Rege genitos*] Atys Herculis et Omphales filius, e duobus filiis, sorte jacta, alterum retinuit, Lydum nomine, alterum in Italiam misit coloniæ deducendæ, cui nomen Tyrrhenus, et ab eo Tyrrhenia terra. Ita fere Strabo l. v. convenienter ad Taciti verba: et Tertullianus de spectaculis; 'Lydos ex Asia transvenas in Etruria consedisse Timæus refert, duce Tyrrheno, qui fratri successerat, (lego, *cesserat*, sive *secesserat*,) regni contentione.' Paulo diversus tamen ab istis Dionysius lib. I. quem licet legas, Velleiumque lib. I. *Lips.*

[a] *Auctamque*] Sed alia quoque nobili colonia Lydorum opes inclaruisse: nam a se profectos in Græciam, esse ejus regionis incolas, quæ postea Peloponnesus, quasi Pelopis insula, vocata fuerit. Pelopem enim Lydum natione fuisse quidam tradiderunt.

[b] *Cui mox a Pelope nomen*] Quem Pelopem vulgo Phrygem, Pausanias et alii Lydum faciunt.

[c] *Smyrnæi*] Smyrna, Turcis *Ismyr*, urbs Archiepiscopalis: hodie regionis primaria, et satrapæ Turcarum sedes.

ortus,[d] illos, sive Theseus,[e] Divina et ipse stirpe, sive una Amazonum condidisset;' transcendere ad ea, quis maxime fidebant in Populum Romanum officiis, missa navali copia, non modo externa ad bella, sed quæ in Italia tolerabantur: 'seque primos templum Urbis[f] Romæ statuisse, M. Porcio Consule,[g] magnis quidem jam Populi Romani[1] rebus,[h] nondum tamen ad summum elatis, stante adhuc Punica urbe, et validis per Asiam Regibus.' Simul 'L. Syllam testem'

Jovis filius, seu Theseus cœlesti et ipse progenie, sive una Amazonum statuisset; *transiere ad ea quibus maxime nitebantur*, scil. *in populum Rom. meritis, misso navali auxilio, non solum ad extranea bella, sed* etiam ad ea *quæ in Italia gerebantur*: et se priores fanum civitatis Rom. struxisse, M. Porcio Catone consule, magna quidem jam tum Reip. Rom. potentia, nondum tamen ad amplissimum fastigium evecta, florente adhuc civitate Carthaginensi, et pollentibus in Asia regibus. *Etiam* L. Syllam testem appellabant, maximo in

1 *Romani populi* Homerus.

NOTÆ

[d] *Seu Tantalus Jove ortus*] Variantes has sententias super condita Smyrna notabis passim. De Theseo et Atheniensibus, sensit Epigrammatarius l. IV. Εἰς εἰκόνα Πεισιστράτου, ubi Athenienses hoc argumento Homerum sibi vindicant: 'Ἡμέτερος γὰρ ἐκεῖνος ὁ χρύσεος ἦν πολιήτης, Εἴπερ Ἀθηναῖοι Σμύρναν ἀπῳκίσαμεν. De Amazone, quæ nomen Smyrnæ a se dederit, initio libri XIV. Strabo. Ceterum lapides nummique hoc oppidum Zmyrnam scribunt, non ut obtinuit per Sigma. *Idem.*

[e] *Theseus*] Sive Theseus et ipse divina stirpe ortus, quippe Neptuni filius creditus, &c. condidisset.

[f] *Seque primos templum urbis*] Accidit hoc, A. U. C. 558. Secuti exemplum sunt Alabandenses annis 24. circiter posterius. Gloriantur apud Livium, l. XLIII. 'Alabandenses templum urbis Romæ se fecisse commemoraverunt, ludosque anniversarios ei Divæ instituisse.' Prudentius de hac Dea: 'colitur nam sanguine et ipsa More Deæ, nomenque loci ceu numen habetur: Atque Urbis Venerisque pari se culmine tollunt Templa, simul geminis adolentur thura Deabus.' Ubi vides commune Romæ templum in ipsa urbe cum Venere fuisse.

Primos templum urbis Romæ statuisse] Idem Pergamenos fecisse, dixit paulo supra. At de urbis Romæ templo in ipsa Roma, meminit Spart. in Adriano et Amm. Marcell. l. XVI. *Pichena.*

[g] *M. Porcio Consule*] Cum L. Valerio Flacco, A. U. C. 559. *Muretus.*

[h] *Magnis quidem jam Populi Romani rebus*] Non nemo plane invertit: nondum quidem ad summum elatis, magnis tamen: per quæ necessario vis etiam argumenti invertitur, quo Smyrnæi nitebantur; docentes coluisse se Romam, quo tempore potuisset adhuc non coli.

afferebant, 'gravissimo in discrimine exercitus, ob asperitatem hyemis, et penuriam vestis, cum id Smyrnam[2] in concionem nuntiatum foret, omnes, qui astabant, detraxisse corpori tegmina, nostrisque legionibus misisse.' Ita rogati sententiam Patres, Smyrnæos prætulere.[3] Censuitque Vibius Marsus, 'ut M. Lepido, cui ea provincia obvenerat, super numerum legaretur,[i] qui templi curam susciperet:' et quia Lepidus ipse deligere,[j] per modestiam, abnuebat, Valerius Naso, e Prætoriis, sorte missus[k] est.

57. Inter quæ, diu meditato prolatoque sæpius consilio,

periculo legionum Rom. ob atrocitatem hyemis, et inopiam tegminis, cum id Smyrnam pro concione allatum foret, universos qui aderant exuisse vestes, nostroque militi transmisisse. *Itaque consulti patres quid sentirent, secundum Smyrnæos decrevere. Statuitque Vibius Marsus,* ut M. Lepido, cui Asia provincia obtigerat, extra ordinem legatus adderetur, qui delubro struendo operam daret; *et quia Lepidus ipse nominare legatum per modestiam nolebat, Valerius Naso prætoriæ dignitatis sorte delectus est.*

Interea diu pensitato, dilatoque sæpius proposito abscedendi urbe, *demum Tibe-*

2 Quidam, *Smyrnæ:* alii, *in concione.* Vetus scriptura retineri potest, si *nuntiatum* pro *perlatum* accipiatur, ut animadvertit Pichena. *Brotier.*—3 Ita Ms. Flor. Jac. Gronovius et recentiores. Beroaldus ac veteres, *prætulerunt.* Hæc quidem minutula pudet scribere: scribenda tamen, ne negligentiæ temeritatisve reus videar. *Idem.*

NOTÆ

[i] *Super numerum legaretur*] Proconsulibus erant legati, tum quidem certo numero, ut hic legimus: nunc autem ob extraordinarium negotium, permittebant Lepido, ut sibi legaret aliquem supernumerarium, qui id exequeretur. *Freinshem.*

Super numerum legaretur] Censuitque Vibius Marsus, ut M. Lepido, qui proconsulatum Asiæ sorte obtinuerat, extra ordinem legatus adderetur, qui peculiarem hujus templi perficiendi curam susciperet.

[j] *Quia Lepidus ipse deligere*] Mittebantur quidem in provincias legati, consensu ac decreto Senatus: electio tamen solebat plerumque ipsis Proconsulibus permitti. Livius l. XLIV. 'Senatus Cn. Servilio consuli negotium dedit, ut in Macedoniam, quos L. Æmilio videretur, legaret:' et alibi apud eundem Livium, frater fratrem, filius patrem, sibi legasse dicitur.

Quem morem violatum Cicero Vatinio objiciens, ait, 'Volo etiam audire de te, quo tandem SC. legatus sis; —ne hoc quidem Senatui relinquebas, quod nemo unquam ademit, ut legati ex ejus ordinis auctoritate legarentur?' Idem pro Sestio: 'quos legatos, non modo SC. sed etiam repugnante Senatu, tute tibi legasti.' Vide Lipsium de mil. Rom. lib. II. dial. 11. *Pichena.*

[k] *Sorte missus*] Sorte inter prætorios jacta, Valerius Naso missus est.

tandem Cæsar in[1] Campaniam,[1] specie dedicandi templa,[m] apud Capuam[n] Jovi, apud Nolam[o] Augusto, sed certus procul urbe degere. Causam abscessus quanquam, secutus plurimos auctorum, ad Sejani artes retuli; quia tamen, cæde ejus patrata, sex postea annos[p] pari secreto conjunxit, plerumque permoveor, num ad ipsum referri[q] verius sit, sævitiam ac libidinem, cum factis promeret,[r] locis occultantem. Erant, qui crederent, in senectute corporis quoque

rius in Campaniam concessit, *prætextu consecrandi ædem Jovi apud Capuam, Augusto apud Nolam; sed revera firmato consilio procul Roma agendi. Quamvis Sejani dolo et fraudi tribuerim causam secessus, in ea re multos scriptores sectatus; quia tamen, ejus nece perpetrata, postea sex annos pari solitudini adjecit, sæpe dubius hæreo, num potius in ipsum refundi debeat, qui locis crudelitatem obtegebat, cum immanitatem atque libidines suas factis ipsis proderet. Non deerant, qui existima-*

1 *Iit* vice *in* Brotierus et Homerus.

NOTÆ

[1] *Cæsar in Campaniam*] Vox abest sententiæ explendæ. Lego, *Cæsar iit Campaniam.* Lipsius.

Tandem Cæsar] Leg. *tandem Cæsar* abit *in Campaniam*, vel quid simile.

[m] *Templa*] In Campaniam se recepit, prætextu quidem ædium, quarum altera Jovi apud Capuam, Augusto altera Nolæ, ubi decesserat, dedicanda esset.

[n] *Capuam*] Capua, urbs Campaniæ provinciæ, hodie non extat; situs vero est prope vicum nunc dictum *San Maure*, et ad meridiem fluvii *Volturno* in Terra Laboris, provincia regni Neapolitani. *Tillemonius.*

[o] *Nolam*] Nola, urbs Campaniæ provinciæ, hodie nomen antiquum retinet: urbs est Terræ Laboris, in regno Neapolitano. *Tillemonius.*

[p] *Sex postea annos*] Abiit urbe Tiberius, anno 779; nec rediit: abiit vita 790. Undecim ergo abfuit continuos annos.

Sex postea] Error est apud Plutarch. libello de exilio, ubi legitur Tiberius septem annis Capreas habitasse; et legendum non ἑπτὰ, sed ἕνδεκα ἔτη, id est, non *septem*, sed *undecim annos.*

[q] *Num ad ipsum referri*] Ambigo, num potius ascribenda sit causa talis secessus ipsi Tiberio secretum eligenti, ubi sævitiam libidinesque suas, etiam si factis promeret, saltem loci obscuritate nonnihil posset obtegere.

[r] *Cum factis promeret*] Hoc est, cum revera faceret, eoque naturam suam ostenderet: ἔργῳ ἀποδείξας. *Promere,* nihil aliud est quam facere, edere; nec promendo statim etiam efficiebatur ut ea ubique innotescerent. *Freinsh.*

habitum[2] pudori fuisse:[s] quippe illi prægracilis[t] et incurva proceritas, nudus capillo vertex, ulcerosa facies ac plerumque medicaminibus interstincta: et Rhodi secreto vitare cœtus, recondere voluptates insuerat. Traditur etiam, matris impotentia extrusum, quam dominationis sociam aspernabatur, neque depellere poterat, cum dominationem ipsam donum ejus accepisset. Nam dubitaverat Augustus, Germanicum, sororis nepotem, et cunctis laudatum, rei Romanæ imponere: sed, precibus uxoris evictus, Tiberio Germanicum, sibi Tiberium ascivit. Idque Augusta exprobrabat, reposcebat.

58. Profectio arcto comitatu[u] fuit: unus Senator, Con-

rent affecta jam ætate speciem corporis ipsi probro et dedecori fuisse: etenim illi exilis admodum et curvata statura amplo in corpore, nulli in vertice capitis crines, facies ulceribus substilla, et sæpe unguentis interpolata ac interlita: et Rhodi secessu consueverat declinare conventus, et occultare libidines. Ferunt etiam Liviæ *parentis superbia expulsum, quam imperii consortem spernebat; neque dejicere poterat, cum principatum ipsum munus ejus obtinuisset* ille. *Quippe cogitaverat Augustus imperium mandare Germanico* Octaviæ *sororis nepoti, et omnibus approbato; sed precibus conjugis fatigatus, sibi Tiberium adoptavit, et Tiberius Germanicum ipsius* jussu etiam arrogavit. *Idque Livia* mater *objectabat* illi, *repetebat*que, quod dederat, imperium.

Profectus est Tiberius *cum paucis comitibus; unus* adfuit *e patribus consularis*

2 Verborum ordinem e Ms. Flor. bene refinxit Ernestus. In vulgatis libris, *quoque corporis habitum.* Brotier. Quem verborum ordinem servat Ryckius et Gronov.

NOTÆ

[s] *Corporis quoque habitum pudori fuisse*] Sueton. 68. 'Corpore fuit amplo atque robusto; statura quæ justam excederet.' Et paulo post: 'Facie honesta, in qua tamen crebri et substilli (sic enim lego) tumores.' Sed mutata erant pleraque, ut solet, in senectute. *Muretus.*

Pudori fuisse] Quod in senectute corporis sui habitum atque formam erubescebat, cum admodum macer ac gracilis, et ob nimiam proceritatem incurvus, præterea calvitio facieque exulcerata, et, ut plurimum medicamentis interlita, deformis esset.

[t] *Quippe illi prægracilis*] Pugnat hæc delineatio, e diametro, cum Suetonii verbis: 'Corpore fuit amplo atque robusto; statura quæ justam excederet: latus ab humeris et pectore: ceteris quoque membris usque ad imos pedes æqualis et congruens.' De veritate, secundum neutrum pronuntio. Quod sequitur, 'Ulcerosa facies ac plerumque medicaminibus interstincta,' explicat idem Suetonius, 'Facie honesta, in qua tamen crebri et subtiles tumores.'

[u] *Arcto comitatu*] Quidam *comitatum* acceperunt, tanquam etiam ministeria et familiam complecteretur. Sed tantum honestissimos intelligi apparet ex I. 5. 'Augustum comite uno Planasiam vectum.' Ab his officiis postea dignitatis nomen factum est, *Comes. Unus*, hoc est, unicus, uti supra IV. 15. *Freinsh.*

sulatu functus, Cocceius Nerva,[v] cui legum peritia: Eques Romanus, præter Sejanum, ex illustribus, Curtius Atticus:[w] ceteri liberalibus studiis præditi,[x] ferme Græci, quorum sermonibus levaretur.[1] Ferebant periti cœlestium, ' iis motibus siderum excessisse Roma Tiberium, ut reditus illi negaretur:' unde exitii causa multis[y] fuit, properum finem vitæ conjectantibus vulgantibusque: neque enim tam incredibilem[z] casum[2] providebant, ut undecim per annos libens patria careret. Mox patuit[a] breve confinium artis et falsi;

Cocceius Nerva, juris civilis doctrina eximius; præter Sejanum in comitatu fuit *alius eques Rom. ex splendidis Curtius Atticus, reliqui ingenuarum artium periti, plerique Græci, quorum colloquiis recrearetur. Observabant astrologi,* discessisse ab urbe Tiberium eo positu motuque siderum, ut nunquam redire deberet: *unde perniciei causa plerisque extitit, cum exinde conjicerent* ipsi *imminere vitæ exitum, idque jactarent in vulgus: neque enim prospiciebant rem usque adeo a fide alienam, ut per undecim annos sponte Roma exularet. Postea innotuit, quam prope*

1 Amicus malebat *oblectaretur.* Ryckius.—2 Pro *causam* Freinshemius legit *casum,* non sine causa. *Idem.*

NOTÆ

[v] *Cocceius Nerva*] Pater hic est, qui in studiis civilibus Labeonis factionem secutus adversus Masurium Sabinum, in jure dissensiones auxit. Idem libro sequenti dicitur ' continuus principis, omnis divini humanique juris sciens, integro statu, corpore illæso, moriendi consilium cepisse.'

[w] *Curtius Atticus*] Est ille, quem l. VI. subversum artibus Sejani ait: et ad quem Ovidii Elegia IV. et VII. libri secundi de Ponto. *Lipsius.*

[x] *Liberalibus studiis præditi*] Quibus ille valde oblectabatur, ut et Græca poëmata faceret, et summe curiosus esset historiæ fabularis: ' quæ mater Hecubæ, quod Achilli nomen inter virgines, quid Sirenes cantare solitæ.' Suet. Tib. 70.

[y] *Multis*] Multis nempe, non solum Astrologis seu Mathematicis, ut puto, sed etiam aliis, qui eos consultaverant, taliaque vulgabant præ lætitia, quasi sævæ dominationis jugum cito excussuri.

[z] *Neque enim tam incredibilem*] Neque enim aliter judicium illud Astrologicum accipiendum esse putaverant, cum iis non succurreret tam absurda et incredibilis interpretatio, ut nempe spontaneum velut exilium Cæsaris significaretur, qui undecim per annos libens patria sua cariturus esset.

Rei substantiam certo et vere attigerant periti illi cœlestium, nempe nunquam rediturum esse in urbem; at circumstantias, nempe quanto tempore abfuturus victurusque in exilio esset, ignorabant.

[a] *Mox patuit*] Verum insequens tempus detexit tenue illud atque lubricum discrimen, quod inter artis prædictionisque certitudinem, et falsam ejus explicationem intererat, &c.

veraque quam obscuris tegerentur: nam 'in urbem non regressurum,' haud forte dictum: ceterorum nescii[b] egere, cum propinquo rure aut littore, et sæpe mœnia urbis assidens, extremam senectam compleverit.

59. Ac forte illis diebus oblatum Cæsari anceps periculum, auxit vana rumoris;[c] præbuitque ipsi materiem, cur amicitiæ constantiæque Sejani magis fideret. Vescebantur in villa, cui vocabulum *Speluncæ*,[d] mare Amuclanum inter[e] Fundanosque[f] montes, nativo in specu: ejus os, lapsis repente saxis, obruit quosdam[g] ministros: hinc metus in

abesset scientia a falso, et quanta errorum caligine veritas obscuraretur: quippe haud fortuito prædixerant, eum in civitatem non reversurum: *sed reliqua ignoravere, cum proximo suburbano degens in ora maris, et crebro ad urbis muros ventitans, sic ultimam ad senectam pervenerit.*

Et casu sub idem tempus ingens discrimen, quod adiit Cæsar, inania famæ in majus vulgavit; deditque ipsi principi *occasionem, cur magis se permitteret crederetque benevolentiæ fideique Sejani. Epulabantur in prætorio, cui nomen* Speluncæ, *inter Amuclanum pelagus et Fundanos colles, vivi in saxi specu: cujus ostium densis subito lapidibus oppressit quosdam domesticos; hinc pavor in cunctos*

NOTÆ

[b] *Ceterorum nescii*] In cetera conjecturæ parte et propinqua morte principis aberravere, &c.

[c] *Auxit vana rumoris*] Periculum, quo pæne periit, inanem de instanti morte ejus prædictionem confirmavit.

[d] *Villa, cui vocabulum Speluncæ*] Prætorium Suetonius appellat, more sui sæcli; quo omnes villæ elegantiores, et non rustici usus, Prætoria dictæ. Nomen illi a re, quia imposita vel adjuncta huic nativæ speluncæ. Id secutos in positura villæ Romanos, docet Senecæ locus de villa Vatiæ: 'Speluncæ sunt duæ,' inquit, 'magni operis, laxo atrio, paries manufactus, (scribo, *pares manufactis*,) quarum altera solem non recipit, altera usque in occidentem tenet.'

Vescebantur] Cæsar nempe cum Sejano et aliis comitibus nobilioribus.

Speluncæ] Villa Auruncorum populorum in Latio provincia: ex Cluverio. *Tillemonius.*

[e] *Mare Amuclanum inter*] Amyclæ duplices. Alteræ Laconum, quæ silentio perierunt, ut parœmia est: alteræ Italorum, inter Cajetam et Tarracinam, quas a serpentibus deletas crediderunt Solinus Pliniusque. Ab his Amyclis, mari illi nomen.

Amuclanum] Pars est maris Tyrrheni, alluens oram Auruncorum populorum Latii provinciæ. *Tillemon.*

[f] *Fundanosque*] Fundani Formianique montes, inter urbes Fundos et Formias, in Auruncis populis Latii: hodie positio est circa urbem *Fondi* in parte meridionali et occidentali Terræ Laboris, in regno Neapolitano: ex Cluverio. *Tillemon.*

[g] *Obruit quosdam*] Os speluncæ repente collapsum saxorum incidentium mole quosdam Tiberii ministros obtrivit, eoque metu ut omnes, qui convivio principis aderant, eidemque mensæ accumbebant, diffugerent, uno excepto Sejano, qui genua vultumque et manus suspensa tenens super ac-

omnes et fuga eorum, qui convivium celebrabant.[h] Sejanus genu vultuque[i] et manibus super Cæsarem suspensus, opposuit sese incidentibus: atque habitu tali repertus est a militibus, qui subsidio venerant. Major ex eo: et, quanquam exitiosa suaderet, ut non sui anxius,[j] cum fide audiebatur. Assimulabatque[1] indicis partes[k] adversus Germa-

spargitur, *fugaque eorum, qui epularum honore dignati erant. Sejanus genu, capiteque, et lacertis super Tiberium extensus, objecit sese ingruentibus* saxis, *atque eo statu illum invenere prætoriani milites, qui auxilio accurrerant. Exinde potentior; et quamvis perniciosa consuleret, tanquam de se nil solicitus esset, ei fides habebatur. Fingebatque quasi obiret munia* æqui *judicis contra Germanici liberos, suppositis*

1 Ineleganter Faërnus, *assumebatque.* Brotier.

NOTÆ

cubantem Tiberium, illum suo corpore protegebat, excepturus saxa, quæ in ipsum casura videbantur.

[h] *Qui convivium celebrabant*] Accipiunt de his, qui epulis et mensæ principis accumbebant; forte et intelligi universim possit de omnibus ministris, amicis, et clientibus, qui officii causa in comitatu principis, licet non honore principalis mensæ dignarentur. Et præstat hic meminisse ejus ministri, seu comitis, qui cum præiret Augustum et occurrisset ursus, formidolosus fugit, deseruitque Augustum: vide Sueton.

[i] *Genu vultuque*] Hæc positio facile capitur, si cogitas jacentem in lecto Tiberium, ut solent vescentes. Ipse igitur tali habitu super eum, ut tueretur.

[j] *Ut non sui anxius*] Tanquam homo qui nihil de se suisve commodis solicitus esset, sed principis incolumitatem etiam propriæ saluti palam anteponeret.

[k] *Assimulabatque indicis partes*] *Judicis* videtur lectio sincera. Certe illud *indicis*, hic valde ineptum est; cum sequatur 'subditis, qui accusatorum nomina sustinerent.' Immo ipse judicem se gerebat, accusationesque aliorum et elevabat, et interpretatione molliebat, aliaque omnia conabatur, quo minus et inimicus ipse videretur Germanici liberis. Consulatur super simili sycophantia, Josephus l. XVI. Antiq. Jud. c. 8. *Gruter.*

Indicis partes] Ex eo casu, et aucta amicitia principis, usque adeo potentia et auctoritate increverat, ut jam judicem se ferret adversus filios Germanici, quasi unam personam, easdemque partes sustineret cum principe; ita ut quos odisset princeps, ipse et odisset, velut in sua injuria, dignosque supplicio judicaret ipse et ulcisceretur. Nec inscius ille aut incallidus, qui indices et accusatores subdole immittebat, ipseque se arbitrum et judicem velut in propria causa constituebat. Et certe, cur *indicis partes assimularet* ipse, qui se facere et ferre *indicem*, palamque et aperte profiteri indicium potuit apud Tiberium suum?

Indicis partes] Quapropter occasione illa (nempe auctæ hoc casu gratiæ principis) usus ad subvertendos Germanici liberos, tanquam judicis officio contra eos fungebatur. *Freinsh.*

nici stirpem, subditis,[1] qui accusatorum nomina sustinerent, maximeque insectarentur Neronem, proximum successioni, et, quanquam modesta juventa, plerumque tamen, quid in præsentiarum conduceret, oblitum, dum a libertis et clientibus, apiscendæ potentiæ properis,[m] exstimulatur, 'ut erectum et fidentem animi[2] ostenderet: velle id Populum Romanum, cupere exercitus; neque ausurum[n] contra Sejanum, qui nunc patientiam senis et segnitiam juvenis juxta insultet.'

60. Hæc atque talia audienti nihil quidem pravæ cogitationis: sed interdum voces[o] procedebant contumaces et inconsultæ; quas appositi[x] custodes exceptas auctasque cum deferrent, neque Neroni defendere daretur,[p] diversæ

subornatisque qui accusatorum partes agerent, et potissimum inveherentur in Neronem proximum hæredem imperii; et quamvis se modeste gereret adolescens, sæpe tamen, quid pro tempore expediret, non satis præcavebat; dum a libertis amicisque parandæ dominationis male avidis incitatur, ut se excelsum et constantem animi ostentaret: id exoptare populum Rom. id desiderare legiones: neque contra nisurum Sejanum, qui nunc patientiam senis et inertiam juvenis perinde ludificetur.

Hæc et similia cum audiret, nihil quidem quod *perversi consilii* esset molie-batur: *sed aliquando voces prorumpebant pervicaces et incautæ, quas additi custodes exceptas, cum in pejus renuntiarent, neque Neroni purgare fas esset,* etiam *præ-*

2 Male tentat Pichena, *animum*. Intelligendum, *se*. Brotier.

NOTÆ

[1] *Subditis*] Subdebat ille accusatores et *indices*, inter quos ipse *judicem* agebat; sic magis Tiberium demerebatur.

[m] *Potentiæ properis*] Posset intelligi, ut essent illi *properi potentiæ* parandæ Neroni; sed nonnulli forte magis properabant ad propriam potentiam, quam, rerum potiente Nerone, adepturos sperabant.

[n] *Neque ausurum*] Neque ausurum contra Sejanum, nimia jam fortuna vesanum, inconsultum, et imparatum, ut qui nunc juxta spernat senem juvenemque, ob illorum patientiam et segnitiem; non ausurum eum adversari, si Neronem erectum et fidentem animi, si favori militum populique Rom. respondentem eum videret.

[o] *Voces*] Interdum voces asperiores et inconsultas emittebat, quas cum subdoli corycæi per Sejanum in id facinus corrupti exciperent, et quas non sine additamento apud Tiberium deferrent, neque se defendere posset, quotidie nova solicitudinum materie percellebatur. *Freinsh.*

[x] *Appositi*, hoc est, velut affixi; ut non recederent, sed intentissima cura eum observarent. *Freinsh.*

[p] *Daretur*] Post eam vocem *daretur*, aliquid deesse putant, sed frustra. Satis enim sibi constat sententia et series orationis, cum appositi custodes

insuper solicitudinum formæ oriebantur. Nam alius[q] occursum ejus vitare:[r] quidam, salutatione reddita,[s] statim averti: plerique inceptum sermonem abrumpere: insistentibus[t] contra irridentibusque, qui Sejano fautores aderant. Enimvero[u] Tiberius torvus, aut falsum renidens vultu: seu loqueretur seu taceret[v] juvenis, crimen ex silentio, ex voce:[1] ne nox quidem secura; cum uxor[w] vigilias, somnos,[x]

terea variæ curarum species obversabantur ipsi. Quippe alius præsentiam ejus declinare, nonnulli postquam resalutassent, confestim abscedere, multi cœptum colloquium repente abscindere; instantibus contra illudentibusque, qui Sejani clientes aderant. Nam Tiberius atrox, aut fictum et malignum renidens ore: seu loqueretur seu sileret adolescens, perinde scelus ex taciturnitate et ex verbis: ne somnus nocte quidem tutus; cum conjux proderet aperiretque vigilias, in somnia,

1 Optime distinxere Beroaldus et Lipsius. Male plurimi, *falsum renidens vultu, seu loqueretur, seu taceret. Juvenis crimen ex silentio, ex voce.* Brotier.

NOTÆ

voces juvenis deferrent in pejus, 'neque Neroni defendere daretur;' diversæ præterea solicitudinum species obversabantur; quasi diceret, præterquam quod deferrentur Tiberio, quæcumque proferret Nero, nec defendere liceret, insuper aliæ curæ oboriebantur.

[q] *Nam alius*] Quippe emanantibus in populum odiis Tiberii, et quod pejus erat, ipsius Sejani, nonnulli occursum ejus vitare in publico, subsistentibus, &c. sed τὸ *insistentibus* durius atque arrogantius quam *subsistentibus.*

[r] *Occursum ejus vitare*] Pulchra et graphica descriptio eorum, qui amant, metuunt, volunt, nolunt jungi. Et simillima in Sidonio, de sese delato ob Satyram: 'Alii tamen mihi plus quam deceret ad genua volvi; alii ne salutarent, fugere post statuas, occuli post columnas; alii tristes vultuosique junctis mihi lateribus incedere.' *Lipsius.*

[s] *Salutatione reddita*] *Reddere salutem*, proprie est, resalutare: licet etiam pro *salutare* poni posset, ob verbum *reddere*, quod sæpe verbi simplicis, *dare*, significatum non egreditur: ut l. XCIV. de V.S. *Freinsh.*

[t] *Insistentibus*] Subsistentibusque, cum alii se reciperent, insultantibusque juveni, et ludibrio habentibus; sic nempe per officium et adulationem in Sejanum.

[u] *Enimvero Tiberius*] Aut torvo iratoque vultu, aut per simulationem composita hilarique facie eum intuebatur. *Freinsh.* Non satis exprimit, quippe non hilari vultu Tiberius, et quantumvis dissimulet componatque vultum, non tamen ridet, sed tantum renidet, et etiam *falsum renidet*, id est ægre rictum seu dentes aperit, et velut invitus; et sic etiam *falsum* et malignum *renidet* ille.

[v] *Seu taceret*] Omnes Neronis actiones in crimen et suspicionem detorquebat, et si taceret, silentium ejus triste et contumax; si loqueretur, voces temerarias, et ut pravi animi indices interpretabatur.

[w] *Cum uxor*] Julia, Drusi filia, quæ Neroni nupta: quamque postea Claudius, Messalinæ dolo, interfecit. Sueton. et Dio.

suspiria matri Liviæ,[y] atque illa Sejano, patefaceret: qui fratrem quoque Neronis, Drusum, traxit in partes, spe objecta principis loci, si priorem ætate, et jam labefactum demovisset.[z] Atrox[a] Drusi ingenium, super cupidinem potentiæ et solita fratribus odia, accendebatur invidia, quod mater Agrippina promtior[2] Neroni erat: neque tamen Sejanus ita Drusum fovebat, ut non in eum quoque semina futuri exitii meditaretur; gnarus, præferocem et insidiis magis opportunum.

61. Fine anni excessere insignes viri, Asinius Agrippa,[b] claris majoribus quam vetustis,[c] vitaque non degener; et Q.

et gemitus illius parenti Liviæ, seu Livillæ, *atque illa Sejano; qui etiam pellexit in partes* suas *Drusum fratrem Neronis, spe proposita principalis fastigii, si majorem natu, et jam nutantem deturbasset. Drusus natura ferox, præter cupiditatem imperii, et suetas fratrum discordias, livore incitabatur, quod parens Agrippina impensius Neronem foveret: nec tamen Sejanus adeo Drusum extollebat, ut non in illum etiam futuræ perniciei causas strueret, ut quem sciret violentum, et sic fraudi magis obnoxium.*

Sub exitum anni obiere clari viri, Asinius Agrippa, ortus ex *avis illustribus, magis quam antiquis; neque* ipse a majorum laude *degeneraverat; et Q. Haterius*

2 Nonnulli mallent, *pronior*. Ita quidem vulgo dicimus: an ita quoque Tacitus? *Brotier.*

NOTÆ

[x] *Somnos*] Interpretantur de somniis, et recte. Sed etiam intelligi possit de curis et angoribus, quos inter somnum patiebatur, aut quibus forte omnis somnus procul arcebatur: in illis anxietatibus nocturnis, somnisque importunis, suspiria, verba, gemitus pro somnis hoc loco haberi possunt. Alii vertunt quasi referret matri, *quantum vir dormisset, quantum vigilasset, quot suspiria emisisset.*

[y] *Matri Liviæ*] Uxor Neronis Julia, filia Drusi ex Livia, seu Livilla, sorore Germanici et amasia Sejani, (nam ipsam stupro illexerat;) itaque Julia, Neronis uxor, aperiebat omnia secreta mariti sui Livillæ, et illa Sejano adultero suo.

[z] *Demovisset*] Nempe, si principali loco Drusus fratrem demovisset: Druso enim præferoci utebatur Sejanus ad subvertendum Neronem, satis gnarus ipsum mox Drusum sua ipsa ferocia facile subversum iri.

[a] *Atrox*] Est admodum ferox et impotens, sicut supra IV. 52. 'Agrippina semper atrox.' *Freinsh.*

[b] *Asinius Agrippa*] Censeo filium Asinii Galli: ideoque addit, clariores illi majores, quam vetustiores. Nam Asinia gens in lucem protracta ab Augusto, qui non injuria extulit avum hujus Pollionem. *Lipsius.*

[c] *Claris majoribus quam vetustis*] Sic Ulpian.: 'Cum posset talem causam non suscipere, quam decipere.' Et alibi: 'Alioqui compelletur judicium accipere, quam invenire eos possit.' Terentius: 'Si quisquam est, qui se placere studeat bonis quam

Haterius, familia senatoria, eloquentiæ, quoad vixit, celebratæ :[d] monumenta ingenii[e] ejus haud perinde retinentur. Scilicet impetu magis, quam cura vigebat: utque aliorum meditatio et labor in posterum valescit,[f] sic Haterii canorum illud[g] et profluens cum ipso simul extinctum est.[h]

62. M. Licinio, L. Calpurnio Coss. ingentium bellorum cladem[i] æquavit malum improvisum: ejus initium simul et

ex patricia gente, facundiæ, quamdiu floruit, clarissimæ, sed *scripta seu orationes illius non perinde celebrantur.* Quia *nimirum ille violentia præcipiti magis, quam certa lucubratione aut meditatione præpollebat. Et ut aliorum studia monumentaque ingenii in futurum vigent, ita* contra *Haterii amœnissima illa modulatio et rapida expeditaque facundia cum ipso pariter interiere.*

M. Licinio, L. Calpurnio Coss. inopinata lues incidit, quæ maximorum bellorum clades adæquavit; et simul orta finitaque ea calamitas. Quippe, structo apud Fi-

NOTÆ

plurimis:' nam *plurimorum* verbo, *mali* significantur, auctore Nonio Marcello. *Ferrettus.*

Asinius] Is fidentiam animi et facundiam avi Pollionis retinuit, qui Augustum sequi noluit bello contra Antonium, cum tota Italia sedibus exciretur.

[d] *Q. Haterius, eloquentiæ celebratæ*] Inter declamatores recenset Seneca pater, inuritque eandem notam, quam hic Tacitus. 'Q. Haterius,' inquit, 'pulcherrimam imaginem movit. Cœpit enim subito quo solebat cursu orationis scribere,' (vellem, *describere,*) 'quasi exaudiret aliquem tumultum, vastari omnia ac rapi, comburi incendiis villas, fugas agrestium, et cum omnia implesset terrore, adjecit, Quid exhorruisti adolescens? socer tuus venit.' De eodem homine vitioque filius, epist. 40. 'Nam Q. Haterii cursum suis temporibus oratoris celeberrimi, longe abesse ab homine sano volo.' Elegans in hanc rem Augusti jocus, 'Haterius noster sufflaminandus est.'

[e] *Monumenta ingenii*] Tacitus non ait, nulla eum ingenii monumenta reliquisse, verum ea non pro fama, quam vivus obtinuerat, retineri; hoc est, haberi et æstimari. *Freinsh.*

[f] *Valescit*] Sicut labor aliorum et diligentia tempore ipso valescit, atque majore in dies pretio commendatur; sic e contra omnis ille decor promtæ elocutionis, et amœna vocis modulatio, quibus Haterii orationes placebant, cum ipse declamaret, simul cum ipso suo auctore evanuerunt.

[g] *Haterii canorum istud*] Talis Hortensio et Callistrato λέξις γραφικὴ, καὶ λέξις ἀγωνιστικὴ· et Aristotel. l. III. Rhetoric. Hanc λεκτικὴν vocat Demosthenes in Erotico. *Muretus.*

[h] *Extinctum est*] Neque enim ille impetus, neque canorum illud, nec affluentia aut rapiditas eloquentiæ, quæ in ipsa declamatione placet, rapitque animos, ullatenus transfunditur in libros aut scripta, non tramittitur ad posteros; sed ut vox inanis et nunquam reversura cito tenues vanescit in auras: sunt fere talia *nugæ sonantes.*

[i] *Ingentium bellorum cladem*] Eleganter talia describit Plin. XXXVI. 15. de C. Curione qui bello civili periit: 'Postremo jam die descendentibus tabulis, et cornibus inter se coëuntibus, faciebat amphitheatrum, et gla-

finis extitit. Nam cœpto apud Fidenam[j] amphitheatro, Atilius quidam, libertini generis,[k] quo spectaculum gladiatorum celebraret, neque fundamenta per solidum[l] subdidit, neque firmis nexibus ligneam compagem superstruxit: ut qui non abundantia[m] pecuniæ, nec municipali ambitione,

denates amphitheatro, quo Atilius quidam, libertina stirpe ortus, certamen gladiatorum ederet; neque fundamenta arte, loco, aut materia satis firma supposuit, neque etiam validis compagibus devinctam ligneam molem superimposuit; ut qui non affluentia opum, neque provinciali ambitione, sed pro vili mercede id opus munusque

NOTÆ

diatorum spectacula edebat, ipsum magis auctoratum populum Rom.' (alii legunt *ipsum magistratum et populum Rom.*) 'circumferens. Quid enim miretur quisque in hoc primum? inventorem, an inventum? artificem, an auctorem? ausum aliquem hoc excogitare, an suscipere? parere, an jubere? super omnia erit populi furor, sedere ausi tam infida instabilique sede. En hic est ille terrarum victor, et totius domitor orbis, qui gentes et regna diribet, jura externis mittit, Deorum quædam immortalium generi humano portio, in machina pendens, et ad periculum suum plaudens. Quæ vilitas animarum ista! aut quæ querela de Cannis! quantum mali potuit accidere! Hauriri urbes terræ hiatibus, publicus mortalium dolor est. Ecce populus Rom. universus, velut duobus navigiis impositus, binis cardinibus sustinetur, et se ipsum depugnantem spectat, periturus momento aliquo, luxatis machinis: et per hoc quæritur Tribuniciis concionibus gratia, ut pensiles tribus faceret. Qualis hic in rostris? quid non ausurus apud eos, quibus hoc persuaserit? vera namque confitentibus populus Rom. funebri munere ad tumulum patris ejus depugnavit universus.'

[j] *Fidenam*] Fidena, urbs Sabinorum populorum, in Samnio regione; hodie ruinæ spectantur, ubi nunc est prædium, vulgo dictum *Castel Giubileo*, in Sabina provincia ad meridiem et versus Tiberim fluvium, sub ditione pontificia: ex Kircheri Latio. *Tillemonius.*

[k] *Atilius quidam, libertini generis*] Ergone permissum libertis edere ludos? Apparet. Suetonius tamen aliud indicare videtur, Claudii c. 28. de Harpocra magnæ gratiæ apud Imp. liberto: 'Cui,' ait, 'lectica per urbem vehendi, spectaculaque publice edendi jus tribuit.' Sed credo vetitum Romæ tantum, non in municipiis coloniisque. *Lipsius.*

Libertini generis] Multi malunt ipsum quidem ingenuum, sed, ut Horatium, 'Libertino patre natum,' fuisse; quod verius videtur: quanquam et illud habeat, quo se tueatur; supra II. 85. 'Quatuor millia libertini generis.' *Freinsh.*

[l] *Per solidum*] Possit intelligi de materia et arte, qua fundamentum et prima contignatio structa vinctaque esset; at tamen patet ex Tac. infra de loco seu solo id præcipue intelligi debere: 'neve amphitheatrum imponeretur, nisi solo firmitatis spectatæ.'

Per solidum] Neque solida fundamenta subjecit operi, neque ipsam molem quam ex ligno superstruxerat, satis validis compagibus nexibusque firmavit. *Freinsh.*

[m] *Ut qui non abundantia*] Ut qui

sed in sordida mercede[1] id negotium quæsivisset. Affluxere avidi talium, imperitante Tiberio procul voluptatibus habiti, virile ac muliebre[n] secus,[2] omnis ætas, ob propinquitatem loci effusius: unde gravior pestis fuit, conferta mole,[o] dein convulsa, dum ruit intus, aut in exteriora effunditur: immensamque vim mortalium, spectaculo intentos, aut qui

suscepisset. Concurrere undique *ejusmodi* voluptatum *avidi, Tiberio principe procul oblectamentis habiti, omnis sexus, et omnis ætatis mortales, ob vicinitatem urbis affluentius; unde immanior strages fuit, confertim ruente mole, dein quassata et abrupta, dum ingruit intus, aut exterius erumpit; infinitamque turbam hominum*

1 Mallet Pichena, *in sordidam mercedem.* Sic olim scriptum fuisse probabilissimum videtur.—2 Ita Ms. Flor. Jac. Gronovius et recentiores. Perperam Beroaldus et veteres, *virilis ac muliebris sexus.* Quam multa antiquitatis et Romanæ linguæ monimenta obliteravit hoc insanabile emendandi cacoëthes! Minime tamen insolens id dicendi genus. Sic enim Sallustius, Frag. Hist. p. 294. 'Magna gloria concurrentium undique virile et muliebre secus, per vias ac tecta omnium visebatur.' Livius XXVI. 47. 'Liberorum capitum virile secus ad decem millia capta.' Ipseque Priscianus, v. de generibus, masculinum est—'Sexus, quamvis Plautus et hoc sexus, hujus sexi, neutro genere protulit in Rudente: Virile sexus nunquam ullum habui.' Ita libri editi, et antiquissimus noster Ms. Codex Prisciani. *Brotier. Virile ac muliebre sexus* testatur esse in Ms. unico Pichena: et sic iterum H. v. 13. Priscianus l. v. 'Plautus hoc sexus, hujus sexi, neutro genere protulit in Rudente: Virile sexus nunquam ullum habui:' et ita locum Plauti in Mss. Pall. legi testantur docti. *Sexu* quoque *virile* dici Scaliger et alii putavere: de quo videndus Ger. Vossius l. I. de Anal. c. 31. et l. II. c. 17. Nihilominus J. F. Gronovius non dubitat, quin utrobique apud Tacitum scribendum, *virile ac muliebre secus:* tum sæpe apud alios corruptum hoc vocabulum putat. Vide eum ad Livii l. XXVI. c. 47. *Ryckius.*

NOTÆ

non per abundantiam divitiarum, neque honorum in municipio suo adipiscendorum gratia, plebem largitione conciliaturus, sed tantum ob sordidum quæstum structuram istius operis in se receperat.

Forte ex locis et sedibus spectantium mercedem aliquam vilem, seu *Lucar*, captabat Atilius. Talibus spectaculis dediti prorsus mortales horumce temporum, ita ut ad portas omnium civitatum Italiæ structa essent amphitheatra, et quidem mansura, ut sumtibus novæ structionis parceretur.

[n] *Virile ac muliebre secus*] Vulgo *sexus.* Sic Plaut. Rud. 'virile sexus nunquam habuit ullum.' Tacitus scripsit, *virile ac muliebre secus.* Vide ad Livium XXVI. 47. *Gronovius.*

[o] *Conferta mole*] Ædificium illud tanto oneri ferendo impar repente dissolutum est, lateque sparsa ruina (namque pars intus collapsa erat, pars in exteriora procubuerat), immensam hominum multitudinem partim spectaculo intentam præcipiti casu afflixit, partim circa amphitheatrum obversantem improvisa strage obruit oppressitque. *Freinshemius.*

Conferta mole] Simul et derepente tota moles confertim ruit, dein convellitur proprio pondere, et per partes abrumpitur.

circum astabant, præceps trahit[3] atque operit. Et illi quidem, quos principium stragis in mortem afflixerat, ut tali sorte,[p] cruciatum effugere. Miserandi magis, quos, abrupta parte corporis, nondum vita deseruerat: qui per diem visu, per noctem[q] ululatibus et gemitu, conjuges aut liberos noscebant.[r] Jam ceteri fama exciti, hic fratrem, propinquum ille, alius parentes lamentari: etiam quorum, diversa de causa, amici aut necessarii aberant, pavere tamen: neque dum comperto, quos illa vis perculisset, latior ex incerto[s] metus.

63. Ut cœpere dimoveri obruta; concursus ad exanimos, complectentium, osculantium: et sæpe certamen,[t] si confu-

certamen spectantes, aut circum amphitheatrum stantes præcipitat atque obruit. Et illi quidem, quos initium cladis in exitium perculerat, quantum in tali infortunio dabatur, *dolorem et tormenta vitavere. Deplorandi magis* illi, *quos mutilata parte* aliqua *corporis, nondum vita reliquerat, qui per diem aspectu, per noctem gemitu ejulatuque uxores* suas *aut filios agnoscebant. Jam et ceteri nuntio cladis evocati, deflebant hic fratrem, consanguineum ille, alius parentes.* Ii *etiam, quorum familiares aut propinqui aliis de causis aberant, timere tamen: et nondum cognito, quos illa lues afflixisset, major ex ambiguo* cura et *formido.*

Postquam ea, quæ strata simul afflictaque erant, dimoveri cœpere, statim *fit concursus ad exsangues, eos amplectuntur, osculantur; et sæpe certant* invicem, *si*

3 Ita Ms. Flor. veteres editiones et recentiores. In quibusdam intermediis male emendatum, *in præceps trahit.* Brotier.

NOTÆ

p *Ut tali sorte*] Non intellexere plerique vim particulæ *ut*, quomodo hoc loco usurpatur: restringit enim et limitat sermonem: quippe non omnino *cruciatum effugere;* sed tantum quoad in tali casu poterat; hoc enim est, *ut tali sorte.* Sic apud Flor. III. 17. 'Drusum matura, ut in tali discrimine, mors abstulit.'

q *Per noctem*] Nempe qui vocem propinquorum inter tenebras tamen agnoscerent, neque propterea opem ullam ab iis impetrare, aut saltem ubi essent certiores eos facere, neque sermonem cum iis miscere poterant; quia neque facile ab illis conspiciebantur, ruinis tantæ molis obruti et velut sepulti, neque inclamare eos aut ipsorum debilitas aut promiscui clamores permittebant. Jam enim et nova alia multitudo hominum, audita clade, concurrerat Fidenas, &c.

r *Conjuges aut liberos noscebant*] Intelligunt, quasi iidem illi, qui *abrupta parte corporis* cruciabantur, noscerent uxores et liberos obrutos eadem strage et iisdem cruciatibus implicitos: eos autem agnoscebant ex voce illorum et ululatibus.

s *Latior ex incerto*] Quia nondum constabat, quos ea pestis afflixisset, ex incerto periculo latior metus; pluresque quam ad quos damnum spectaret, cura et angore cruciabantur.

t *Certamen*] Sæpe diversi homines de eodem cadavere certabant, si forte facies casu illo obtrita erat et confusa.

sior facies, et par forma, aut ætas, errorem agnoscentibus fecerat. Quinquaginta hominum millia[u] eo casu debilitata vel obtrita sunt: cautumque in posterum Senatusconsulto, 'ne quis gladiatorium munus ederet, cui minor quadringentorum millium[v] res; neve amphitheatrum imponeretur, nisi solo firmitatis spectatæ.' Atilius in exilium actus est. Ceterum, sub recentem cladem, patuere procerum domus, fomenta et medici passim præbiti: fuitque urbs per illos dies, quanquam mœsta facie, veterum institutis similis,[w] qui, magna post prælia, saucios largitione et cura sustentabant.

64. Nondum ea clades exoleverat, cum ignis violentia urbem ultra solitum[x] affecit, deusto monte Cælio:[y] 'feralemque annum' ferebant, 'et ominibus adversis susceptum

parum comperta facies, et similis vultus, aut ætas, aberrandi locum dignoscentibus præbuerat. Quinquaginta hominum millia ea strage mulcata vel oppressa sunt. Vetitumque in futurum decreto patrum, ne quis gladiatorum spectaculum celebraret, cui minor quadringentorum millium census foret; et ne amphitheatrum exstrueretur, nisi loco cujus firmitas ante explorata esset. *Atilius in exilium pulsus est. Ceterum repente adhuc strage illa, apertæ sunt optimatum ædes, remedia, et medici ubique suppeditati; fuitque civitas per illos dies, licet tristi specie, similis priscorum exemplis, qui post magna certamina vulneratos liberalitate et fomentis sublevabant, reficiebant.*

Nondum ea pestis obliterata, cum sævitia flammarum civitatem ultra consuetum vexavit, cremato colle Cælio: exitialemque annum *dicebant*, et infelicibus au-

NOTÆ

[u] *Quinquaginta hominum millia*] Nihil mutemus. Suetonius et Orosius viginti hominum millia periisse eo casu aiunt: noster quinquaginta, sed latius sumens, debilitatos, non solum obtritos. *Lipsius.*

Quinquaginta] Quinquaginta hominum millia clades ea partim membris aliquibus, partim vita privavit.

[v] *Quadringentorum millium*] Census ille equester fuit: 400 millia sunt, nostro more, decem millia Philipporum, seu coronatorum, sive triginta millia librarum.

[w] *Veterum institutis similis*] Livius l. II. 'Neque immemor ejus, quod initio consulatus imbiberat, conciliandi animos plebis, saucios milites curandos dividit Patribus. Fabiis plurimi dati; nec alibi majore cura habiti.' Justinus l. XXVIII. de Spartanis post pugnam ad Sellasiam bello Cleomenico: 'Patentibus omnes domibus saucios excipiebant, vulnera curabant, lapsos reficiebant.'

[x] *Ultra solitum*] Nam licet, ut in civitate maxima atque frequentissima, crebra incendia orirentur, diligentia tamen præfectorum vigilumque ferme citra magnum incommodum coërcebantur: sed tum tota Cælii montis regio consumta est.

[y] *Deusto monte Cælio*] Ubi hodie est Basilica Lateranensis. *Muretus.*

Cælio] Cælius mons secundæ regionis Romæ antiquæ, in latere orientali: hodie *Monte Celio*, in regione *Monti*, et circa Ecclesiam et palatium sancti Joannis Laterani, &c. in Roma moderna: ex Nardini Roma Ant. l. II. c. 2. *Tillemonius.*

Principi consilium absentiæ,' qui mos vulgo, fortuita ad culpam trahentes; ni Cæsar obviam isset, tribuendo pecunias[z] ex modo detrimenti. Actæque ei grates apud Senatum ab illustribus famaque apud populum, quia sine ambitione, aut proximorum precibus, ignotos etiam et ultro accitos munificentia juverat. Adduntur sententiæ, ut mons Cælius in posterum *Augustus* appellaretur: quando, cunctis circum flagrantibus, sola Tiberii effigies, sita in domo Junii Senatoris, inviolata mansisset. 'Evenisse id olim Claudiæ Quintæ,[a] ejusque statuam, vim ignium bis elapsam, majores apud ædem Matris Deum[b] consecravisse: sanctos acceptosque Numinibus Claudios: et augendam cærimoniam loco,[c] in quo tantum in Principem honorem Dii ostenderint.'

spiciis consilium iniisse principem urbe abscedendi; idque *pro ingenio vulgi, crimen hominum interpretantis, quod fortunæ est; ni princeps subvenisset, largiendo pecuniam pro ratione damni; relatæque ei grates apud senatum a nobilibus, et celebrata laus ejus apud plebem, quod sine favore, ostentatione, aut precibus familiarium, incognitos etiam, et* sola *sponte* ipsius *vocatos, liberalitate fovisset. Adjiciuntur decreta, ut mons Cælius in futurum* Augustus *vocaretur: quandoquidem cunctis* rebus *passim ardentibus, sola principis imago, posita in Penatibus Junii senatoris, intacta* flammis *evasisset.* Contigisse id olim Claudiæ Quinctæ, ejusque imaginem, ab incendii sævitia bis illæsam inviolatamque, veteres in templo Matris Deorum dicavisse. Sanctos et approbatos Diis Claudios; addendamque religionem colli, in quo tantum in Tiberium decus numina exhibuerint.

1 Ita Ms. Flor. Male Beroaldus *Quintiæ. Quincta*, vel *Quinta* ex ordine nascendi dicebatur, ut recte observat Lipsius ex Cicerone de Senect. XI. " Quatuor robustos filios, quinque filias, tantam domum, tantas clientelas, Appius regebat, et senex, et cæcus." *Brotier.*

NOTÆ

[z] *Tribuendo pecunias*] Restituto pretio dominis insularum. Tranquillus.

[a] *Claudiæ Quintæ*] Vulgo *Quintiæ*, sed scribo, *Claudiæ Quintæ*. Tertia, Secunda, Quarta, mulierum agnomina ab ordine nascendi. Ita Livio l. XL. 'Calpurnius Piso necatus a Quarta Hostilia uxore dicebatur.' In vetusto lapide, QUARTA. LIVIA. et alibi, QUINTA. NONIA. Eoque exemplo hic, Quinta Claudia. Judicium meum firmat historia, quia Ap. Claudio hujus patri quinque filiæ fuerunt. Cicero in Catone: 'Quatuor robustos filios, et quinque filias Appius regebat, et senex et cæcus.' Quod ad historiam hanc, miraculumque, habes apud solum, nisi aberro, Valerium, I. 8. 'Possunt et illa miraculorum loco poni, quod Q. Claudiæ statua in vestibulo templi Matris Deum posita, bis ea æde incendio consumta, prius P. Nasica Scipione, L. Bestia; item M. Servilio et L. Lamia Coss. in sua basi flammis intacta stetit.'

[b] *Matris Deum*] Ædes fuerunt in regione decima Romæ antiquæ: ex Nardini Roma l. VI. c. 14. p. 398. *Tillemonius.*

[c] *Augendam cærimoniam loco*] Uti consecraretur. Sicut, verbi gratia, a-

65. Haud fuerit absurdum tradere, montem eum antiquitus *Querquetulanum* cognomento fuisse, quod talis sylvæ frequens fœcundusque erat: mox *Cælium* appellitatum a Cæle[1] Vibenna,[d] qui dux gentis Etruscæ, cum auxilium appellatum[e] ductavisset,[2] sedem eam acceperat a Tarquinio Prisco;

Haud abs re fuerit referre, hunc collem olim Querquetulanum *appellatum fuisse; quod is tali sylva consitus et densus* id ævi *esset: dein* Cælium *vocitatum a Cæle Vibenna, qui princeps nationis Etruscæ, cum copias auxiliares adduxisset, eâ regione donatus erat a Tarquinio Prisco; seu quis alius regum* eam ipsi *concessit: nam auc-*

1 Scribendum, *Cæle, mons Cælius,* ut patet ex tabula Lugdunensi, non vero *Cœle, Cœlius.* Brotier.—2 In Ms. Flor. et editione principe, *auxilium appellatum tavisset;* corrupte. Aldus, *appellitavisset;* male, cum ante, *appellitatum,* dictum fuerit. Ceteri libri editi, *appellatum ductavisset;* dure, nec Corneliane: quis unquam ferat, *auxilium appellatum ductavisset?* Frigide etiam diceretur, *appellatus ductavisset;* nec probabiliter, cum superius sit, *appellitatum.* Paulo melius *appellatum* esse insititium et omittendum existimabat Lipsius. At feliciter emendavit Vertranius, *ad bella ductavisset,* obvio scioli librarii, qui *adpella,* mox *adpellatum* scripsit, errore. *Brotier. Auxilium appellatum tavisset.* Ita ex Ms. edidit Beroaldus. Rhenanus eumque secuti ex ingenio: *cum auxilium appellatum ductavisset.* Sed vix verisimile cum in superiore versu Auctor scripserit *appellitatum,* in hoc repetere vocem voluisse; ut taceam *auxilium appellatum* non convenire Taciti stylo: *tavisset* autem manifeste corruptum. Mihi proxime ad vulgatam lectionem et tolerabiliter legi posse videtur: *ad bella tum tulisset.* Ryckius.

NOTÆ

pud Sueton. Aug. 5. 'de solo, quod primum Augustus nascens attigisset, decretum est, ut ea pars domus consecraretur.' Sic opinor illam quoque Junianæ domus partem, in qua Tiberii effigies collocata fuerat, consecrari placuisse.

[d] *Cæle Vibenna*] Mutant annales, in nomine, in tempore, in re. Nomen illi *Cælem,* noster et Varro faciunt l. IV. *Cælium,* Dionysius et Tabula Claudiana, quæ Lugduni. Tempus adventus ejus ad Romulum Varro et Dionysius retulere: ad Tarquinium, Tacitus et Claudius in tabula dicta. Festus (ut Fragmenta sunt) de Tarquinio item inseruit: sed dispescuit nomen; et *Cælem* ac Vibennam facit duos fratres. In re ipsa: Dionysius Romam migrasse eum, impulsum Romuli fama; Tacitus, auxilii ferendi causa; Claudius, exactum varia fortuna pulsumque, describunt.

Tabulæ illius Claudianæ verba digna ascribi: 'Servius Tullius, si nostros sequimur, captiva natus Ocresia: si Tuscos, Cæli quondam Vivennæ sodalis fidelissimus, omnisque ejus casus comes, postquam varia fortuna exactus, cum omnibus reliquiis Cæliani exercitus Etruria excessit, montem Cælium occupavit, et a duce suo Cælio ita appellitatus. Mutatoque nomine (nam Tusce Mastarna ei nomen erat) ita appellatus est, ut dixi.'

[e] *Auxilium appellatum ductavisset*] *Auxilium appellatum* *tavisset;* quæ scriptura, aiunt, codicis Medicei. Varie restituunt. Putem τὸ *appellatum,* e priore linea repetitum frustra, delendumque. Ita legerim, *cum auxilium tulisset.* Lips.

seu quis alius Regum dedit: nam scriptores in eo dissentiunt: cetera non ambigua sunt; magnas eas copias per plana etiam ac foro propinqua habitasse,[3] unde *Tuscum*[4] *vicum*,[f] e vocabulo advenarum, dictum.

66. Sed, ut studia procerum et largitio Principis adversum casus[1] solatium tulerant;[g] ita accusatorum major in dies et infestior vis sine levamento grassabatur: corripueratque Varum Quintilium,[h] divitem et Cæsari propin-

tores in eo discrepant. Cetera haud incerta sunt, ingentem eam multitudinem hominum *plana etiam, ac foro vicina incoluisse, inde* Tuscum vicum *ex nomine alienigenarum appellatum esse.*

Sed quemadmodum studia primorum, et munificentia Cæsaris non nihil levaminis attulerant contra eam *cladem; sic delatorum acrior graviorque sævitia in dies ingravescebat sine* ullo *remedio: invaseratque Varum Quinctilium opulentum, et con-*

3 *Habitavisse* Gronovius et Brotierus.—4 *Thuscum* Gronovius.

1 Frustra tentat Muretus, *adversis casuum.*

NOTÆ

Auxilium appellatum tavisset] Aldus excussit, *appellitavisset:* et certe ridicula librariorum opera hic est, quod e superiore versu nomen *appellitatum* repetierint. Hoc dico ex auctoritate Halicarnassei, qui Cælium, Romuli fama impulsum, cum validissima domesticorum manu transiisse ad illum, scribit. Quod si est, non appellatus a Romulo Cælius Vibennus est, ita Varroni dictus. Scribendum igitur rectius et emendatius opinor, *auxilium ductavisset.* Vertranius.

Appellatum tavisset] Sic veteres libri. Τὸ *appellatum* delevi, quia videtur repetitum ex superiori voce *appellitatum*, nec similes voces ingerere solet Tacitus; etiam reposui *tulisset*, auctoritate Lipsii et ex vestigiis manuscripti.

[f] *Unde Tuscum vicum*] Aliter visum Livio, qui l. II. cognominatum vult a reliquiis exercitus Porsenæ, qui e fuga receperant se Romam, victi ad Ariciam a Cumanis. 'Pars,' inquit, 'perexigua duce amisso, quia nullum propius perfugium erat, Romam inermes et fortuna et specie supplicum delati sunt. His locus ad habitandum datus, quem deinde Tuscum vicum appellarunt.'

Varro item leviter dissentit: 'Hi post Cælis obitum,' inquit, 'quod nimis munita loca tenerent, neque sine suspicione essent, deducti dicuntur in planum. Ab eis dictus vicus Tuscus; et ideo ibi Vortumnum stare, quod is deus Etruriæ.'

Tuscum] Tuscus vicus fuit in octava regione, et prope forum Romanum, in Roma antiqua: ex Nardini Roma Ant. v. 5. *Tillemonius.*

[g] *Adversum casus solatium tulerat*] *Casus*, hic duas simul clades comprehendit; ruinam et incendium: adversus quem casum, solatium tulerunt proceres et princeps. Illi, domos, fomenta, et medicos, ruina debilitatis præbendo: hic, pecunias post incendium, ex modo detrimenti, tribuendo. Muretus legit, *adversis casuum*, quod non placet. *Pichena.*

[h] *Varum Quintilium*] Censeo filium esse infelicis patris, qui in Germania

quum, Domitius Afer, Claudiæ Pulchræ, matris ejus, condemnator: nullo mirante, quod diu egens, et parto nuper præmio male usus,[i] plura ad flagitia accingeretur. Publium Dolabellam socium delationis extitisse, miraculo erat, quia claris majoribus, et Varo connexus, suam ipse nobilitatem, suum sanguinem perditum ibat. Restitit tamen Senatus et 'opperiendum Imperatorem' censuit: quod unum urgentium malorum suffugium in tempus erat.

67. At Cæsar, dedicatis per Campaniam templis, quanquam edicto monuisset, 'ne quis quietem ejus irrumperet,' concursusque oppidanorum, disposito milite, prohiberentur; perosus tamen municipia et colonias, omniaque in continenti sita, Capreas se in insulam abdidit,[j] trium millium freto ab extremis Surrentini promontorii[k] dijunctam. Soli-

sanguineum Tiberii, Domitius Afer, Claudiæ Pulchræ, parentis ejus, delator, jam nemine stupente quod is diu inops, et rapta nuper præda abusus, plura ad scelera præpararetur. Sed prodigii loco habebatur, quod P. Dolabella eam accusationem una cum illo suscepisset, quia nobili stirpe ortus, *et Varo conjunctus, suam ipse claritudinem, suam familiam subversum ibat. Intercessere tamen patres, et statuere* expectandum esse principem; *quod solum impendentium calamitatum subsidium ad* aliquod *tempus fuit.*

At Tiberius consecratis in Campania delubris, quamvis edicto vetuisset, ne quis otium ejus interpellaret, *confluentesque e municipiis populi ordinatis custodibus arcerentur; pertæsus tamen oppida, et civitates, cunctaque in continenti posita, se inclusit Capreas in insulam, freto trium milliarium divisam a Surrentino promon-*

NOTÆ

cæsus. Sed quomodo Cæsari propinquus? Credo, quia Germanici filiam duxerat uxorem. Seneca lib. I. Controv. 3. 'Declamaverat apud illum hanc controversiam Varus Quintilius, tunc Germanici gener et prætextatus.' Itaque absocer illi Tiberius fuit. An etiam propinquus alia de causa? Puto, quia Claudia Pulchra Vari mater, sobrina Agrippinæ dicitur supra; nec tamen ultra reperi. *Lipsius.*

[i] *Male usus*] Neque mirabatur quisquam, quod homo inops male consumto dilapidatoque prioris accusationis præmio, ad plura flagitia progrederetur. *Freinsh.* Sed non satis liquet, an primum illud sui flagitii præmium dilapidaverit Afer, forte eo *male usus*, quod eo abuteretur, seu accingeretur *ad plura flagitia.*

[j] *Capreas se in insulam abdidit*] Immo jam Capreis erat, cum amphitheatrum Fidenis collapsum est. Suetonius. Sed dissentit Tacitus, ut sæpe alias.

Capreas] Capreæ insula Campaniæ provinciæ, et in mari Tyrrheno: hodie *Capri*, ad oram provinciæ Terræ Laboris, in regno Neapolitano; paret regi Catholico. *Tillemonius.*

[k] *Ab extremis Surrentini promontorii*] Per *extrema*, puto, denotat eam partem, quæ longissime excurrit et protenditur. Sic H. III. 47. 'In extrema Ponticæ oræ.' Quidam cur *radices* verterit, non video. Alii *extrema* neglexere, quod tamen refere-

tudinem ejus placuisse maxime crediderim, quoniam importuosum circa mare, et vix modicis navigiis pauca subsidia:[l] neque appulerit quisquam, nisi gnaro custode: cœli temperies[m] hyeme mitis, objectu montis, quo sæva ventorum arcentur: æstas in Favonium[n] obversa, et aperto circum pelago peramœna: prospectabatque pulcherrimum sinum,[o] antequam Vesuvius mons[p] ardescens faciem loci verteret.

torio, qua parte longius in mare id protenditur. Recessum Caprearum *ei arrisisse potissimum existimarim; quia pelagus proximum nullum portum habet, et vix exiguis navibus paucæ stationes; neque quisquam accesserit, nisi sciente qui observaret: temperies aëris per hyemem lenis, opposito monte, quo aspera ventorum prohibentur: æstas in Zephyrum spectans, et patenti circum æquore lætissima, et oculis obversabatur sinus amœnissimus, priusquam Vesuvius mons efflagraret, speciemque regionis*

NOTÆ

bat exprimere: cum enim Surrentinum promontorium magnum soli spatium occupet, non tam accurate situm Caprearum describit, qui *trium millium freto ab Surrentino promontorio dijunctas* dicit, quam qui simul partem ejus promontorii, versus quam sitæ sint, exprimit.

Ab extremis] Posset intelligi *ab ima parte* seu *radicibus promontorii;* sed quia forte non apparent illæ extremæ partes, utpote sub aquis occultæ, vel quia non notabiles sunt, satius est intelligi eam partem extremam promontorii, quæ sublimis aquis impendet, quæque longius in mare protenditur universim spectata.

Ab extremis] In insulam Capreas se abscondit, quam angustum mare trium milliarium spatio dividit ab Surrentino promontorio, qua parte maxime in mare prominet. *Freinsh.*

Surrentini] Surrentinum vel Minervæ promontorium Picentinorum populorum, in Campania provincia, et ad mare Tyrrhenum: hodie *Capo della Minerva* vel *Capo Campanella*, in principatu citeriore, provincia regni Neapolitani. *Tillemonius.*

[l] *Pauca subsidia*] Id est, stationes et tutiora loca, in quibus naves subsidere, et suffugium habere possent. *Lipsius.*

[m] *Cœli temperies*] Sed et aëris temperie placere potuit, quæ neque hyeme rigidior est, quia Boreæ flatus, ne in insulam penetret, interjectu montis excluditur; neque æstate nimio calore exardescit, quia is insulæ situs est, ut Favonium admittat, quo spirante cœlum mitigatur.

[n] *Favonium*] Favonius, ventus occidentalis, a Græcis Ζέφυρος dictus, hodie in Oceano vocatur *Ouest*, et in mari mediterraneo *Ponente.* Tillem.

[o] *Pulcherrimum sinum*] Certum est de *sinu terrarum*, non *maris*, hic sermonem esse: quippe maris facies incendio isto mutari non potuit: at de ea Campaniæ ora, nota res est. Sed de sinu, supra IV. 5. 'quantum ingenti terrarum sinu ambitur.' *Freinsh.*

[p] *Antequam Vesuvius mons*] Vesuvius mons Campaniæ amœnissimus, multos habet subterraneos ignis fontes: itaque sæpe conflagravit, sed maximum incendium sub Tito Vesp. quod copiose describitur a Xiphilino, tangitur a Suetonio: disertissime exponitur a Plinio minore l. VI. Epist. ubi narrat mortem avunculi sui, qui ea conflagratione absorptus est. Hodie, *Monte Somma.* Muretus.

Vesuvius] Mons Campanorum populorum: hodie *Monte di Somma*, nomen antiquum etiam retinet; est in

Græcos ea tenuisse, Capreasque[q] Telebois[1] habitatas, fama tradit. Sed tum Tiberius duodecim villarum nominibus[2r] et molibus insederat; quanto intentus olim publicas ad curas, tanto occultos in luxus et malum otium resolutus.[3] Manebat quippe suspicionum et credendi temeritas, quam Sejanus, augere etiam in urbe suetus, acrius turbabat, non jam occultis[s] adversum Agrippinam et Neronem insidiis. Quis

immutaret. Memoriæ proditum est Græcos ea loca habuisse olim, Capreasque a Thelebois possessas. Sed tum Cæsar duodecim prædiorum vocabula, et spatia amplissima occuparat; et quanto olim acrius in munia publica incubuerat, tanto secretior in libidines, et pravam inertiam effusus atque emollitus erat. Etenim restabat adhuc diffidentiæ, et nimiæ credulitatis insania, quam Sejanus intendere etiam in civitate solitus, nunc violentius exterrebat, non amplius secretis artibus adversus Agrippinam et Neronem. Quibus appositi custodes, velut in commentarios refere-

1 Ante *Thelebois:* male. Græci enim et Latini reliqui scribunt absque aspiratione. *Ryckius.*—2 Acquieveramus, cum Gronovio et Ernesto, in voce *nominibus*, ut essent villæ celebres pristinis possessoribus vel nominibus Deorum. Neque tamen absurde Bipontini reponere tentant *montibus*. B. C. II. VI. 63. *Brotier.*—3 Ita optime emendavit J. Fr. Gronovius. Perperam in libris editis, *tanto occultior in luxus, et malum otium resolutus.* Posset forte conjici, *tanto occultior in luxus, et in malum otium resolutus.* At potior est Gronoviana emendatio. *Idem.*

NOTÆ

Terra Laboris, prope Neapolim urbem, in regno Neapolitano. *Tillem.*

q *Capreasque*] Emit, sive permutavit eas cum rep. Neapolitana Imp. Augustus, traditis earum vice Pithecusis, sive, ut Suetonius appellat, Ænaria, Aug. c. 92. Notat Dio LII. in extremo, et clare Strabo l. V.

Ab hac causa ergo Capreæ in censu Cæsarum: quam Tiberius duodecim villarum nominibus insedit, ait noster. Iis villis nomina fuisse censeo duodecim Deorum ex Suetonio, qui Capreis assignat 'Villam cui nomen Jovis,' c. 65. Sed et Pharus in ea insula, usui nautis. Idem, 'Turris Phari terræ motu Capreis concidit:' quod ponit inter omina Tiberianæ mortis.

r *Duodecim villarum nominibus*] Per *nomina* villarum Tacitus intelligit immensa latifundia, quæ alibi vocat 'villarum infinita spatia:' utitur ea voce *nomina*, quoties grande quid et immensum denotat. Sic l. III. 62. ubi de civitatibus Asiaticis Asyla sua tuentibus, 'memorabantur Perpernæ, Isaurici, multaque alia imperatorum nomina:' ubi *τὸ nomina*, id est, maximi clarissimique imperatores. Sic et eod. l. III. ubi de funere Juniæ, quæ Cassii uxor: 'Viginti clarissimarum familiarum imagines antelatæ sunt, Manlii, Quintii, aliaque ejusdem nobilitatis nomina:' ubi per *nomina* intelliguntur nobilissimæ familiæ Romanorum. Sic equites Rom. vocat 'prævalida nomina,' intelligitque splendidissimos et opulentissimos equites Rom. Hinc addit Tac. 'nominibus et molibus.' De duodecim Diis merum commentum est.

s *Non jam occultis*] Ut qui jam Agrippinæ et Neroni custodes apposuisset; qui omnia illorum dicta factaque observarent sibique referrent; qui jam et palam et publice amicos

additus miles,[t] nuntios,[u] introitus, aperta, secreta, velut in annales referebat: ultroque struebantur, qui monerent perfugere ad Germaniæ exercitus,[v] vel celeberrimo fori[w] effigiem D. Augusti amplecti, populumque ac Senatum auxilio vocare. Eaque spreta ab illis, velut pararent, objiciebantur.

68. Junio Silano et Silio Nerva[1] Coss. fœdum anni principium incessit, tracto in carcerem illustri Equite Romano, Titio[2] Sabino ob amicitiam Germanici: neque enim omiserat conjugem liberosque ejus percolere, sectator domi, comes in publico, post tot clientes, unus; eoque apud bonos laudatus, et gravis iniquis.[x] Hunc Latinius Latiaris, Porcius

bant sermonum atque literarum commercia, et exitus, ingressus, manifesta, arcana; ultroque submittebantur, qui consulerent ipsis pervadere ad Germanicas legiones, vel frequentissimo fori loco, seu tempore, *complecti imaginem D. Augusti; plebisque, et patrum opem implorare. Eaque, cum illi spernerent, ipsis exprobrabantur, quasi* ipsa hæc *agitassent.*

Junio Silano et Silio Nerva Coss. turpe atque deforme initium anni fuit, conjecto in vincula illustri equite Rom. Titio Sabino, propter familiaritatem Germanici. Nec enim desierat celebrare uxorem et filios illius, assiduus domi, sectator in egressu, post tot amicos solus; ideoque apud honestos commendatus, et invisus malis. Hunc adoriuntur Latinius Latiaris, Porcius Cato, Petilius Rufus, M. Opsius, qui

1 Mallet Perizonius, *Siliano Nerva*, quod patre Silio natus, a Nerva fuerit adoptatus. De his plura, Annal. xv. 48. *Brotier.*—2 Ita quoque Plinius,

NOTÆ

clientesque illorum subverteret, opprimeret; qui jam omnia auderet in secreto Caprearum.

[t] *Quis additus miles*] Additum vere ad custodiam credas, et electos ex iis, qui fidi præcipue Sejano: sed verisimile, additos honoris specie. *Pichena.* Serio additi illi custodes palam, et sine specie honoris.

[u] *Nuntios*] Nuntios nempe quos illi undecumque accipiebant, introitus hominum a quibus invisebantur, velut in annales redigebant, et Sejano referenda annotabant.

[v] *Ad Germaniæ exercitus*] His legionibus Germanicis cari fuerunt Agrippina, et filii ejus, ob amorem Agrippæ, Drusi, Germanici, et etiam Augusti, quia ejus sanguis.

[w] *Celeberrimo fori*] Sunt quidem, quibus *celeber* et *creber* quandoque idem significare videntur: neque tamen ideo *celeberrimum fori* interpreter, tempus quo plurimi in eo mortales obversentur. Quapropter potius visum de *loci celebritate* (supra III. 9.) explicare; licet profecto illa celebritas e frequentia hominum, illis in locis agere solitorum, nascatur.

Ceterum locum, qui ibi describitur, divino fuisse Rostra: nam ea in foro fuisse Livius VII. 14. tradit: ubi collocatam esse statuam Augusti; vel inde quis colligat, quod illo ævo 'nullus locus, ad statuam quidem Rostris clarior.' *Freinsh.* Sume de tempore et loco. Tac. 'dieque et ripa frequenti.'

[x] *Gravis iniquis*] Apud bonos universim laudata constantia Sabini, at

Cato, Petitius[3] Rufus, M. Opsius, Prætura functi, aggrediuntur, cupidine Consulatus: ad quem non nisi per Sejanum aditus; neque Sejani voluntas nisi scelere[y] quærebatur. Compositum inter ipsos, ut Latiaris, qui modico usu Sabinum contingebat, strueret dolum, ceteri testes adessent: deinde accusationem inciperent. Igitur Latiaris jacere fortuitos primum sermones:[z] mox laudare constantiam, 'quod non, ut ceteri, florentis domus amicus, afflictam deseruisset:' simul honora de Germanico, Agrippinam miserans, disserebat. Et postquam Sabinus, ut sunt molles[a] in calamitate mortalium animi, effudit lacrymas, junxit questus; audentius jam onerat Sejanum, sævitiam, superbiam, spes ejus:[b] ne in Tiberium quidem[c] convicio abstinet. Iique sermones, tanquam vetita miscuissent, speciem arctæ amicitiæ facere. At jam ultro Sabinus quærere Latiarem, ventitare domum, dolores suos,[d] quasi ad fidissimum, deferre.

præturam obierant, cupiditate consularis fastigii, ad quod tantummodo per Sejanum perveniri potuit: neque Sejani favor nisi crimine parabatur. Constitutum inter ipsos, ut Latiaris qui aliqua consuetudine Sabini utebatur, pararet insidias; alii testes assisterent: postea delationem ordirentur. Itaque Latiaris initio, veluti *fortuito casu emittere verba* aliqua; *dein extollere firmitudinem et fidem* illius; quod non, ut reliqui, stantis et incolumis familiæ amicus, perculsam reliquisset: *simul decora de Germanico, Agrippinam deflens memorabat. At ubi Sabinus, ut sunt teneræ in adversis hominum mentes, indulsit fletibus, adjecit questus; promtius jam invehitur in Sejanum, crudelitatem, impotentiam, cupiditatem ejus; ne in Cæsarem quidem probris temperat; eaque colloquia quasi prohibita sociassent* invicem, jam *speciem præbebant* velut *intimæ familiaritatis. Ac jam Sabinus sponte adire Latiarem, celebrare Penates* illius, *mærorem suum velut in amici fidelissimi sinu deponere.*

viii. 40. in emendatissima Harduini editione.—3 Ita editiones veteres. Lipsius et recentiores, *Petilius*. At cum in antiquis inscriptionibus apud Gruterum memorentur *Petitius*, *Peticius Rufus*, nihil mutandum. *Brotier.*

NOTÆ

gravis ille invisusque iis, qui domui Germanici iniqui adversique erant.

[y] *Nisi scelere*] Neque ad Sejani gratiam aditus dabatur, nisi per scelera aut ministeria ad juvandos nefarios illius conatus idonea.

[z] *Fortuitos primum sermones*] Primo quidem, promiscuos sermones, quales in ejusmodi congressibus fortuito oriri solent, protulit; dein paulatim flexit ad constantiam Sabini.

[a] *Ut sunt molles*] Ut teneri sunt in calamitate et proclives ad lacrymas mortalium animi, flere cœpit, et eadem quæ Latiaris queri, &c.

[b] *Spes ejus*] Quibus nempe imperium sibi destinaret.

[c] *Ne in Tiberium quidem*] Præcipue, quod oppressa Germanici stirpe, Sejanum tantopere extolleret.

[d] *Dolores suos*] Maxime si quid eorum, quæ contra patronos suos strui

69. Consultant, quos memoravi, quonam modo ea plurium auditu acciperentur: nam loco, in quem coibatur, servanda solitudinis facies: et, si pone fores[e] assisterent, metui visus, sonitus, aut forte ortæ suspiciones erant.[1] [f] Tectum inter et laquearia[g] tres Senatores, haud minus turpi latebra, quam detestanda fraude, sese abstrudunt; foraminibus et rimis aurem admovent. Interea Latiaris repertum in publico Sabinum, velut recens cognita narraturus, domum et in cubiculum trahit; præteritaque et instantia, quorum affatim

Deliberant ii, *quos dixi, quonam pacto ea a pluribus audirentur. Quippe cubiculo, quo conveniebatur, retinenda species, quasi remoti arbitri et testes omnes essent: et si post januam astarent* homines, *metuendi locus fuit, ne viderentur illi, aut murmur ederent, vel casu* aliquo alio *suspicio* fraudis *inoriretur. Tres senatores sese occultant inter tectum et laquearia, perinde fœdo latibulo, quam abominando flagitio sese abscondunt, foraminibus et rimis aures accommodant. Interim Latiaris obvium in itinere Sabinum in ædes, et cubiculum ducit, quasi nuper audita ipsi relaturus; veteraque, et imminentia mala quæ plurima affluebant, novosque pavores*

1 *Suspiciones*, Rhenanus et recentiores. In Ms. Flor. et veteribus editionibus, *ortæ suspiciones erant.* Mallet Ernestus, *metu* vel *metui visus, sonitus, aut forte ortæ suspiciones erant.* Melius Rhenanus. *Brotier.*

NOTÆ

videbat, eum dolore afficeret.

[e] *Si pone fores*] Nam loco, in quo colloqui solebant, solitudinis facies atque forma ita relinquenda erat, ut nihil eo inferri ibique collocari deberet, in quo aut pone quod absconderentur; neque post fores astare consultum arbitrabantur, quia facile evenire posset, ut aliqua parte conspicerentur, aut quanquam levi strepitu edito audirentur.

[f] *Ortæ suspiciones erant*] Hoc est, ut ego capio, quæ fortuito quodam casu possent subito oriri. Nec enim ullam jam tum suspicionem in Sabino ortam autumabant; sed hoc metuebant, posse aliquam oriri inter ipsum cum Latiare colloquium: non ut huic diffideret, sed ut metueret, ne quis forte astans foribus aucupareture eorum sermones. *Freinsh.*

Forte ortæ suspiciones] Vel etiam ne Sabino, ut sunt in secretis tanti momenti aperiendis solicitæ hominum mentes, incideret suspicio, ne quis pone fores occultaretur.

[g] *Tectum inter et laquearia*] Exemplum ab Ephoris esse, moneo juventutem, Pausaniam Spartæ regem, cum ad Ephoros detulisset Argilius quidam proditionis, et occultæ cum Rege societatis, eamque in rem literas ejus ostendisset: ut tamen ipsi coram ea audirent, cognoscerentque, commenti fraudem sunt, ut in templum perfugeret Argilius, quasi ad aram: ubi Pausaniæ in os hæc exprobraret, apud conscium non negaturo: Ephori autem in occulto laterent, duplici quodam tabulato disclusi. *Lipsius.*

Tectum inter et laquearia] Cicero Topicis: 'Multi etiam in res odiosas imprudentes inciderunt; ut Staterio nuper accidit, qui ea locutus est, bonis viris subauscultantibus, pariete

copia, ac novos terrores[h] cumulat. Eadem ille et diutius, quanto[2] mœsta, ubi semel prorupere,[i] difficilius reticentur. Properata inde accusatio, missisque ad Cæsarem literis, ordinem fraudis, suumque ipsi dedecus narravere. Non alias magis anxia et pavens civitas, egens adversum proximos:[j] congressus, colloquia, notæ ignotæque aures vitari: etiam muta atque inanima, tectum et parietes circumspectabantur.

70. Sed Cæsar, solennia incipientis anni,[k] Kal. Januariis,[1]

ingerit. Eadem Sabinus profert, quæ Latiaris, *et longius, quanto tristia, ubi semel se effudere, difficilius cohibentur. Exin accelerata delatio, compositisque ad Tiberium epistolis, seriem doli, suumque ipsi flagitium nuntiavere. Nunquam alias magis inquies et pavida civitas, tegere se contra propinquos*, et domesticos; *cœtus, sermones, cognitæ incognitæque aures declinari* cœperunt; *etiam voce et spiritu carentia, laquearia, murique circumlustrabantur.*

Sed Tiberius literarum initio solennia ineuntis anni fausta ominatus, flexit in Sa-

—2 Sic editiones veteres et recentiores. In intermediis, *quando*. Ms. Flor. corrupte, *qaranto*. Brotier.

1 Beroaldus et veteres, *Kal. Januarias*. Ms. Flor. *Januarius*. Vere recentiores, *Kalendis Januariis*. Kalendæ Januariæ apud Romanos, ut apud nos, erant mutuis salutationum officiis celebres. 'Primum,' inquit Plinius, XXVIII. 2. 'anni incipientis diem lætis precationibus invicem faustum ominamur.' Jano quoque litabant, 'Auspiciis epulisque sacris,' teste Prudentio contra Symmach. I. 238. *Brotier.*

NOTÆ

interposito; quibus patefactis in judiciumque prolatis, rei capitalis damnatus est.'

[h] *Novos terrores*] Novos quoque metus, de quibus nunquam inter se contulerant, cumulate refert, quo magis illius odium iramque incenderet, irritaretque ad nova convicia ex novis doloribus; quod et evenit. Nam ille fraudis ignarus, de atrocitate temporum prolixius etiam diutiusque disseruit.

[i] *Ubi semel prorupere*] Sicuti fieri solet, postquam semel homines afflicti dolores suos erumpere passi sunt, eorum commemoratione vix satiari, nec quicquam quod eo pertineat, indictum silere jam possunt.

[j] *Egens adversum proximos*] Literula addita restituo: *tegens*. Dictio similis in Cicerone, pro Roscio, 'Tecti esse ad alienos possumus; socium vero fallere qui possumus?' *Lipsius.* In veteribus libris, *egens;* reposui *tegens* ductus auctoritate Lipsii et sententia Taciti. Alii aliter *se tegens*, *satagens*. Alii *egit*, *egerat;* alii *tegere se;* omnes eodem fere sensu. *Tillemonius.*

[k] *Solennia incipientis anni*] Nempe *precatus*, sententia ista: ut sacra auspiciaque ejus diei prima epistola veneratus Cæsar sit. Ita supra legi: 'Sed principio literarum veneratus *Deos*.' Sane dies ille, si quis alius, religiosus in vulgus. Plinius: 'Primum incipientis anni diem lætis precationibus invicem faustum ominamur.'

Templa aperiebant, vota concipie-

epistola precatus, vertit in Sabinum, 'corruptos quosdam libertorum, et petitum se,'[l] arguens, ultionemque haud obscure poscebat: nec mora, quin decerneretur: et trahebatur damnatus: quantum, obducta veste[m] et astrictis faucibus,[n] niti poterat, clamitans, 'sic inchoari annum, has Sejano

binum, nonnullos libertorum pellectos et solicitatos, sibique structas insidias *incusans; vindictamque haud occulte flagitabat: nec dubitatum, quin statueretur; et rapiebatur reus, exclamans quantum contendere poterat* ille *capite obvoluto et obtorta gula;* sic annum incipi, has Sejano hostias mactari: *quocumque*

NOTÆ

bant pro sua quisque publicaque salute. Prudentius: 'Jano etiam celebri de mense litatur Auspiciis epulisque sacris: quas inveterato, Heu miseri, sub honore agitant, et gaudia ducunt Festa Kalendarum.' Vide et Ovidium in Fastis. Sed et ludi tum in palatio. Julianus in Misopog. 'Arceo me a theatris præ inscitia seu rusticitate, neque intra aulam admitto, extra incipientis anni tempus.'

At de stipe strenisque, quæ est ratio? cum adeo aversatus eum morem Tiberius sit, (homo alias abhorrens omnes ejusmodi vitæ amœnitates) ut plerumque extra urbem Kalendis ipsis egerit, ne admitteret strenas. Clare Dio: 'Propterea Kalendis Jan. sæpe degebat extra urbem, ne homines qui tum circa novos magistratus, et festo vacabant, interpellaret, et ne pecuniam ab illis acciperet. Neque Augustum in ea re laudabat; propter multam importunitatem, quæ exinde oriebatur, et etiam ob nimiam impensam in strenarum redditionem.' *Lipsius.*

Solennia incipientis anni Kal. Januar., &c.] In veteribus libris, opinor, hæc non diserte perscripta, sed initialibus tantum literis indicata sunt, quæ res auctori fraudi fuit; sensus enim postulat legi *Kalend. Januariis.* Designat enim tempus, quo res ea gesta fuerit: quomodo in illis Suet. Calig. 42. 'Stetitque in vestibulo ædium Kalend. Januariis.' Τὸ *precandi* plerique pro rogare acceperunt, tanquam senatus rogaretur: cum tamen nihil significet nisi votum a Diis expetitum. Supra. IV. 3. 'Integram illi sobolem, ac superstitem iniquorum precarentur.' *Freinsh.*

Solennia] Cum missa epistola ad Patres, omnia fausta lætaque sibi et imperio, pro consueto more, precatus esset.

[l] *Petitum se*] Incusavit eum, quasi corruptis libertis cædem principi machinatus esset.

[m] *Obducta veste*] Cicero pro Rabirio: 'Carnifex ferox, et obductio capitis.' In veteri declamat. 'Non oculis judicassetis; nec continuo strictis faucibus rapiendus ad supplicium veneficus videretur.' Ammian. princip. l. XIV. 'Formula missa lethali, homo crimine nullo contactus idem Clematius, nec hiscere nec loqui permissus, occideretur.'

[n] *Astrictis faucibus*] Ut obvolutam capiti vestem largiar, non etiam gulæ eadem obvolvi aut potuit commode, aut opus fuit: cum longe esset facilius, veste, qualis gestari solebat, ad collum prehensa, gulam et fauces premere et angere, iisque astrictis urgere et trahere.

Sic enim bene interpretantur hæc verba, 'Rupere obtorto collo,' ad Plauti Pœnulum III. 5. 45. Florus III. 27. 'Sed apprehensum faucibus via-

victimas[o] cadere:' quo intendisset oculos, quo verba[p] acciderent, fuga, vastitas:[q] deseri itinera, fora: et quidam regrediebantur, ostentabantque se rursum, id ipsum paventes, quod timuissent.[r] 'Quem enim diem[s] vacuum pœna, ubi inter sacra et vota,[t] quo tempore verbis etiam profanis ab-

vertisset oculos, quo voces contingerent, fuga, solitudo: relinquebantur viæ, plateæ; et nonnulli revertebantur, iterumque se exhibebant, idipsum metuentes, quod expavissent. Quem enim diem cessantem a supplicio, cum inter sacrificia et supplicationes, qua tempestate verbis etiam parum religiosis temperari mos fue-

NOTÆ

tor non ante dimisit, quam sanguis in aures et oculos redundaret:' ubi et alia quædam notavimus. *Freinsh.*

[o] *Victimas*] Sic innuebat non jam more patrio Diis immolari, pro felici rerum auspicio, sed Sejano victimas cædi: non boves aut pecora, sicut Diis solitum, sed cives equitesque Rom.

[p] *Quo verba*] In tanta delatorum pravitate quilibet sibi metuebat, ne si vel eum intueretur, vel auscultaret, pro complice aut fautore ejus, inimicoque Cæsaris corriperetur; tanto pavore, ut passim fora et itinera, quibus reus ducebatur, desererentur, vastitatemque et solitudinem exhiberent.

[q] *Fuga, vastitas*] Auctor vitæ Lucani: 'Adeo ut quondam in latrinis publicis clariore strepitu ventris emisso, hemistichium Neronianum, maxima consessorum fuga, pronuntiarit: Sub terris tonuisse putes.'

[r] *Quod timuissent*] Primo metuerant, ne conspicerent reum, aut ab ipso conspicerentur: ne ad se vocem intenderet, ne sic in partem criminis et pœnæ vel inviti traherentur. Sed postea conscientiæ suæ fidentes, rursus se ostendebant et jam metuebant, quasi criminis conscientia aliqua primum formidassent.

Nempe putabant posse eum metum, licet innocentem, trahi a malevolis in crimen, aut argumentum male sibi consciæ mentis, atque exinde sibi periculum forte creari posse sibi persuadebant.

[s] *Quem enim diem*] Non sunt hæc Sabini verba, sed cogitationes hominum: licet plerique, nec non ipse Lipsius, contra putaverint. Sed primo si sic esset, Tacitus Sabini verba, tam importuna parenthesi non diremisset: deinde non est consentaneum, hominem eo habitu quo Sabinus describitur, tantum verborum fundere potuisse. *Freinsh.*

Quem enim diem] Ex eo quod viderent homines tam sævum spectaculum et festo die, ex eo quod et sibi timerent ex tam perverso exemplo, orti illi sermones spectantium, aut ficti ex ingenio vulgi in historiæ decus, quæ affectus mortalium sola ad verum exprimit.

[t] *Ubi inter sacra et vota*] Nihil enim triste publice privatimque primo illo die patrabant: nedum ut punirent. Plutarchus in Mario: 'Progressusque Marius Kalendis ipsis Januariis, initio anni, Sextum quendam Licinium de saxo jecit: quod et illis et urbi impendentium malorum maximum visum præsagium.'

Nec mirum si Romani diem illum eximium habuerint a pœna: quippe qui omnes dies festos. Seneca pater l. v. controversia 4. 'Accusatus est a fratre parricidii, et damnatus. Diebus festis intercedentibus, pœna

stineri mos esset, vincla et laqueus inducantur? non prudentem[2] Tiberium[u] tantam invidiam adiisse: quæsitum[v] meditatumque, ne quid impedire credatur, quo minus novi magistratus, quo modo delubra et altaria, sic carcerem recludant.' Secutæ insuper literæ, grates agentis, 'quod hominem infensum Reipubl. punivissent:' adjecto, 'trepidam sibi vitam, suspectas inimicorum insidias,' nullo nominatim compellato: neque tamen dubitabatur, in Neronem et Agrippinam intendi.

71. Ni mihi destinatum foret, suum quæque in annum referre, avebat animus anteire, statimque memorare exitus,

rit, carcer et laqueus ostententur? Haud per socordiam neque inscium Tiberium tantam offensionem aut odium civium subivisse: structum hoc compositumque, ne quid prohibere videatur, quin novi consules, ut templa, et aras, sic carcerem aperiant. *Missæ præterea epistolæ* Tiberii *gratiam referentis*, quod virum Reip. infestum pœna affecissent: *addito* pavidam sibi vitam, infensorum hominum fraudes metuere, *nullius nomine prolato: neque tamen incertum erat designari Neronem et Agrippinam.*

Nisi mihi propositum foret suo quæque tempore memorare, incessebat me cupido præcipiendi res, statimque referendi exitus, quos Latinius atque Opsius, aliique

2 *Non imprudentem*, Lipsius et recentiores, præter Jac. Gronovium, qui ex Ms. Flor. codice, quem per fas et nefas pro more suo defendit, retinet, *non prudentem.* Brotier. Brotierus igitur habet *non imprudentem.*

NOTÆ

ex lege dilata est.' Suetonius de Tiberii sævitia: 'Nullus a pœna hominum cessavit dies, ne religiosus quidem et sacer.' Philo Jud. contra Flac. 'Bonis et bene administrantibus Præsidibus mos est, in neminem damnatum animadvertere, donec solennes celebritates natalitiique dies Augustorum præterierint.'

Sic Athenis de Socrate Xenophon: 'Quippe necesse ipsi fuit triginta post judicium diebus vivere, quia Delia (festa) illo mense celebrata; et lex fuit qua nefas erat quenquam publice interfici, donec Theoria (sacra navis) ex Delo rediisset.'

[u] *Non imprudentem Tiberium*] Sensus est, non temere aut incogitanter, facinus tam odiosum et subjectum sermonibus perpetrasse Cæsarem, sed certo meditatoque consilio, ut omnibus pateret, nisi quis, non crimine modo in eum, verum etiam suspicione vacaret, non effugiturum esse pœnam, neque adeo minimas inducias habiturum, etiamsi sanctissimi dies intervenirent. *Freinsh.*

[v] *Quæsitum*] Quæsitum forte meditatumque id consilium Tiberio duplici de causa; nempe, ut omnibus pateret, nisi quis non crimine modo, verum etiam suspicionibus erga Cæsarem vacaret, vix pœnam effugiturum, et etiam vel sanctissimis diebus reos majestatis nullo dato spatio pœna afficiendos.

quos Latinius atque Opsius,[w] ceterique flagitii ejus repertores, habuere, non modo postquam C. Cæsar[x] rerum potitus est, sed incolumi Tiberio: qui scelerum ministros, ut perverti ab aliis[y] nolebat, ita plerumque satiatus, et oblatis in eandem operam recentibus, veteres et prægraves afflixit: verum has atque alias sontium pœnas, in tempore trademus. Tum censuit Asinius Gallus, cujus liberorum Agrippina matertera erat,[z] 'petendum a Principe, ut metus suos[a] Se-

istius sceleris inventores, nacti ac sortiti sunt, non solum postquam Caligula principatum adeptus est, sed etiam imperante ipso *Tiberio; qui flagitiorum satellites, ut opprimi ab aliis non sinebat, sic sæpe usque ad satietatem eos perosus, et se proferentibus in idem scelus novis* ministris, *priscos et importunos subvertit. Sed hæc et alia reorum supplicia loco suo memorabimus. Tum disseruit Asinius Gallus, cujus filii Agrippinam materteram ferebant,* postulandum a Cæsare, ut pavores

NOTÆ

[w] *Latinius atque Opsius*] De Opsio in his libris nihil: de Latinio habes libro VI. *Lipsius.*

[x] *C. Cæsar*] Qui Caligulæ cognomen habuit: is frater Neronis, Drusique et Agrippinæ filius, suas et suorum injurias haud dubie vindicavit in scelerata hæc capita.

[y] *Perverti ab aliis*] Flagitiorum instrumenta ab aliis subverti non patiebatur, sed ipsemet, postquam satietas eorum obrepsisset, eos in exitium affligebat, ministros scelerum, ut fieri solet, ipse exhorrens, veteribus oppressis, recentes alios scenam illam malorum ingredi, et novas scelerum tragœdias excitare ultro compellebat, etiam clarissimos Patrum et nobilissimos; quod pudendum.

Ab aliis perverti] Tac. VI. 30. 'Ac tamen accusatores, si facultas incideret, pœnis afficiebantur: ut Servilius Corneliusque, perdito Scauro famosi,' &c.

Ab aliis] Ne intelligas, quasi nollet delatores ab aliis delatoribus perverti, sed quia nollet delatores illos, seu ministros facinorum, a bonis et honestis opprimi, neque etiam a malis, nisi quando et quatenus ipse vellet.

[z] *Agrippina matertera erat*] Nimirum quia Vipsania uxor Asinii, consanguinea Agrippinæ soror: id est, eodem patre Vipsanio natæ ambæ, diversa matre.

Agrippina] Agrippina hæc et Vipsania sorores, ambæ natæ ex eodem patre M. Agrippa, sed diversis matribus; Vipsania ex Pomponia filia Pomponii Attici genita, Agrippina ex Julia Augusti filia.

Matertera] Asinius Gallus duxerat Vipsaniam Agrippinam, filiam M. Agrippæ, postquam discesserat a Tiberii matrimonio, jussu Augusti; sic ea soror fuit Agrippinæ Germanici, et ex Vipsania illa ipse Gallus liberos susceperat, quorum sic matertera fuit Agrippina, de qua hic.

[a] *Ut metus suos*] Censuit ut princeps fateretur senatui, quem suspectum haberet, eumque e medio tolli pateretur. *Freinsh.*

Puto, non est ea mens Taciti, aut Galli. Voluit rogari principem, ut suos metus Patribus aperire vellet, sineretque tales suspiciones demi diluique. Nam qui metuitur, non statim reus receptus est, sed licet amovere et diluere talia suspicionum

natui fateretur, amoverique sineret.'[b] Nullam æque Tiberius, ut rebatur,[c] ex virtutibus suis,[d] quam dissimulationem diligebat: eo ægrius accepit, recludi, quæ premeret:[e] sed mitigavit[f] Sejanus, non Galli amore, verum ut cunctationes Principis[g] opperiretur: gnarus, lentum in meditando,[h] ubi

suos patribus aperiret, et hos auferri sibi pateretur. *Nullam perinde Tiberius, ut existimabat, ex virtutibus suis, ac simulandi artem fovebat: eo magis ægre tulit ea perrumpi quæ reconderet. Sed placavit* illum *Sejanus, non Asinii studio, sed ut lentæ cogitationes Tiberii recluderentur; haud inscius tardum in consultando,* sed

NOTÆ

inania, quæ sæpe ab inimicis struuntur, non probantur.

[b] *Amoverique sineret*] Vertit interpres Gall. *Ut sineret eos abscedere:* quasi vero suspectos sibi filios Germanici, aut etiam patricios vel modicos abscedere in provincias *sineret!* potius ablegari et claudi insulis seu scopulis vellet. Sensus est, *ut auferri metus suos sineret.*

[c] *Ut rebatur*] Ad sequentia refer. Putabat hanc virtutem esse, non erat. *Lips.*

[d] *Ex virtutibus suis*] Offenderat ea sententia Galli Tiberium, quia enim inter virtutes suas, quas ipse suo judicio habebat pro talibus, dissimulationem primo et præcipuo loco diligebat, eo ferebat ægrius quenquam scire velle, quid ipse silentio tegeret.

[e] *Recludi, quæ premeret*] Premebat tegebatque animo, qui essent illi inimici et quæ insidiæ; at Gallus Asinius censuit ferocius *petendum a principe, &c.* sicque imprudenter aperuit se intelligere quæ premere silentio vellet Tiberius, nempe non esse sibi alios inimicos, quam Agrippinam et Neronem.

Hoc non aperte dicebat Gallus, sed satis colligebatur eum intellexisse et reclusisse mentem Tiberii, cum ad se, ut propinquum Agrippinæ et filiorum, hæc injuria metus et suspicionum principis pertinere sic ostenderet. Cur enim talia censeret in senatu, nisi ad ipsum et ad suos tales suspiciones et metus spectarent?

[f] *Sed mitigavit*] Verum lenivit iram ejus Sejanus, non quia Gallo bene vellet, sed odio Neronis et Agrippinæ cupiebat cunctatoris senis meditata in eos odia tandem erumpere. *Freinsh.*

[g] *Cunctationes principis*] Explico: Sejanum mitigasse Tiberium, quia non nolebat frigus et lentitudinem illam excitari, ac cogitationes ejus produci: ut denique voti sui compos fieret, duobus illis afflictis: quod prævidebat fore, ut Tiberius occultam adhuc iram promeret, et atroce facto ostenderet, cum non ultra lateret. Et sane ita evenit, statimque initio anni proximi duo illi (Agrippina et Nero) accusati et damnati.

An quis etiam *operirentur* mallet? Tum esset, mitigasse ideo Sejanum, quia nondum maturum videbatur sensus Principis aperiri, excusavitque Asinium ejus dicti: ut scilicet majus odium mora conciperet, et denique tristibus factis efferret. *Lips.*

Ut cunctationes principis aperirentur] Nimirum, ut is simultates evomeret adversus Germanici domum, quas ad id temporis pressas, et clausas continuisset; cui rei Sejanus jam diu studebat: nam ejusmodi odia non recens, sed ante decennium cœperant.

Inhians itaque perversioni dictorum, et impatiens moræ, animadver-

prorupisset, tristibus dictis[i] atrocia facta conjungere. Per

postquam erupisset, adjicere ipsum atrocibus verbis immania facinora. Eadem

NOTÆ

tit ex his Tiberii verbis, 'trepidam sibi vitam, suspectas inimicorum fraudes,' eum jamjam probatas offensas depromturum, Asinioque favet, qui ad suum votum verba fecerat et subdole dat operam, ut pœnæ diu dilatæ repræsententur, 'gnarus, lentum in meditando, ubi prorupisset, tristibus dictis atrocia facta conjungere.' *Salinerius.*

Quicquid occinant, verum censeo, *opperiretur.* Hoc est, ut subserviret ingenio principis, et specie clementiam suadentis, daret ei occasionem cunctandi, differendique Gallum in maturius odium; sciens illum gaudere mora et quodam tractu consiliorum; postquam decresset, non pœnitere, sed a verbis immitibus ad sæva supplicia procedere.

Sustinebat igitur ad tempus, donec major et accumulata offensio uno impetu Gallum prosterneret. Sed et supererat Julia Augusta, cujus ambo, ad exerendum omne odium in domum Germanici, mortem avide expectabant. *Gronov.*

Aperirentur] Mitigando iram Tiberii, sic illi obstabat, velut obex torrenti oppositus, qui quo magis arctatur, eo fortius prorumpit; et sic voti se compotem faciebat Sejanus, ita ut sic *aperirentur cunctationes* Tiberii, qui notus soli Sejano, ceteris abstrusus: sicque callidus minister placando aut placare simulando iram illius, sensa ejus expiscabatur, accendebatque ut erumperet.

Qui legunt *aperirentur* et qui *opperiretur*, non dissentiunt, nisi quoad tempus: qui legunt *aperirentur*, censent voluisse Sejanum, ut tandem aliquando et cito promeretur sævitia illius adversus Agrippinam et filios. Alii expectare voluisse Sejanum illas cunctationes principis, ut suo tempore maturæ et adultæ, ut in 'ingenio revolvente iras' atrocius tandem erumperent. Mens Sejani fuit lenire iram Tiberii ut *aperirentur* odia ejus ultro, sponte et suo tempore, *gnarus, lentum, &c.*

Aperirentur] Legunt *aperirentur*, *operirentur*, *opperiretur*, et differunt tantum de tempore, quo debuerant *aperiri*, *operiri*, aut *expectari:* secundum magis et minus. Si operiuntur cunctationes Tiberii, si eas opperitur et expectat Sejanus, ut suo tempore erumpant, ea sententia non valde differt ab alia, qua volunt ut aperiantur vel statim, vel tandem eo sensu quo diximus.

Et standum nostræ regulæ, qua contendimus, perpetuo acquiescendum esse autographo nostro unico, quoties elici potest sensus commodus; alioquin ex auctore nostro facies novum aliquod pro libito tuo portentum.

[h] *Gnarus, lentum in meditando*] Suetonius de eodem Tiberio. c. 57. 'Sæva ac lenta natura ne in puero quidem latuit:' et c. 21. refert Augusti morientis vocem de Tiberio: 'miserum populum Romanum, qui sub tam lentis maxillis erit.' Cic. de Orat. l. II. 'Neque enim facile est perficere, ut irascatur cui tu velis judex, si tu ipse id lente ferre videaris.'

[i] *Tristibus dictis*] Probe noverat naturam illius, quod offensas diu volvere et coquere animo soleret, neque prius verbis aperire mentem suam, quam omnia ad opprimendum quem odisset, metuissetve, parata haberet.

idem tempus Julia[j] mortem obiit, quam neptem Augustus, convictam adulterii, damnaverat, projeceratque in insulam Trimerum,[1] [k] haud procul Apulis littoribus. Illic viginti annis exilium toleravit, Augustæ ope sustentata: quæ, florentes privignos[l] cum per occultum subvertisset, misericordiam erga afflictos palam ostentabat.

72. Eodem anno Frisii, transrhenanus populus, pacem exuere; nostra magis avaritia, quam obsequii impatientes. Tributum iis Drusus jusserat modicum, pro angustia rerum, 'ut in usus militares,[m] coria boum penderent:' non intenta cujusquam cura, quæ firmitudo, quæ mensura; donec Olen-

tempestate Julia extincta est, quam neptem suam Augustus compertam stupri damnaverat, amoveratque in insulam Trimetum, haud procul Apuliæ oris. Illic viginti per annos exilium tulit, Liviæ largitione vitam tolerans, quæ vigentes privignos privignasque, *cum dolo afflixisset, miserationem erga oppressos publice jactabat.*

Eodem anno Frisii, transrhenana gens, otium turbavere, magis nostra cupiditate, quam fidei intolerantes. Drusus modicum his vectigal imposuerat, pro tenui rerum facultate, ut pelles boum solverent in necessitatem militum: *haud acri cujusquam diligentia, quæ vis, quæ amplitudo foret; donec Olennius quondam primipili*

1 Ms. Flor. et libri editi, *Trimerum.* Freinshemius, *Tremetum.* Brotierus cum Ryckio et Homero habent *Trimetum.*

NOTÆ

j *Julia*] Juliæ filia, quæ nupta Æmilio Paulo. Scholiastes Juvenalis in Sat. VI. 'ab avo relegatam' scribit.

k *In insulam Trimetum*] Unam ex quinque Diomedeis. *Muretus.* Nostra editio, *Tremetum.* Ital. *Tremiti,* Leandro in descriptione Italiæ, *Trimiti;* quod utrumque nomen ad nostram scripturam propius accedit. *Freinsh.*

Trimetum] Trimetus vel Trimerus insula maris Hadriatici; nunc *S. Maria di Tremiti* ante montem Garganum et Apuliæ Dauniæ vicina.

l *Privignos*] Intellige Julias, quarum altera filia Augusti, altera neptis, eodem fato et crimine afflictas. Intellige Caium et Lucium Cæsares, et etiam Agrippam Postumum, qui vel ferro, vel veneno, Liviæ artibus interemti.

Et hi nepotes naturales Augusti ex Julia filia et M. Agrippa geniti, et filii Augusti per adoptionem: hinc *privigni,* id est, filii mariti seu Augusti appellantur respectu Liviæ, quæ novercali odio illos subvertebat, ut filio daret imperium.

m *In usus militares*] Nempe ad scuta, ad tentoria militum, etiam ad machinarum paratum. Simile tributum in Bosphoro, tempore Græcanicorum Imperatorum, pensum, Cedrenus docet, et appellat τὰς συντελείας τῶν βοῶν, 'Contributiones boum.' Et inde Bosphorum appellatum, quod non satis verum puto. Lego et *equos datos a Dalmatis,* in tributo: idque medio et inferiore ævo. *Lipsius.*

In usus militares] Nempe ad scuta, tentoria, calceos, et alia similia.

nius, e primipilaribus, regendis Frisiis impositus, 'terga urorum'[n] delegit, quorum ad formam acciperentur. Id aliis quoque nationibus arduum, apud Germanos difficilius tolerabatur, quis ingentium belluarum feraces saltus, modica domi armenta[o] sunt. Ac primo boves ipsos, mox agros, postremo corpora conjugum aut liberorum, servitio tradebant.[p] Hinc ira et questus: et, postquam non subveniebat,[1] remedium ex bello: rapti, qui tributo aderant, milites et patibulo affixi. Olennius infensos fuga prævenit, receptus

centurio regioni Frisiorum præfectus, coria urorum selegit, quorum ad mensuram probarentur. Id aliis etiam populis difficile, apud Germanos ægrius ferebatur, quibus immanium ferarum fœcundæ sylvæ sunt, sed exiguos et improceros domi boves habent. Atque initio servituti mancipabant ipsa armenta, dein terras, demum personas uxorum, aut filiorum. Hinc dolor iraque et questus: et quia non succurrebatur, subsidium ex armis; tracti abreptique qui vectigalis exactores aderant milites, et in crimen acti. Olennius infestos fuga prævertit, defensus arce, quam Flevum

1 Ita Ms. Flor. Beroaldus, veteres plurimi, Gronovius et Ernestus. Minutianus vero, Lipsius et recentiores nonnulli, *subveniebatur*. Nihil mutandum, tum ob veterum librorum auctoritatem, tum ex sententia Petavii, qui ita scribit. Lipsius corrigit vel *subveniebatur*, vel *nemo subveniebat*. Ego, *subveniebat*, retineo, ut questus subaudiatur. *Brotier.*

NOTÆ

n *Terga urorum*] *Uri* non sunt ii, quos Æmilius suspicatur ab Italis *Bufalos* dici, sed *boves agrestes*, exceptis elephantis, ceteris animalibus majores; quos in Germania nasci Solinus auctor est, eorum Cæsar VI. Comment. Gallici belli meminit. Virg. quoque Georg. l. II. 'Sylvestres uri assidue, capreæque sequaces.' *Vertranius.*

Urorum] Tergora illa utilia partui, mulieris femori alligata; etiam retinent infantem in utero gestantis, si collo mulieris apponantur.

o *Modica domi armenta*] Aliter est nostro ævo, et eminent. *Lipsius.*

Modica armenta] De magnitudine boum capiam: ut *modica* vocet, quæ Ger. 5. verbo antiqui Catonis, *improcera*. Sed interpretes acceperunt de numero. Verum sententia loci evidens est; cum de mensura et firmitate coriorum agatur, non de multitudine. Afferturque duplex argumentum, cur non potuerint præstare Germani, quod exigebatur: quia scilicet uros in sylvis habebant maximos, contra domi boves improceros. *Freinsh.*

Modica domi armenta] Id est, parva; boves enim improceri eo ævo his locis, teste ipso Tac. lib. de Germ. Mor. 5. 'Germania pecorum fœcunda, sed plerumque improcera, ne armentis quidem suus honor aut gloria frontis; numero gaudent, eæque solæ et gratissimæ opes sunt.' Et legati nostri referunt visas sibi nuper in Moscovia boves, quibus etiam tale decus frontis natura negavit.

p *Servitio tradebant*] Ipsis exactoribus et forte mercatoribus Rom. vel aliis etiam, qui pecunias ipsis suppeditarent ad emenda coria valida grandiaque, et pro forma quæ exigebatur.

castello, cui nomen *Flevum*:[q] et haud spernenda illic civium sociorumque manus littora Oceani præsidebat.

73. Quod ubi L. Apronio inferioris Germaniæ Proprætori[r] cognitum, vexilla legionum[s] e superiore provincia,[t] peditumque et equitum auxiliarium delectos, accivit: ac simul utrumque exercitum[u] Rheno devectum, Frisiis intulit;

vocant, et haud mediocre illic Romanorum auxiliariumque præsidium oras maris propugnabat.

Quod postquam compertum fuit, L. Apronio inferioris Germaniæ legato, e superiore provincia accersivit vexillarios legionum, peditesque et equites sociorum validissimos: eodemque tempore duos simul exercitus Rheno delatos Frisiis invexit; jamque

NOTÆ

[q] *Flevum*] Castellum insulæ Frisiorum minorum in parte occidentali et septentrionali Germaniæ: hodie forsan *Ostende*, villa insulæ *Vlelandt*, prope comitatus Hollandiæ partem septentrionalem, in Belgio Fœderato, seu Provinciis Unitis. Ex chartis Sansonis. *Tillemonius.*

Flevum] In Frisia nunc vocatur *Vollenhobe*, vel ut alii volunt *Flodorp*, circa ostium *de Groningendres.*

[r] *Inferioris Germaniæ proprætori*] Proprætoris nomen, sed longe aliter accipi debere Dio nos docet l. LIII. Post divisionem nimirum provinciarum, eos quidem qui in publicas mitterentur ἀνθυπάτους καλεῖσθαι, *proconsules* esse vocatos; qui vero in Cæsaris, ἀντιστρατήγους, *proprætores:* quacumque tandem dignitate fuissent electi. Prolixe et accurate hæc exponit Savil. ad H. I. 8. *Freinsh.*

Proprætori] Cur proprætori? forte quia nullus tum prætor seu legatus, qui summæ rerum in Germania, et utrique provinciæ superiori et inferiori præesset, sed tantum duo legati, vel sublegati (si sic dicere fas sit) quorum unus superiori, alter inferiori Germaniæ et legionibus ibi præsidium agitantibus præesset.

[s] *Vexilla legionum*] Vexilla hæc sunt vexillarii legionum, quæ in superiori Germania præsidium agitabant; ferebantque hi vexillarii nomen et famam legionum a quibus exierant. Erant delecti, ut expediti, ut robora legionis. Putat Salmasius vexillarios habuisse nomen, et munus speciale in legione, et fuisse sexcentos numero; quod utrumque falsum est.

Nam non modo sexcenti abstrahebantur a legione sua, sed etiam usque ad duo, tria, vel quatuor millia; ita ut aquila fere destitueretur; eosque expeditos raptim ad urgentia belli trahebant, quo numero voluere duces et imperatores. In legione legionarii erant; extra legionem vexillarii talis legionis erant, sicque vocabantur; v. g. vexillarii secundæ vel tertiæ legionis.

[t] *Superiore provincia*] Germania superior, provincia Belgicæ regionis ad Rhenum fluvium, in Gallia: hodie *Alsatia* fere omnis, pars orientalior *Lotharingiæ*, pars major *Palatinatus Rheni*, parsque Electoratus *Moguntini* seu *Mayence;* in circulis Rheni superioris et inferioris. *Tillemonius.*

[u] *Utrumque exercitum*] Nempe et qui accitus e superiori Germania, et quem ipse habebat in inferiori. Nam utraque provincia suum legatum, suum exercitum habuit. Plerumque octo legiones erant in utraque Germania, quatuor in qualibet, et par robur auxiliarium.

Utrumque exercitum] Accipit Har-

soluto jam castelli obsidio, et ad sua tutanda digressis rebellibus. Igitur proxima æstuaria[v] aggeribus et pontibus,[w] traducendo graviori agmini,[x] firmat: atque interim, repertis vadis,[y] alam Canninefatem,[1] [z] et quod peditum Germanorum

arx obsidione liberata, et dilapsi hostes erant ad sua defendenda. Itaque propinqua æstuaria munit, instruitque molibus et pontibus, qui transmittendo gravis armaturæ militi pares essent: et interea quæsitis vadis, alam Caninefatem, et pedestre Germano-

1 Sic Ms. Flor. et veteres editiones. Recentiores vero, *Caninefatem*. In Inscriptionibus apud Gruterum, Reinesium, et Gorium appellantur CANNANEFATES. CANONEFATES. CANANIVATES. Memoratur quoque Plinio, IV. 15. insula *Cannunefatum*. De his plura Alting Germ. inf. Antiq. p. 25. Forte scripserat Tacitus, *alam Canninefatum*, ut apud Gruterum, p. 385. n. 1. M. HELVIVS M. F. CLEMENS PRAEF. EQ. ALAE PRIMAE CANNANEFATVM. *Brotier*.

NOTÆ

læus, quasi *vexilla* illa legionum unus esset exercitus, alter vero *auxilia* illa peditum et equitum: quod falsum; neque enim auxiliares constituunt exercitum soli et seorsim, sed unum exercitum componunt cum legionibus.

Per *utrumque exercitum* intelligit vexilla legionum, et auxilia illa accita e superiori Germania, et legiones suas quibus præsidebat in inferiori Germania. Nam in utraque provincia legiones erant sub legato cum auxiliis, et hos duos exercitus superioris et inferioris Germaniæ Rheno devehit adversus Frisios.

Velut in duabus provinciis erant quasi duo exercitus, quamvis ob proximitatem unitæ vires essent: uterque hic exercitus, ex utraque provincia invectus.

[v] *Æstuaria*] Loca sunt paludosa et maris æstu inundari operirique solita.

[w] *Et pontibus*] Sic olim Domitius, qui penetravit Germaniam cum legionibus, firmarat regionem stagnosam, munieratque pontibus, qui postea 'pontes longi' vocati sunt Tac. I. 63. 'Angustus is trames vastas inter paludes et quondam a L. Domitio aggeratus. Cetera limosa, tenacia gravi cœno,' &c.

[x] *Graviori agmini*] Legionibus nempe quæ multa impedimenta, sarcinas, instrumenta belli, tormenta et machinas secum deferrent. Nam quælibet legio suas ballistas, catapultas, onagros, et alia similia secum vehebat, quod magnæ molis fuit in locis incertis et uliginosis.

[y] *Repertis vadis*] Qua nempe ista æstuaria et brevia maris transiri sine periculo poterant.

[z] *Alam Canninefatem*] Cujus mentio Vulsiniis in lapide: PRÆF. EQUITUM. ALÆ. PRIMÆ. CANNANEFATUM. *Lips.*

Alam] Tres *equitum* species reperio in castris Rom. nempe equitem adjunctum cuilibet legioni, et velut inseparabilem. Præterea alas equitum, quæ merebant, separatæ ab omni legione, ut *ala Petrina*, *Syllana*, *Scribonia*. Etiam fuit alarius seu auxiliarius eques, ut *ala* hæc *Caninefatum*, *ala Batavorum*, *Treverorum*, &c.

Itaque hoc loco *alarius eques* distinguendus ab equitibus legionum; et per alarium equitem non solum intelligendi auxiliares alæ equitum, ut voluit vir doctissimus, sed etiam alæ equitum Rom. quæ separatæ mere-

inter nostros merebat, circumgredi terga hostium jubet: qui jam acie compositi, pellunt[2] turmas sociales, equitesque legionum, subsidio missos. Tum tres leves cohortes,[a] ac rursum duæ; dein tempore interjecto, alarius[3] eques immis-

rum agmen, quod in castris Rom. militabat, circumvenire hostes a tergo jubet: qui jam prælio parati fugant copias auxiliares, equitatumque legionum auxilio missum. Tum tres expeditæ cohortes, et iterum binæ, dein spatio interposito sociorum

2 Ita Rhenanus et recentiores. Mallet Jac. Gronovius, *pellunt vi;* sic enim habet Ms. Flor. In editionibus veteribus, *pelluntur.* Brot.—3 Sic emendavit Freinshemius, quem recentiores omnes merito sunt secuti. Perperam Beroaldus et veteres, *acrius eques.* Alarius eques sociorum erat, et diversus ab equitibus legionum, ut patet ex hoc Taciti loco, et ex Livio, XL. 40. qui *legionarios equites* et *alarios equites* memorat, ipsosque legionarios, *Romanos equites* appellat. Eos quidem fuisse equestris ordinis minime dixerim; at cives Romanos esse existimo. Diu quidem legiones equitibus caruere; sed postea, *proprios et sibi insitos equites legionarios, iisdem matriculis* tenuere, Veget. II. 2. Nec probabilis videtur Cl. Ernesti sententia, istis temporibus equitatum omnem e sociis constitisse. *Brotier.*

NOTÆ

bant: nam uterque *alarius* eques. Sic infra XII. 27. 'Pomponius legatus auxiliares Vangiones ac Nemetas addito equite alario monuit,' &c.

Ubi, ut vides, immittit *auxiliares* Vangiones, &c. quibus addit *equitem alarium.* Ergo distinguit inter *auxiliares et alarium* equitem: at non debuit distinguere, si per alarium equitem, intelligit tantum modo auxiliarium equitatum, seu auxiliares ipsos.

Igitur diversum quippiam est alarius eques, ab auxiliari equite, quia nempe *alarius eques* non solum importat equitem seu alas auxiliarium, sed etiam alas equitum Rom. qui cives Rom. et ejusdem conditionis ac legionarii, licet separatim mererent.

Et cum Tacitus intelligit de solo auxiliari equite, tum addit cujus gentis sit, ut XV. 10. 'Alares Pannonios,' &c. et alibi 'alæ Mœsicæ,' 'Rheticæ,' &c. Item et cum de alario Rom. solo, etiam distinguit, *ala Auriana, Scribonia, Singularium, &c.*

Canninefatem] Caninefates, populi Batavorum populorum, in Germania inferiore, provincia Belgicæ regionis, in Gallia: hodie dominium *Utrecht*, una ex provinciis Unitis, in Belgio Fœderato. *Tillemonius.*

Quod peditum] Nam Germani illi nandi periti ut cum maxime ab incunabulis, et inter æstuaria paludesque validissimi etiam ad pugnam, non modo ad trajiciendum: adnabant etiam equis.

[a] *Leves cohortes*] Dicuntur *leves;* sic contra distinctæ a legionariis qui gravius agmen; quia sociorum et auxiliarium erant, qui tunc loco levium priscæ militiæ successerant, nec iisdem armis, aut ordinibus instructi ac legiones erant: nec illi leves *subsignani* erant proprie, sed legionarii soli sic dicti, et certe dum firmat æstuaria molibus pontibusque, traducendo graviori agmini, seu subsignanis, interim reperta vada quibus immittit alarios et pedites sociorum.

sus:[b] satis validi, si simul incubuissent: per intervallum[c] adventantes, neque constantiam addiderant turbatis, et pavore fugientium auferebantur. Cethego Labeoni, Legato quintæ[d] legionis, quod reliquum auxiliorum, tradit: atque ille, dubia suorum re, in anceps tractus, missis nuntiis, vim legionum[e] implorabat. Prorumpunt quintani ante alios, et,

eques erumpere jussus est: firmi satis, si simul irrupissent, sed *alternis vicibus invadentes, neque animos auxerant perculsis, et metu profugorum* simul *impellebantur. Permittit Cethego Labeoni legato quintanorum ceteras copias sociorum; et etiam ille ambiguo suorum prælio, in discrimen abreptus, missis nuntiis opem legionum flagitabat. Erumpit quinta legio ante ceteras, et pervicaci prælio fusis hos-*

NOTÆ

[b] *Alarius eques immissus*] *Alarius eques* opponitur equitibus legionum, qui Romani erant, cum alares essent ex auxiliis, et ex citato loco XIII. 35. discas singulis legionibus fuisse suos alarios equites, sicut et cohortes ex sociis. Erant autem et aliæ sociales alæ, quæ ex usu temporum huc illuc mearent, qualis ista Caninefas, de qua supra paulo mentio.

Hic igitur est eques iste alarius, qui et infra comprehenditur, nostram sententiam confirmantibus verbis: 'recipiunt cohortes alasque, fessas vulneribus:' plures ergo hic alæ, quæ nusquam comparent, nisi legas ut indicavimus.

Quod de discrimine *alariorum* et *legionariorum* equitum dictum est, confirmatur etiam apertissimo testimonio Livii XXXV. 5. 'Ad perturbandos ordines eorum C. Livium Salinatorem, qui præerat alariis equitibus, quam concitatissimos equos immittere jubet: legionarios equites in subsidiis esse.' *Freinsh.*

Alarius] Eques sociorum sic dictus, quia legionibus alarum in modum adhærebat, tegebatque.

[c] *Per intervallum*] Quia per intervallum et per partes adveniebant, accidit ut istæ copiæ, neque turbatos suo adventu confirmare possent, qui tantillo subsidio non satis fidebant, neque hostium impetum ferrent; immo quod subsidio adveniebat, fugientium terrore corruptum, pavorem et periculum augeret.

[d] *Legato quintæ*] Quælibet legio suum habuit legatum, qui obediebat legato superiori seu rectori, qui nempe provinciæ et toti exercitui præerat.

Itaque in Germania protunc distinguendæ tres species legatorum. Nempe legati cujuslibet legionis, duo legati qui Germaniæ superiori inferiorique et utrique exercitui ibi degenti præerant, et summus legatus qui impositus a Cæsare utrique provinciæ, simul et utrique exercitui, seu *summæ rerum*, ut habet Tac. præerat.

Sic Germanicus, et alii præfuerant Germaniæ sub Augusto: sed puto, post Germanicum sub Tiberio suspicaci et anxio dominationis, nullus talis imperator seu prætor apud Germanias, sed duo tantum legati, quorum ut potestas divisa, et per æmulationem sæpe, minus valida erat, si quid agitarent auderentve adversus imperitantem. Sæpe etiam vicem legatorum gerebant præfecti castrorum, qui fere dignitate legatis legionum æquales.

[e] *Vim legionum*] Sic sanguine sociorum sæpe vincebant Romani, illos-

acri pugna hoste pulso, recipiunt cohortes alasque, fessas vulneribus. Neque Dux Romanus ultum iit, aut corpora humavit;[f] quanquam multi Tribunorum Præfectorumque,[g] et insignes Centuriones[h] cecidissent. Mox compertum a transfugis, nongentos Romanorum, apud lucum, quem *Baduhennæ* vocant, pugna in posterum extracta, confectos: et aliam quadringentorum manum, occupata Cruptoricis,

tibus, periculo eximunt cohortes alasque vulneribus lassas exhaustasque. Nec dux Apronius vindicatum iit, neque mortuos sepeliit, quamvis plerique tribuni præfectique, et eximii centuriones occidissent: dein nuntiavere transfugæ nongentos Romanos oppressos apud saltum, quem Baduhennæ *appellant, prælio in posteram lucem producto: et aliud agmen quadringentorum, occupato Cruptoricis olim tri-*

NOTÆ

que in hostes primum immittebant, dum interim velut in subsidiis haberent legiones, quæ non nisi impulsis cohortibus auxiliarium prorumpebant; et quasi vicem Triariorum in prisca militia fungebantur legionarii. Sic barbarorum cruore et armis barbaros profligabant: habes multa exempla apud Tacitum hujus moris militiæque.

[f] *Aut corpora humavit*] Quod signum profligati fuit, quod argumentum concessæ hostibus victoriæ. Noluit legatus se iterum in discrimen dare, quod necesse fuit, si corpora cæsorum auferre et humare vellet: et forte ideo pugnatum ea pervicacia, ita ut pugna in posterum diem extraheretur, ut tandem corpora et spolia reportarent Romani: sed non succurrente legato cum legionibus, deleti sunt, seu quia Germani 'corpora suorum etiam in dubiis præliis referunt.'

[g] *Præfectorumque*] Per *præfectos* intelligit duces, qui præerant alis equitum, vel cohortibus peditum auxiliarium. Idem munus obibant apud socios, quod tribuni et centuriones apud Romanos, et deligebantur ex gentibus seu auxiliaribus ipsis, quibus præerant. Dicebantur *præfecti* equitum, quicumque eques esset, sive civium sive sociorum.

[h] *Insignes Centuriones*] Sine dubio sunt, quos alibi vocat *primorum ordinum*. Non enim quosvis virtute præstantes, ut plerique interpretantur: neque, ut non nemo, *insignes* commune omnium epitheton est; tribunorum, inquam, præfectorum, et centurionum. Sed Tacitus his postremis unis attribuit: nec sine causa, quo videlicet, non quivis, sed honoratissimi quique tribunis et præfectis quodammodo adæquari possunt, intelligerentur: ut *insignes* non tam ad virtutem cujusque, quam locum atque ordinem referendum sit. *Freinshemius.*

Insignes] *Insignes* virtute nempe et ordine; neque enim ad summos ordines et primipilare fastigium provecti illi, nisi præliis et armorum decore conspicui, nec solum tribunis, sed equitibus Rom. dignitate pares primipilares illi, ita ut etiam præessent provinciis armatis, ut patet de Olennio primipilari supra.

quondam stipendiarii,[i] villa, postquam proditio metuebatur, mutuis ictibus procubuisse.

74. Clarum inde inter Germanos Frisium nomen: dissimulante Tiberio damna, ne cui bellum permitteret. Neque Senatus in eo cura, an imperii extrema dehonestarentur:[j] pavor internus[k] occupaverat animos, cui remedium adulatione quærebatur. Ita, quanquam diversis super rebus[l]

butarii prædio se tutantes, mutuis vulneribus occubuisse, cum deditionem formidarent.

Exin celebre fuit apud Germanos Frisiorum decus, occultante Tiberio clades reipub. *ne quem bello præficeret. Neque Patrum in eo solicitudo* erat, *an ultimi fines imperii indecore haberentur; metus intestinus incesserat animos, cui levamen ex assentatione parabatur. Et sic quamvis apud illos aliis de negotiis referretur,*

NOTÆ

[i] *Stipendiarii*] Intelligunt de homine, qui olim stipendium meruisset in castris Rom. quod falsum puto. Nam barbari auxiliares non stipendium merebant in exercitu Rom. sed sumtu civitatis, quæ illos mitteret, alebantur. Quis vocet Segestem, Florum, Sacrovirum, et Arminium ipsum stipendiarios? et tamen hi popularium suorum duces meruerant in exercitibus Rom.

Et iste *Cruptorix* haud dubie inter nobiles et opulentos; nam *villa* non nisi nobilium et divitum. Quæ villa quadringentos homines contineat defendatque, nisi amplissima et opulentissima? supra lib. III. 46. profligatus Sacrovir ditissimus Æduorum 'in villam propinquam cum fidissimis pergit: illic sua manu, reliqui mutuis ictibus cecidere.'

Sed inquit interpres Gall. cur vocetur ille Cruptorix tributarius cum tota illa provincia tributaria esset? sed supponit ut verum quod probandum esset, immo quod falsum. Nam post Germanici discessum reductæ legiones in sua castra citra Rhenum, respectu Galliæ, et qui olim tributarii facti erant, sese virtute Arminii in libertatem vindicarant.

Et ipse Tac. 'quondam stipendiarii;' quod non diceret, si tunc tota provincia tributaria fuisset; nec unquam reperias *stipendiarium* hoc significatu, nempe qui meruerit stipendium; sed tantum pro eo, qui solvit stipendium.

Stipendiarii] Alii quadringenti, villa Cruptoricis, qui olim tributarius Romanorum fuerat, occupata, quia metuebant, ne proditione villanorum in manus hostium devenirent, mutuis se vulneribus confecerunt. *Freinsh.*

[j] *An imperii extrema dehonestarentur*] Sueton. Tib. 41. 'Regressus in insulam Reipub. quidem curam usque adeo abjecit ut, &c. Armeniam a Parthis occupari, Mœsiam a Dacis Sarmatisque; Gallias a Germanis vastari neglexerit: magno dedecore imperii, nec minori discrimine.'

[k] *Pavor internus*] *Internus* opponitur *extremis* hoc loco: estque, ortus ex intestinis periculis: neque debet omitti cum nonnullis hoc vocabulum: omnis enim pavor animos occupat; sed non de quocumque metu, verum interno tantum, agebat hoc loco Tacitus.

[l] *Diversis super rebus*] Hoc est, aliis, quæ nihil commune habebant cum decretis, quæ deinceps fecerunt. Alio sensu, *diversæ res* dicuntur, quæ inter

consulerentur, 'aram Clementiæ, aram Amicitiæ, effigiesque circum Cæsaris ac Sejani censuere:' crebrisque precibus[m] efflagitabant, 'visendi sui copiam facerent.' Non illi tamen in urbem, aut propinqua urbi degressi[1] sunt: satis visum, omittere insulam, et in proximo Campaniæ aspici: eo venire Patres, Eques, magna pars plebis, anxii erga Sejanum,[n] cujus durior congressus, atque eo per ambitum, et societate consiliorum[o] parabatur. Satis constabat, auctam

decrevere tamen aram Clementiæ, aram Amicitiæ, et circum illas aras imagines principis et Sejani, *multisque et repetitis precibus expostulabant*, aspiciendi sui facultatem præberent. *Non illi tamen exiere in civitatem, aut proxima civitati* loca, *contenti relinquere insulam, et in propinquo Campaniæ conspici: eo proficisci* cœperunt *patres, equites, magna pars populi, soliciti in Sejanum, ad quem difficilior aditus; ideoque per ambitionem, et sociatis consiliis petebatur.*

1 Ita Ernestus et recentiores. Beroaldus vero et veteres, *digressi sunt. Digredi* est proprie, 'alium in locum abire.' Vide supra cap. 49. *Brotier.*

NOTÆ

se differunt, nullo respectu ad quamcumque illarum numero non comprehensam, habito. *Freinsh.*

Multis variisque de rebus consulebantur, et inter illas diversas res inserebant Patres, statuebantque loco sententiæ *aram Clementiæ, &c.* magis anxii intentique *pavori interno*, quam negotiis.

[m] *Precibus*] Crebrisque precibus publico senatus nomine perscriptis, oraverunt utrumque, ut conspectus sui facultatem senatui populoque Rom. præberent.

[n] *Anxii erga Sejanum*] Non erga Cæsarem, quem tum minus verebantur, cujusque facilior erat congressus.

[o] *Societate consiliorum*] Aditus ad Sejanum veluti magnæ molis negotium, collatis mixtisque inter se consiliis, procurabant. Sic *Freinshemius*; sed fallitur, ut patebit infra.

Societate consiliorum] *Per ambitum et societate consiliorum* est familiares ejus prensando et conscientia atque opera juvando ad illa, quæ identidem machinabatur. Neque enim *consiliorum* vocabulo accipio tantum illam summam consiliorum omnium de invadendo imperio, sed quævis, vel directo, vel per cuniculos eo ducentia cœpta; immo et nonnulla huc proprie non tendentia, et in quibus odio interdum solummodo, aut libidini, ut solent potentiæ impotentes, indulgebat. Sed, inquies, quomodo societas consiliorum iniri potuit ante congressum? Quasi scelerum ministris et preciosis emtoribus desint proxenetæ, pararii, sequestres, commendatores. Ne longius abeamus, Firmius Catus et Tiberius societatem coierunt perdendi Scribonii Libonis citra congressum Ann. l. II. 28. et Sueton. Othone: 'Ac primo quinque speculatoribus commissa est res: deinde decem aliis, quos singuli binos produxerant.' Et plenæ aulæ, immo vita omnis, mirificis inter absentes, ignotos antehac, aut etiam invisos, sociandorum consiliorum viis. *Gron.*

ei arrogantiam,[p] fœdum illud in propatulo servitium spectanti: quippe Romæ sueti discursus; et magnitudine urbis incertum, quod quisque ad negotium pergat: ibi, campo aut littore jacentes nullo discrimine, noctem ac diem, juxta gratiam aut fastus janitorum perpetiebatur: donec id quoque[2] vetitum: et revenere in urbem trepidi, quos non sermone, non visu dignatus erat: quidam male alacres;[q] quibus infaustæ amicitiæ gravis exitus imminebat.

Satis compertum erat increvisse superbiam illius, *dum inhonestam illam in publicum servitutem aspicit: nam in urbe soliti concursus hominum, et ob amplitudinem civitatis, ignoratur quam quisque ad rem se conferat: ibi in agro, aut ripa sedentes, promiscue noctem diemque, perinde favorem aut arrogantiam ostiariorum ferebant; donec id etiam prohibitum* fuit; *et revertere in civitatem pavidi, quos non voce, non aspectu honoraverat; nonnulli insane læti, quibus improsperæ gratiæ feralis exitus impendebat.*

2 *Idque vetitum* Brotier.

NOTÆ

Societate consiliorum] Censet Freinshemius sociasse consilia seu consultasse invicem plures, qua ratione invenirent aditum ad Sejanum. Hoc certe fieri potuit, sed non is sensus Taciti. Aditus ad Sejanum non nisi scelere quærebatur, seu societate consiliorum, id est, societate conjurationis in principem, seu scelerum, quæ huc spectarent.

Nota hic, *per ambitum*, nempe in Sejanum; nam magni favoris, et ingentis fortunæ loco reponebant, si in partem scelestorum consiliorum admitterentur miseri et inscii, quam 'infaustæ amicitiæ gravis exitus imminebat.'

[p] *Auctam ei arrogantiam*] Superbia hominis crevit, cum illum cultum fœdæ servituti similem, quo ab omni ordine palam et in propatulo afficiebatur, intueretur. Licet enim Romæ fere eadem facta essent, minus tamen observari et in oculos omnium incurrere poterant: quia in tanta urbis frequentia aliud agit populus; et nihil novi est, conspicere turbam hominum hinc inde discurrentium; neque scitur ob multitudinem, ad quam quisque rem se conferat; at ibi omnia conspicua et aperta erant.

Auctam ei arrogantiam] Dio lib. LVIII. 'Sejanus magis etiam elatus est; decretumque fuit, ut publice ejus natalis celebraretur (nam numerum quidem statuarum, quas ei patricii, equites, tribus, ac primarii viri posuerunt, inire nemo possit) legatosque ad ipsum perinde atque ad Tiberium, seorsim senatus, seorsum equites, ac plebs ex tribunis et ædilibus suis miserunt; pro eis junctim vota et rem divinam fecerunt, ac per eorum fortunam jusjurandum conceperunt.' Certe potuit tum dici quod Brutus Ciceroni scribebat de Octavio Cæsare: 'Timeo de consulatu, ne Cæsar tuus altius se ascendisse putet decretis tuis, quam inde, si consul factus sit, descensurum, &c. Quonam animo fore putas, si quis auctore, &c. ipso senatu, putet se imperia quælibet concupiscere posse?'

[q] *Male alacres*] Hoc est, perperam,

75. Ceterum Tiberius neptem[r] Agrippinam, Germanico ortam, cum coram Cn. Domitio tradidisset, in urbe celebrari nuptias jussit. In Domitio, super vetustatem generis, propinquum Cæsaribus[s] sanguinem delegerat: nam is Aviam Octaviam,[t] et per eam Augustum avunculum præferebat.

Porro Tiberius, cum coram ipse *Cn. Domitio collocasset neptem* suam *Agrippinam Germanici filiam, Romæ peragi matrimonium præcepit. Prætulerat in Domitio, præter antiquitatem familiæ, consanguinitatem ipsius cum Cæsaribus: quippe Domitius habuit aviam Octaviam, et per ipsam Augustum avunculum ostentabat.*

NOTÆ

stulte, sine causa: plane sicut apud Virg. VI. 278. 'mala gaudia.' Ovid. de arte III. 699. 'Conjugis ad timidas aliquis male sedulus aures Auditos nemori detulit ore sonos.' *Male sedulus*, hoc est, cum esse non oporteret, perverse sedulus. Alia significatio est, qua *male* ponitur pro parum, non satis, ut Flor. III. 21. 'male obrutum incendium,' ubi plura exempla in Indice. Sed ea huic loco minime convenit. *Freins.*

[r] *Neptem*] Agrippina nupta Domitio filia Germanici, sicque neptis Tiberii ex filio adoptivo Germanico: eadem mox mater Neronis ex Domitio illo, dein et Claudii uxor.

[s] *Propinquum Cæsaribus*] Affinitas Domitii cum domo Cæsarum exinde oriebatur, quod pater ejus filius esset Antoniæ majoris, quæ filia Antonii et Octaviæ quæ soror Augusti; sicque Domitius Augustum majorem avunculum ferebat, sicque propinquus Cæsarum.

[t] *Aviam Octaviam*] Quia filius L. Domitii ex Antonia majore. Antonia autem ex Octavia et M. Antonio sata. Avunculus ergo major illi Augustus. Est autem hic Domitius, qui pater Principis Neronis. *Lips.*

C. CORNELII TACITI

AB

EXCESSU DIVI AUGUSTI

ANNALIUM

LIBER QUINTUS.

BREVIARIUM LIBRI.

CAP. 1. Liviæ Aug. mors et elogium. 2. Tiberius etiam mortuæ iniquus. 3. Sejani potentia crescit. Agrippina et Nero a Principe accusantur. 4. In eos Populi favor, 5. irato Tiberio. Triennii acta desunt.

6. Sejanus detecta cupidine imperii pervertitur, 7—9. cum magna amicorum strage.

10. Pseudo-Drusum persequitur Poppæus Sabinus. 11. Discordia Consulum. Hæc gesta annis circiter tribus.

C. RUBELLIO GEMINO. C. FUFIO GEMINO.
M. VINUCIO QUARTINO. C. CASSIO LONGINO
TIBERIO CÆSARE V. L. ÆLIO SEJANO. COSS.

RUBELLIO et Fufio[1] Coss.[a] quorum utrique Geminus[2]

Rubellio et Fufio Coss. (ambobus idem cognomen Geminus fuit) Julia Augusta

1 Male Beroaldus, *Fusio.* *Rubellius* quoque dictus est *Lucius*, non vero

NOTÆ

[a] *Rubellio et Fufio Coss.*] C. Rubellio Gemino, et C. Fufio Gemino (sic lege non *Fusio*) Coss. his Coss. observant baptizatum a Joanne Chris-

cognomentum erat, Julia Augusta mortem obiit,[b] ætate extrema, nobilitatis per Claudiam familiam, et adoptione Liviorum Juliorumque,[c] clarissimæ. Primum ei matrimonium et liberi fuere cum Tiberio Nerone,[d] qui bello Peru-

vita concessit, ad ultimam senectam provecta, nobilitatis per Claudiam gentem, et adoptione in familias *Liviorum Juliorumque illustrissima. Primum ei conjugium, et soboles fuit cum Tiberio Nerone, qui motu Perusino cum fugisset, inito fœdere*

Caius, ut vulgo creditur. Sic enim in veteri inscriptione apud Muratori, Nov. Thesaur. Inscr. Vol. I. p. 301. n. 4.

C. FVFIO GEMINO COS.

L. RVBELLIO GEMINO COS. *Brotier.*

—2 Cl. Burmannus emendat, *Geminis.* Latine: sed non necessario. Supra Annal. IV. 28. *nomen utrique Vibius Serenus.* Idem.

NOTÆ

tum dominum: de his loquitur Tertullianus adversus Judæos, uti et Lactantius l. IV. instit. Traditque, his Coss. Christum Salvatorem passum, id est, Tiberii 16. Christi 33. anno, quod Divus Augustinus secutus est cap. ult. l. XVIII. de Civitat. Dei. Licet alii alia sentiant.

[b] *Julia Augusta mortem obiit*] De cujus vitæ annis dissensus est scriptorum. Plinius XIV. 6. annos ei tribuit LXXXII. 'Julia,' inquit, 'Augusta LXXXII. annos vitæ Pucino retulit acceptos, non alio vino usa.'

Pucinum id vinum nascitur in colle saxeo, in quo positum Targesta; hodie *Ribollam* vocant. Dio tradit vixisse illam sex et octoginta annis. *Muret.*

Julia Augusta mortem obiit] Livia, quæ post adoptionem *Julia*, dicta est: hæc Mater Drusi, qui fuit pater Germanici. Agrippina autem matrem habuit Juliam, Augusti filiam. *Muretus.*

Julia] Plin. XIV. 6: 'Julia Augusta 82. annos vitæ Pucino' (hodie *Pizzino d'Istria*) 'retulit acceptos, non alio usa. Gignitur in sinu Adriatici maris, non procul a Timavo fonte, saxeo colle, maritimo afflatu paucas coquente amphoras, &c. Divus Augustus Setinum prætulit cunctis et fere secuti principes,' &c.

[c] *Liviorum Juliorumque*] Livia e Claudiis, unde et cognomen tenuit Drusillæ. Sed pater ejus insertus adoptione in Livios, quod hic Tacitus voluit dictum. Nec aliter accipies quod scriptum extremo libro sexto: 'Quanquam mater in Liviam, et mox Juliam familiam adoptionibus transierit.' Non enim ipsa, sed pater: cui nomen apud Velleium, Livius Drusus Claudianus.

Vocat simpliciter Dio l. XLVIII. Livium Drusum: et cum a Bruto stetisset, post pugnam Philippensem manus ait attulisse sibi. Clara hæc e Suetonio, in Tib. c. III. 'Ex hac stirpe Claudia Tiberius Cæsar genus trahit; et quidem utrumque: paternum a Tiberio Nerone, maternum ab Ap. Pulchro: qui ambo Appii Cæci filii fuerunt. Insertus est et Liviorum familiæ, adoptato in eam materno avo.'

[d] *Cum Tib. Nerone*] Hic Cæsaris dictatoris quæstor fuerat, Alexandrino bello classi præpositus, plurimum ad victoriam contulerat. Mortuo tamen Cæsare censuit referendum

sino[e] profugus, pace inter Sex. Pompeium ac triumviros pacta, in urbem rediit. Exin Cæsar cupidine formæ aufert marito, incertum an invitam; adeo properus, ut, ne spatio quidem ad enitendum dato, Penatibus suis gravidam induxerit. Nullam posthac sobolem[f] edidit: sed, sanguini Augusti,[g] per conjunctionem Agrippinæ[h] et Germanici annexa, communes pronepotes[i] habuit. Sanctitate domus priscum ad morem, comis ultra quam antiquis fœminis probatum, mater impotens,[j] uxor facilis,[k] et cum artibus mariti,[l] simu-

inter Sex. Pompeium et triumviros Romam revertit. Dein Augustus amore et pulchritudine ejus *incensus,* eam *adimit viro, dubium an nolentem, adeo festinans, ut ne tempore quidem concesso ad pariendum, in ædes suas uterum ferentem abduxerit. Nullam postea prolem peperit, sed familiæ Augusti adjuncta per conjugium Agrippinæ et Germanici communes* cum Augusto *pronepotes habuit. Pudicitia in penatibus vetustum ad exemplum, elegans et venusta præter quam receptum priscis matronis, mater arrogans, conjux modesta et commoda, ac cum artibus Augusti,*

NOTÆ

de præmiis τυραννοκτόνων. L. Antonium Perusiam secutus, deditione facta, solus in partibus mansit. Profectus ad Sext. Pompeium, deinde ad M. Antonium transiit, cum quo Romam rediit. Sueton. *Muretus.*

[e] *Perusino*] Perusia, urbs Hetruriæ regionis, in confinio Umbriæ: hodie *Perugia* Italis, et *Perouse* Francis, urbs provinciæ *Perugino,* in statu Ecclesiastico. *Tillem.*

[f] *Nullam posthac sobolem*] Plin. VII. 13. 'Est quædam dissociatio corporum, et inter se steriles, ubi cum aliis junxere, gignunt; sicut Augustus et Livia.' Attamen sic habet Sueton. 62. 'Statim Liviam Drusillam matrimonio Tiberii Neronis et quidem prægnantem abduxit, dilexitque et probavit unice ac perseveranter. Ex Scribonia Juliam, ex Livia nihil liberorum tulit, cum maxime cuperet. Infans qui conceptus erat, immaturus est editus.'

[g] *Sanguini Augusti*] Nam Germanicus Druso ortus, Liviæ sanguis: Agrippina Juliæ filia, Augusti neptis.

[h] *Agrippinæ*] Quæ ex Julia filia Augusti et M. Agrippa genita erat.

[i] *Communes pronepotes*] Qui nati erant ex Germanico filio Drusi Liviæque nepote, et ex Agrippina Juliæ filia Augustique nepte.

[j] *Mater impotens*] Suet. Tib. 50. 'Matrem Liviam gravatus, velut partes sibi æquas potentiæ vindicantem.' Noster l. I. 'Accedere matrem muliebri impotentia.' Dio l. LVII. 'Et ob id non solum ex æquo cum eo (Tiberio) imperare, sed etiam potiores eo partes habere volebat.'

Idem Sueton. c. 51. 'Hos et custoditos tam diu, et exprobratos tam manifeste adeo graviter tulit, ut quidam putent inter causas secessus, hanc ei vel præcipuam fuisse.'

Non est *mater impotens,* quia indulget juri materno in liberos et id extendit, quod Romæ parvum aut nullum erat; sed quia indulget στοργῇ et studio potentiæ filii, cui adversus domum mariti et adversus nepotem et Druso modestiore filio, omni bono maloque modo favit ac servivit. Prorsus ut hic idem sit *mater impotens,* quod l. I. 'Gravis in rempublicam

NOTÆ

mater, gravis domui Cæsarum noverca.' *Gronovius.*

Instituit Tacitus comparationem ingenii mulieris erga filium Tiberium et ejusdem erga maritum Augustum, 'uxor facilis cum artibus mariti, simulatione filii bene composita.' Attamen impotens in filium, cui dare imperium, sed tolerare imperitantem non potuit.

Tacitus id explicat clare l. IV. 57. 'Traditur etiam matris impotentia extrusum, quam dominationis sociam aspernabatur, neque depellere poterat, cum dominationem ipsam donum ejus accepisset.'

Erat *impotens mater* in filium, nempe quæ ambitiose sibi dominationem retinebat: erat 'gravis in rempub. mater,' tum quia privigno et atrocis ingenii filio imperium asserebat, adimebatque illud veris Cæsaribus, veris hæredibus imperii, seu Augusti, ideoque 'gravis domui Cæsarum noverca;' eaque sic, diverso sensu et tempore, *impotens*, et *gravis* mater fuit.

Mater impotens] Fuit Livia 'gravis in rempub. mater;' fuit et 'mater impotens;' gravis et impotens in rempub. itemque, et in filium: gravis in remp. dum, oppressis liberis, et vera prole Augusti, ipsa provehit filium crudelem et sævum in rempublicam; *gravis* etiam et *impotens* in filium mater, dum anxia dominationis, imperium quod ipsi suis artibus conciliarat, sibi vindicat et retinet; ita gravis et superba mater, ut nomen principis suo postponeret, dum effigiem Augusti dedicat.

Fuit mater impotens in remp. teste ipso Tacito l. I. 'Accedere matrem muliebri impotentia,' &c. et alibi 'gravis in rempub. mater, gravis domui Cæsarum noverca.' Fuit etiam gravis et impotens in filium et in ipsum principem, postquam provexit. Suet. 50. 'Matrem Liviam gravatus, velut partes sibi æquas potentiæ vindicantem, et congressum ejus assiduum vitavit,' &c. 'Tulit etiam perindigne actum a senatu, ut titulis suis quasi Augusti, ita et Liviæ filius adjiceretur,' &c.

'Frequenter admonuit, quod non majoribus, nec fœminæ convenientibus negotiis abstineret,' &c. Tib. 51. 'Illa commota veteres quosdam ad se Augusti codicillos de acerbitate et intolerantia morum ejus e sacrario protulit, atque recitavit. Hos et custoditos tam diu et exprobratos tam infeste adeo graviter tulit, ut quidam putent inter causas secessus, hanc ei vel præcipuam fuisse.

[k] *Uxor facilis*] Nemo melius explicaverit, quam ipsa Livia. Cujus hoc inter apophthegmata Dio recenset: 'Interrogante quodam, qua ratione et arte Augustum ita sibi devinxisset, ac pæne subjecisset? respondit: Ipsa eximie pudica et sobria; omnia ejus mandata alacriter obiens: neque in facta ejus alia inquirens; minime autem in lusus amatorios, eosque dissimulans.' En facilitatem.

Uxor facilis] Suet. Aug. 71. 'Circa libidines hæsit, postea quoque, ut ferunt, ad vitiandas virgines promtior, quæ sibi undique etiam ab uxore conquirerentur.'

[l] *Cum artibus mariti*] Ego dubito an potius sit sensus; eam modum quendam ac temperamentum inter artes Augusti, simulationemque Tiberii, adhibuisse, adeo ut cum utroque bene composita, potentiam et auctoritatem apud ipsos conservaverit. *Pichena.*

Aut anguste, aut laxe nimis. Interpretor: et marito, cui erat difficile probari et bene comparatum haberi, sive ipsi, sive per famam, ob magnas multiplicesque, interdum ambiguas,

latione filii, bene composita. Funus ejus modicum, testamentum diu irritum fuit: laudata est pro rostris a C. Cæsare pronepote,[m] qui mox rerum potitus est.

2. At Tiberius, quod supremis in matrem officiis defuisset,[n] nihil mutata amœnitate vitæ,[o] 'magnitudinem negotiorum,'[p] per literas excusavit: honoresque memoriæ ejus ab

et dissimulatione Tiberii bene temperata. Exequiæ ejus haud magno paratu celebratæ supremæ; tabulæ diu neglectæ sunt. Laudavit illam apud rostra C. Cæsar pronepos illius, *qui posthac imperium obtinuit.*

Sed Tiberius, quod funeri matris non affuisset, nil omissis voluptatibus, molem curarum *per epistolas causatus est; multaque demsit ex honoribus, quos memoriæ*

NOTÆ

sæpe bonas ejus artes, et filio, quem dissociabilem et molestum reddebat tecta et obscura natura, unice respondens, conveniens, digna visa, et quasi a fatis lecta, quæ utrumque, quantum erat salubre, temperaret. *Gronovius.*

Cum artibus mariti] Ita comparata a natura erat Livia, ita flexibilis animo, ut facile se accommodaret ingenio utriusque; ita ut cum artibus Augusti facile ipsa conveniret, indistincte an illæ bonæ artes essent, an malæ, an ambiguæ, sæpe tamen bonæ erant, ita ut etiam simulationi Tiberii ipsa se accommodaret attemperaretque: sicque ingenium dominantium, immixta rebus et consiliis, prudenti temperamento ferret ultro fœmina, toleraretque æquo et facili animo, nec sine summa morum elegantia et comitate, atque amœnitate ingenii: ita ut non nisi coacta et sero concordiam cum Tiberio tandem abruperit, et forte bono publico inducta.

Cum artibus mariti] Ne sumas ibi *artes* in malam partem. Immo Tacitus videtur artes illas Augusti opponere dissimulationi Tiberii, quæ prava, maligna, et flagitii plena: itaque bonæ artes Augusti erant, saltem multæ, et præsertim comparatæ cum Tiberii ingenio et moribus.

[m] *C. Cæsare pronepote*] Suet. in Cal. 'Comitatus est patrem et in Syriacam expeditionem. Unde reversus primum in matris (Agrippinæ) deinde ea relegata in Liviæ Augustæ proaviæ suæ contubernio mansit: quam defunctam prætextatus etiam pro rostris laudavit.'

[n] *Quod supremis in matrem officiis defuisset*] Tiberius causam seu prætextum cur non affuisset funeri matris, rejicit in molem curarum, in magnitudinem negotiorum: sic se excusat apud senatum scriptis literis, quas legebat vel consul vel quæstor principis.

Sic absentiam suam ab urbe, tali tempore, simul et amœnitatem vitæ excusabat, aut potius occultabat. Non affuit funeri, hoc prætextu, quia instabant magnæ molis negotia; et quia non affuerat exequiis; idcirco nihil immutat de solita amœnitate vitæ.

[o] *Nihil mutata amœnitate vitæ*] Ratio seu prætextus, cur non mutet amœnitatem vitæ, est quia defuit supremis in matrem officiis, et causam cur defuerit, rejicit in magnitudinem negotiorum. Sed vera causa fuit, quia revera odio haberet matrem, secessumque Caprearum et libidines relinquere nollet.

[p] *Negotiorum*] In magnitudinem negotiorum rejecit quod funeri matris

Senatu largè decretos, quasi per modestiam,[q] imminuit, paucis admodum receptis, et addito, 'ne cœlestis religio[r] decerneretur; sic ipsam maluisse.' Quin et parte ejusdem epistolæ increpuit 'amicitias muliebres,'[s] Fufium[t] Consulem oblique perstringens. Is gratia Augustæ floruerat, aptus

ejus Patres magnifice decreverant, specie modestiæ, paucis admodum approbatis, et adjecto, ne divinæ cærimoniæ statuerentur *illi;* sic ipsam magis probasse. *Immo et parte earundem literarum incusavit* amicos mulieris, *Fufium consulem tacite intendens. Is in flagranti amicitia Augustæ fuerat, idoneus conciliandis delinien-*

NOTÆ

defuisset, nihil tamen immutata amœnitate vitæ; unde conjiciebant falsum Tiberium, nec eam esse causam; sed ipsum illudentem senatui, inertiam, mollitiam et voluptates in insula retinuisse.

[q] *Quasi per modestiam*] Non certe modestia, sed odium in matrem fuit; et quia honores fœminæ in deminutionem fastigii sui accipiebat. Ideoque et increpuit amicos illius, mox et afflixit subvertitque.

Per modestiam] Cujus ipse exemplum præbuit. Sueton. Tib. 16. 'Templa, flamines, sacerdotes decerni sibi prohibuit: etiam statuas atque imagines, nisi permittente se poni: permisitque ea sola conditione, ne inter simulacra Deorum, sed inter ornamenta ædium ponerentur,' &c.

Ibid. 'Prænomen quoque imperatoris, cognomenque patris patriæ, et civicam in vestibulo coronam recusavit,' &c.

[r] *Cœlestis religio*] Quam tamen postea ei tribuit Claudius, effigie ejus in templo Augusti consecrata, sacrisque, quæ Vestales facerent, institutis: edicto etiam, ut per nomen ejus fœminæ jurarent. Dio l. LX. et Suetonius c. 11. Claudii. Extant nummi, DIVUS. AUGUSTUS. PATER. caput radiatum, ara ante pedes: parte aversa S.P.Q.R. DIVÆ. JULIÆ. AUGUSTÆ. FIL. Carpentum, cui subjuncti duo muli.

Nec dubito, quin consecrata hæc Julia habitu et nomine Junonis. Prudentius: 'Adjecere sacrum fieret quo Livia Juno, Non minus infamis thalami sortita cubile, Quam cum fraterno caluit Saturnia lecto.'

Quanquam eo nomine affecta, a poëtis etiam viva. 'Ovidius: Cum tibi contigerit vultum Junonis adire.' Ut autem Livia habitu Junonis, sic Drusilla a Caio consecrata Veneris cognomento Pantheæ. Auctor Dio, LIX. Quo refero inscriptionem priscam:

VENERI. CÆLESTI.
AUGUSTÆ. SACR.
NUMMIA. C. F. DORCAS.
S. P. F. C.

Cœlestes religiones] Ne nempe inter Divos, seu Divas referretur; ne aræ, ne templa, aut imagines inter numina sicuti Deæ, ipsi statuerentur. Sueton. Tib. 51. 'Neque ægræ adesse curavit, defunctamque et dum adventus sui spem facit complurium dierum mora, corrupto demum et tabido corpore funeratam prohibuit consecrari, quasi id ipsa mandasset.'

[s] *Amicitias muliebres*] Quidam vertunt, quasi in genere loqueretur Tacitus, seu Tiberius de omnibus qui animis mulierum arreperent: quasi vero Tiberius literis ad senatum scriptis, objurgaret omnes mortales, qui fœminarum animos allicerent. Hoc potuit facere edicto, quemadmodum Claudius *picari dolia*, et alia inania monebat edictis suis; sed quantum diversus ab illo Tiberius.

allicicendis fœminarum animis; dicax idem, et Tiberium acerbis facetiis irridere solitus,[u] quarum apud præpotentes[v] in longum memoria est.

3. Ceterum ex eo prærupta jam et urgens[w] dominatio:[1] nam, incolumi Augusta, erat adhuc perfugium; quia Tiberio inveteratum erga matrem obsequium, neque Sejanus audebat auctoritati parentis anteire. Tunc, velut frænis

disque mulierum animis; facetus idem, et asperis jocis illudere Tiberium suetus, quos irrisus *principes in longum animo recondunt.*

Ceterum ex eo tempore *præceps, et abrupta dominatio* fuit: *nam florente Augusta manebat adhuc asylum seu præsidium, quia Tiberio inoleverat erga parentem reverentia; neque Sejanus audebat potentiæ matris adversari. Tunc veluti laxis*

1 Ita editiones veteres et recentiores. Male Lipsius, *vergens dominatio.*

NOTÆ

Mens Taciti est Tiberium increpuisse amicos Augustæ, et præcipue intendisse in Fufium consulem, qui facetiis suis maluit 'perdere caput, quam digitum,' ut inquit Seneca, et qui in exitium suum prave dicax fuit.

[t] *Fufium*] Qui haud dubie consulatum illum auctoritate Augustæ adeptus erat.

[u] *Irridere solitus*] De morte ejus et Mutiliæ Priscæ uxoris, lege Dionem: et Tac. l. XII. 16. Sic et de Vestino Tac. 'Sæpe asperis facetiis illusus, quæ ubi multum ex vero traxere, acrem sui memoriam relinquunt.'

[v] *Præpotentes*] Legere velint *iræ potentes*, sed vana, futilis, et falsa hæc lectio. Nam alibi Tacitus eodem sensu, 'ferocius quam expedit apud aures superbas;' quod idem est.

[w] *Prærupta jam et urgens*] Recte sic, non *vergens:* nam *vergens dominatio* dicitur, quando principis potentia ab ipso culmine declinare incipit, ac paulatim infringitur; at non ea hic Tacito mens. Immo, Tiberium, dum mater vixerit, mitem atque exorabilem aliquando fuisse, propter inveteratum erga illam obsequium, ad quam miseris adhuc erat perfugium.

Sed matre defuncta, velut frænis exsolutus, prorupit: ideoque *prærupta, et urgens* ipsius dominatio, id est, sævior, ac violentior. *Pichena.*

Recte sane. *Urgens* est premens, gravis, onerosa, injusti jugi ac oneris. Qua re? nempe ob sævitiam et violentiam. Varro: 'qui pote plus, urget.' Justinus 22. 'Nec enim moraturos in ejus obsidione hostes, cum sua urgeantur.' Id est, vexentur, male habeantur, in periculo sint. *Gronovius.*

Urgens dominatio] Bene *urgens.* Sic l. XV. 55. 'Urgens periculum graves conjurationes,' &c. et XII. 63. 'Magnitudine onerum urgente;' id est tributorum, et XV. 10. 'Adversus urgentes casus firmatus erat.' Et Germ. 33. 'Urgentibus imperii fatis.' Et IV. 66. 'Urgentium malorum suffugium.'

Certe stabat imperium, stabat respub. itaque non vergebat, non cadebat dominatio, sed ipsa sævitia et immanitate cives premebat, urgebat.

exsoluti,[x] proruperunt: missæque in Agrippinam ac Neronem literæ, quas pridem allatas, et cohibitas[2] ab Augusta, credidit vulgus: haud enim multum post mortem ejus recitatæ sunt. Verba inerant quæsita asperitate: sed non arma, non rerum novarum studium; 'amores juvenum, et impudicitiam'[y] nepoti objectabat: in nurum[z] ne id quidem confingere ausus, 'arrogantiam oris et contumacem animum' incusavit, magno Senatus pavore ac silentio: donec pauci, quis nulla ex honesto spes, (et publica mala singulis[a] in occasionem gratiæ trahuntur) 'ut referretur,' postulavere, promtissimo Cotta Messallino,[b] cum atroci sententia:[c] sed

habenis invecti sunt: scriptæque adversus Agrippinam et Neronem epistolæ, quas pridem missas, et retentas a Livia populus existimavit; quippe lectæ sunt in senatu *paucis diebus post obitum illius. Scriptæ literæ erant meditata acerbitate: non tamen belli, non rerum novarum* arguebat *nepotem,* sed libidines puerorum, et impudicitiam ei *exprobrabat. In Agrippinam ne id quidem comminisci ausus, superbiam oris et pervicax ingenium objectavit, magno Patrum metu, et silentio: donec pauci quibus nulla ex decore spes, et quibus publicæ calamitates singulis in opportunitatem favoris,* seu privatæ fortunæ, *flectuntur, petivere* ut referrent consules, *avidissimo Cotta Messallino, jamque sævissimam sententiam meditante:*

Urgens, id est, *gravior.* Brotier.—2 Frustra tentat Acidalius, *sed cohibitas.* Idem.

NOTÆ

[x] *Velut frænis exsoluti*] Sejanus magis etiam erectus evectusque: decretum, ut natalis ipsius publice celebraretur. Statuæ innumerabiles positæ. A singulis ordinibus, ut ad Tiberium, sit seorsum ad ipsum missæ legationes. Per genium utriusque jurabant.

[y] *Impudicitiam*] Alii dicerent mutuum inter juvenes stupri commercium, distingue inter *amores juvenum,* et *impudicitiam.* Duo nepoti suo objectabat Tiberius, nempe quod nefariam cum masculis libidinem exerceret, et impudicitiam.

Nempe quod Pathicus esset, seu quod aliis etiam suum corpus prostitueret. Illud crimen *impudicitiam* vocant. Sic et *pudicitiæ* quæstio ea est, quæ de pueri stupro habetur apud Valer. VI. 1.

[z] *In nurum*] Attamen infra l. VI. 25. 'Tiberius fœdissimis criminationibus exarsit, impudicitiam arguens et Asinium Gallum adulterum, ejusque morte ad tædium vitæ compulsam. Sed Agrippina, &c. virilibus curis fœminarum vitia exuerat.'

[a] *Singulis*] Hos opponit reipub. et Patribus collective. Singuli quidam sic mala publica in sui utilitatem, felicitatemque transferunt, sicque sunt ipsi illi singuli publicæ pestes. Talibus enim ministris instrumentisque grassatur lues publica.

[b] *Cotta Messallino*] Qui libro superiori 'cavendum censuerat;' ut et c. 20. qui hoc libro dicitur, 'sævissimæ cujusque sententiæ auctor.'

[c] *Cum atroci sententia*] Quam tamen ille non protulit, neque enim sententiam promebant patres, nisi

aliis a primoribus, maximeque a magistratibus, trepidabatur: quippe Tiberius, etsi infense invectus, cetera ambigua reliquerat.

4. Fuit in Senatu Junius Rusticus, componendis Patrum actis[d] delectus a Cæsare, eoque meditationes ejus introspicere creditus: is, fatali quodam motu (neque enim ante specimen constantiæ dederat) seu prava solertia,[e] dum, imminentium oblitus,[f] incerta pavet, inserere se dubitantibus, ac monere Consules, 'ne relationem inciperent:' disserebatque, 'brevibus momentis summa[g] verti posse, quandoque Germanis * titium[h] pœnitentiæ senis.'[1] Simul populus,

sed alii proceres, et præcipue magistratus pavebant; etenim Tiberius, etsi infesto animo prorupisset, reliqua tamen *incerta reliquerat.*

Erat in curia Junius Rusticus conscribendis actis senatus a Tiberio præpositus, ideoque consilia ejus penitius intelligere existimabatur: is fatali quodam instinctu (nec enim antea ullum *firmitudinis experimentum præbuerat) sive improba sagacitate, dum instantium parum memor, dubia formidat, immiscere se deliberantibus* cœpit; *et hortari consules,* ne relationem cœptarent: *censebatque,* modico vel intervallo temporis summaque et extrema immutari posse, dandumque spatium seni ad pœnitentiam: *Eodemque tempore multitudo plebis ferens imagines*

1 Quanto magis de hoc Taciti loco, ab omnibus conclamatum, tanto magis nostram, si qua valemus, industriam in illo experiri decet ac juvat. Hæc

NOTÆ

postquam retulissent consules; at nondum relatum erat.

[d] *Componendis Patrum actis*] Duplicia acta reperió, senatus, populique. Acta senatus alio nomine, commentarii senatus, Tacito l. xv. Acta populi, alias diurna, alias publica. Vide excursus.

[e] *Prava solertia*] Intempestiva malaque prudentia, dum magis metuit vana et incerta mala futurarum dominationum, quam præsentia, quam urgens sibique imminens exitium, qui vivi, imperantisque principis voluntatem sic eluderet frustrareturque.

[f] *Imminentium oblitus*] Mala præsentia et pericula negligit, præ futuris. Plus scilicet timebat ab hæredibus, quos destinabat, quam a Tiberio.

Imminentium] Falsa prudentia, qua juniores Cæsares, filios nempe Germanici metuebat, tanquam hæredes imperii proximos, et ultores, quorum tamen spes adhuc procul amota, et quia instantem dominationem, præsentemque et florentem principem non satis meminerat.

[g] *Summa*] Gravissima seu difficillima negotia et maxime inexplicabilia.

Summa] Id est violenta, prærupta, instantia extremaque uno momento verti posse.

[h] *Quandoque Germanis * titium*] Vulgo, *dandumque interstitium.* In Florentino: *quandoque Germanicis stitium pœnitentiæ senis.* Posset elici: *dandumque Germanicis, interstitium* (sive placet *spatium*) *pœnitentiæ senis.*

effigies Agrippinæ ac Neronis gerens, circumsistit curiam, festisque[2] in Cæsarem ominibus, 'falsas literas, et Principe invito exitium domui ejus intendi,' clamitat: ita nihil

Agrippinæ et Neronis, circumsidet senatum, faustisque in principem vocibus, clamat fictas epistolas esse; nec sponte Cæsaris, perniciem familiæ ejus comparari:

vero editio princeps, *disserebatque brevibus momentis summa verti posse quandoque Germanicis Titium pœnitentiæ senis ... Simul populis*, &c. Ita quoque Ms. Flor. sed in *Germanicis* et *Titium* *G* et *T* non majusculæ, at communes sunt literæ. Malum celavit potius, quam sanavit Rhenanus, cum correxit, *brevibus momentis summa verti posse, dandumque interstitium pœnitentiæ senis. Simul populus*, &c. Plurima etiam peccat, tum quod, *interstitium* vox sit Macrobiana, Corneliani ævi auribus insolens, in novum adhuc sensum detorta; tum quod mutetur, *quandoque*, omittatur *Germanicis*, lacuna sileatur. Inde sane optimi editores Ryckius, Jac. Gronovius et Ernestus, cum hæc probare non possent, nec meliora viderent, maluere mutilam et hiulcam Ms. Flor. codicis scripturam retinere. Tentavit tamen Ernestus, sed omnino infeliciter, *dandumque in Germanicis spatium pœnitentiæ senis.* Quis ferat unquam, *in Germanicis?* Nec felicior Heinsius, *dandumque domui Germanici interstitium pœnitentiæ senilis.* Miror hoc placuisse Grævio, qui, mutato *senilis*, *senis* retinebat. Post irritos tot eruditorum virorum conatus veterem scripturam meditanti mihi hæc non modo potior, sed etiam certissima visa est emendatio: *disserebatque brevibus momentis summa verti posse, quandoque Germanici stirpem, ubi spatium pœnitentiæ senis, resurgere.* In ea enim plurimum veteris scripturæ; ipsa est Taciti mens ac Latinitas: lacuna expletur. *Quandoque* hic usurpatur, ut supra Annal. I. 4. 'duobusque insuper adolescentibus, qui rempublicam interim premant, quandoque distrahant.' *Brotier. Brevibus momentis summa verti posse,* * *quandoque Germanicis Titium pœnitentiæ senis*] Retuli lectionem archetypi codicis, simul cum lacuna prout a Beroaldo expressa est: quam interpolavit primum Rhenanus edendo: *dandumque interstitium pœnitentiæ senis:* dissimulata lacuna: quod insequentes Editores secuti sunt. Ego satius duxi sinceram Codicis scripti lectionem reducere quamvis corruptam, quam conjecturam manifestissime falsam pro Taciti verbis venditare. *Ryckius.*—2 Mallet Acidalius, *faustisque*. Nihil tamen mutaverim.

NOTÆ

Suadebat iste, saltem vel Germanicorum memoriæ magnæ (Drusi avi, et filii, qui pater aut maritus horum), Germanicorum, inquam, memoriæ hoc largiendum, ut spatium esset pœnitentiæ senis.

Posse enim illum ad bonam mentem redire, si tempus medium esset, nec jussio ejus statim patraretur. Sane aliquid de Germanicis fuit: etsi locus fortasse non plenus. *Rhenanus.*

Scripsit Tacitus; *Dandumque Germanico interstitium pœnitentiæ senis.* Hoc Germanico, optimo principi, debemus, ut priusquam atrocius quid in ejus conjugem Agrippinam, in filium Neronem statuamus, relinquamus interstitium pœnitentiæ morosi et nimium præcipitis senis Tiberii.

Lipsius malebat, *Germanicis.* Contra Taciti morem. Tiberius Ann. III. 'Id solum Germanico supra leges præstiterimus, quod in curia potius, quam in foro, apud senatum, quam apud judices, de morte ejus anquiritur.' *Boxhorn.*

triste illo die patratum. Ferebantur etiam, sub nominibus Consularium, fictæ in Sejanum sententiæ;[i] exercentibus plerisque per occultum, atque eo procacius, libidinem ingeniorum: unde illi ira violentior, et materies criminandi: 'spretum dolorem Principis ab Senatu: descivisse[3] populum: audiri jam et legi novas conciones, nova Patrum consulta: quid reliquum, nisi ut caperent ferrum? et, quorum imagines pro vexillis secuti forent,[j] Duces Imperatoresque deligerent?'

5. Igitur Cæsar, repetitis adversum nepotem et nurum probris, increpitaque per edictum plebe, questus apud Patres, 'quod fraude unius Senatoris Imperatoria majestas

sic nihil mœstum illo die perpetratum. Vulgabantur etiam suppositæ in Sejanum sententiæ, nomine consularium, dum plerique indulgent procacitati ingeniorum per secretum; ideoque petulantius: unde illi ira atrocior et occasio fingendi struendique crimina: contemtam ultionem principis a Patribus; defecisse plebem, jam audiri recitarique novas orationes, nova decreta Patrum; quid superesse, nisi ut capesserent arma? et quorum effigies pro signis et aquilis sectati essent, duces principesque assumerent?

Itaque Tiberius, instauratis criminibus adversus Neronem et Agrippinam, et incusato per edictum populo, cum expostulasset apud senatum, quod dolo unius

Brotier.—3 *Principis ab senatu: descivisse.* Ita optime distinxit Lipsius. Perperam Beroaldus et veteres, *principis: ab senatu descivisse populum.* Idem.

NOTÆ

[i] *Sententiæ*] Sic fingebant illi: cum nondum satis compertum esset in vulgus, quid actum, quid dictum in senatu esset a Patribus, talia fingebant, exercebantque ingenia pro libidine, sed tamen in exitium eorum quos salvos vellent, usque adeo levis est mortalium prudentia: tanta libido exercendi linguam, vel stylum adversus imperitantes.

[j] *Et, quorum imagines pro vexillis secuti forent*] Obiter annotabo locum istum allatum fuisse a Lipsio supra l. II. 83. ubi agitur de honoribus Germanico post mortem decretis: inter quos equester ordo instituit, uti turmæ idibus Juliis imaginem ejus sequerentur; allatus, inquam, hic locus libri V. tanquam ex l. VI. quod corrigendum.

Et ex eo isto loco l. V. inferebat Lipsius, Equites Rom. idibus Juliis, in transvectione, imaginem Germanici pro vexillo secutos; ut nempe populus hic sequitur imagines Agrippinæ et Neronis pro vexillis.

Quod tamen non serio dictum Tacito, sed relatum tanquam criminante Sejano, quod crimen falsum, ut cetera alia Sejani: nec sequebatur populus tales imagines pro vexillis, sed tantum ut instaurarent decus Cæsarum, et salutem domus Germanici procurarent assererentque, festis etiam in ipsum Tiberium ominibus.

elusa publice foret: integra tamen sibi cuncta' postulavit:[k] nec ultra deliberatum, quo minus, non quidem extrema decernerent, id enim vetitum, sed, 'paratos ad ultionem, vi Principis impediri' testarentur.[l]

senatoris majestas principis frustrata palam esset, ex integro rem referri *flagitavit: nec ultra dubitatum, quin non quidem ultima statuerent, id enim prohibitum, sed* promtos ad vindictam, potestate Cæsaris se retineri *profiterentur.*

NOTÆ

[k] *Integra tamen sibi cuncta postulavit*] Vertit Harlæus, quasi Tiberius postulasset, ut ad se res integra et injudicata remitteretur. Immo relinquit permittitque rem arbitrio Patrum, et postulat judicium illorum, tanquam in re nondum agitata, et quasi nondum disceptata in senatu esset.

Et certe auditis his literis Tiberii, non amplius dubitavere Patres, quin decernerent, non quidem extremum supplicium, hoc enim vetabatur iisdem literis, sed se paratos ad omnem ultionem, quam vellet princeps, profiterentur, et simul decrevere, ut relegarentur clauderenturque insulis Agrippina et Nero.

Quod et factum statim; ut olim sub Augusto eadem pœna damnarant Julias, filiam ac neptem Augusti, et Postumum Cæsarem. Nullum quippe scelus sine exemplo admittitur.

[l] *Vi principis impediri testarentur*] Malum tuum, Corneli, fatum! Non paginæ aliquot, sed libri hic perierunt, quibus gesta fere triennii continebantur, de Agrippinæ liberorumque ejus exitu, de Sejani spe conatuque, de ejusdem cum agmine amicorum strage, de Liviæ flagitiis et morte; ad summam, flos quasi historiæ tuæ. *Lipsius.*

Vi principis impediri testarentur] Desiderantur reliqua actorum hujus anni, in queis, quemadmodum Agrippina in insulam Pandatariam relegata sit, Nero in Pontiam, ubi uterque eorum interfectus est jussu Tiberii. Auctor Sueton. in Caligula.

Desiderantur et acta insequentis anni, quo M. Vinicius, L. Cassius Coss. fuerunt; quorum uterque postea Tiberii progener fuit, ut postea dicetur. Tum ut Sejanus eo usque creverit, ut Tiberius vulgo insulæ præfectus, Sejanus pro imperatore haberetur: quem jam Tiberius metuens, neque aperte adoriri ausus, consulem secum designavit; et ad senatum scribens, Sejanum suum, suarum curarum participem, nominabat.

Iniit consulatum Tiberius absens, Kal. Januarii, sine collega. Sejanus autem collega, ab eo ascitus, Kalend. Febr. in urbem venit, consulatumque auspicatus est. Consules una fuere ad Idus Maias. Toto illo tempore Sejanus non consulatus, sed imperii collega habebatur.

Idibus Maii, suffecti in eorum locum C. Memmius Regulus, Fulcinius Trio. Hic ex Sejani clientela; ille non tam a Sejano alienus, quam ambiguus fidei, et privatis utilitatibus officium metiens.

Tiberius interea explorandis senatus in Sejanum animis, per epistolas modo eum laudibus tollere; interdum oblique perstringere: nonnunquam de eo contemtim loqui: et ut advertit eas res quibus Sejani potentia minueretur, non aversis animis accipi, jamque plerosque reperiri, qui nutarent, confidentior factus, nonnullos e

6. * Quatuor et quadraginta orationes[m] super ea re habitæ, ex quis ob metum paucæ, plures assuetudine, * ' mihi

Orationes quatuor et quadraginta super eo negotio pronunciatæ, ex quibus ob formidinem paucæ suppressæ, plurimæ pro more vulgatæ sunt. * Ego mihi dede-

NOTÆ

cultoribus ejus afflixit: quosdam quibus ille infensus erat, ornavit.

Varie inter ea Sejani animus inter spem, et metum fluctuabat: nam et tam alte subvectus, ut paulum deesse videretur ad summum, non minus se Tiberio, quam Tiberium sibi metuendum esse ducebat: et fato nunquam securæ potentiæ per scelera quæsitæ, terrebat simul timebatque.

Nec minus suspensa civitas Sejano, neque tanto, ut prius, studio colere, neque tamen aperte ab eo desciscere audebat: infixa penitus in plerisque omnibus opinione, nihil sincerum esse Tiberii: nunquam voluntatem ipsius ita perspici posse, ut non immineret periculum, si qui præpropere obtemperassent. Multis jam exitiosum fuisse, quod de voluntate ipsius ac sententia, ex vultu ac verbis judicassent. *Muretus.*

Testarentur] Vertit interpres Gall. quasi responderent principi; quod falsum de senatoribus. Postquam retulisset consul, consensus patrum, seu senatusconsultum mittebatur Cæsari, a consulibus nempe.

Et tum, cum testarentur in senatu se paratos ad ultionem, nondum respondebant Cæsari, sed consuli; nempe interroganti quid censerent, priusquam nuntiaretur constitutio illa quæcumque fuerit Tiberio. Quantum patet ex Sueton. Agrippina Neroque in insulas translati sunt lecticis obditis.

[m] *Quatuor et quadraginta orationes*] Quæ præeunt, gesta sunt Fufio et Rubellio coss. initio anni: hæc autem C. Memmio Regulo et Fulcinio Trione. Ita interciderunt acta pleraque anni 782, acta omnia anni sequentis, quo Coss. M. Vinicius et L. Cassius: item hujus anni, quo ex Kal. Maii suffecti Tiberio et Sejano consules Regulus et Trio. *Lipsius.*

Quatuor et quadraginta orationes] Id pertinere possit ad ea quæ præcedunt, nempe ita ut testarentur Patres se paratos ulcisci principem, non quidem, ut extrema, id est mortem statuerent, (id enim vetabat Tiberius, non amore nepotum, sed metu populi militumque;) testabantur autem Patres se paratos ad ultionem per illas orationes quadraginta quas in senatu habuerunt, et quibus sententiam promebant de re relata adversus Agrippinam et Neronem.

Ex quibus orationibus paucæ ob metum Cæsarum statim suppressæ, plures assuetudine et adulatione in Tiberium et Sejanum editæ et vulgatæ sunt, ut conjicio. Constituere autem Patres, quod habetur apud Suet. Tib. 53. ' Novissime calumniatus (Agrippinam) modo ad statuam Augusti, modo ad exercitus confugere velle, Pandateriam relegavit; convitiantique oculum per centurionem verberibus excussit. Rursus mori inedia destinanti, per vim ore diducto infulciri cibum jussit.'

De Nerone et Druso filiis ipsius, sic Sueton. 54. ' Accusavit per literas, amarissime congestis etiam probris, et judicatos hostes fame necavit; Neronem in insula Pontia, Drusum in ima parte palatii.' et infra 64. ' Nepotes nunquam aliter post damnationem, quam catenatos, obsutaque lectica, loco movit; prohibitis per militem obviis ac viatoribus respicere usquam, vel consistere.'

pudorem aut[n] Sejano invidiam allaturum censui. * Versa est fortuna, et ille quidem, qui collegam[o] et generum asciverat, sibi ignoscit: ceteri, quem per dedecora fovere, cum scelere insectantur. * Miserius sit, ob amicitiam accusari,[1] an amicum accusare,[p] haud discreverim. * Non crudelita-

cus, aut Sejano amico odium importaturum existimavi; nunc vero cum mutata est fortuna, et ille quidem sibi parcit, qui consortem imperii Sejanum generumque assumserat. Alii non sine scelere invehuntur in eum ipsum, quem per flagitia coluere ac celebravere, nec certe facile intellectu, an calamitosius sit deferri propter amicitiam, an amicum deferre. Ego non sævi-

1 Boxhornius omittit, *accusari:* mox emendat, *amicum accusari.* Pessime.

NOTÆ

[n] *Mihi pudorem, aut*] Ἀποσπασμάτιον ex oratione cujuspiam damnandi ob Sejanum, uti et sequens membrum.

[o] *Et ille quidem qui collegam*] Id quoque a M. Terentio ob amicitiam Sejani reo, dum se defenderet, Tiberio exprobratum, infra l. VI. 'Insidiæ in rempub. consilia cædis adversum imperatorem, puniantur. De amicitia et officiis, idem finis et te 'Cæsar, et nos absolverit.'

Liberius adhuc Gætulicus superioris Germaniæ legatus, Tiberio in eandem sententiam scripsit, eodem l. VI. 'Affinitatem sibi cum Sejano haud sponte, sed consilio Tiberii, cœptam: perinde se, quam Tiberium falli potuisse, neque errorem eundem, illi sine fraude, aliis exitio habendum.'

[p] *Ob amicitiam accusari, an amicum accusare*] *Accusare amicum* est, facere, quod illi, qui, quem per dedecora foverant, nunc insectabantur: quod faciebat Satrius Secundus, ex emissario et satellite Sejani, conjurationis index. Hi, modo sic subterfugerent Tiberium sævientem, neque ab sese, neque a vulgo pro *miseris* habebantur. Ut quivis improbi, quamdiu pœnam evitant.

At hic noster cum philosophis *miserum* censet et felix scelus: ac perinde *miseros* dicit, qui prodendo fidem et ejurando amicum sese tutantur, et qui, quod non inficientur amicitiam, in periculo versantur.

Scilicet ut, cum utrimque miserum sit; hinc quia turpitudo adest, inde quia fulmen damnationis imminet; ostendat, justius se consilium cepisse, forti, ut illi putabant, exitu hoc anceps evadendi. *Gronovius.*

Ob amicitiam] Forte ob solam amicitiam Sejani iste, quicumque sit, accusabatur, nullius mali consilii particeps, forte sciens conjurationis, non tamen socius aut particeps, attamen reus majestatis, quod non aperuisset ea consilia principi, quod amicum suum non accusasset.

Qui ita reus tamen ut sponte moreretur, quod patet his verbis: 'Non crudelitatem, non clementiam cujusquam experiar.' Ita reus ut forte nec accusari, nec damnari jure posset: moritur forte sola amicitia Sejani perculsus, sola ista amicitia reus, nullo alio crimine.

Quod conjicitur ex iis quæ infra: 'Neque Cæsar ullis criminibus aut probris defunctum insectatus est, cum in Blæsum, &c. incusavisset,' qui avunculus Sejani, et qui haud dubie sceleri et conjurationi proximus,

tem, non clementiam cujusquam experiar, sed liber, et mihi ipsi probatus, antibo[2] periculum. Vos obtestor, ne memoriam nostri per mœrorem, quam læti,[q] retineatis,[3] adjiciendo me quoque iis, qui fine egregio publica mala effugerunt.'

7. Tunc, singulos, ut cuique assistere,[1] [r] alloqui, animus erat, retinens aut dimittens, partem diei absumsit, multoque adhuc cœtu, et cunctis intrepidum vultum ejus spectantibus, cum superesse tempus novissimis crederent, gladio, quem sinu abdiderat, incubuit. Neque Cæsar ullis criminibus aut probris defunctum insectatus est, cum in[2] Blæsum[s] multa fœdaque incusavisset.

tiam, non indulgentiam cujusquam explorabo, sed liber et mihi ipsi acceptus antevertam discrimen. Rogo vos ne memoriam nostri per tristitiam potius, quam per gaudium conservetis, me etiam iis adjungentes, qui honesto exitu, publicis calamitatibus sese ipsi exemere.

Tunc unumquemque vel remanere, vel valere jubens, prout ipsi præsto esse, aut eum affari cupido erat, sic *partem diei impendit, et frequenti adhuc conventu, et cunctis interritam faciem ejus cernentibus, cum nondum adesse tempus* mortis *existimarent, ferro, quod sinu occultarat, se transfodit. Neque Tiberius ullis criminationibus aut contumeliis mortuum incessit, cum tamen Blæso plurima turpiaque objectavisset.*

Brotier.—2 Sic libri omnes editi. Brotier. *anteibo.*—3 Vulgo diceremus, *vos obtestor, ut memoriam nostri læti potius, quam per mœrorem, retineatis* Nihil tamen peccat vulgata scriptura, ut placet Boxhornio. *Idem.*

1 Male Vertranius, *ut cuique adstitere.* Boxhornius, *ut cuique adstiterat.* Idem.—2 Mallet Lipsius præpositionem, *in*, omitti. Eam Gronovius merito tuetur auctoritate Livii, XXVII. 1. *Idem.*

NOTÆ

non tantum amicitia aut propinquitate Sejani reus, et qui se pariter occiderat, ut conjicere est. Vide rem similem apud Curtium, ubi de Philota; et in nostra historia Gall. de illustrissimo Thuano, sub Ludovico XIII.

[q] *Ne memoriam nostri per mœrorem, quam læti, retineatis*] Sup. *magis*, id est, ne recordatio mei et mortis hujus vos magis contristet, quam lætificet, ut mortem meam malitis plausu, quam planctu prosequi, ut malitis eam laudare, quam lugere. Vide Senecam ad Marciam c. 2. et 3. 'Octavia Marcelli memoriam retinuit per mœrorem: Livia Drusi, post primum illum doloris impetum, læta.'

[r] *Singulos, ut cuique assistere*] *Assistere* hic est, genus officii, quod si decubuisset ille magnanimus, fuisset, *assidere.*

Qui venerant, ut assisterent, ut ei præsto essent, ut præsentiam commodarent tanti viri supremis, eos retinebat; iis vultu, nutu, verbis significabat gratum sibi esse, quod adessent.

Qui vero, ut brevi alloquio, sive ob id ipsum, quod agebatur, sive ob aliud negotium, potiti discederent; eos cum responso sedate placideque, nihil turbatus, dimittebat. *Gronovius.*

[s] *Cum in Blæsum*] Recte sic apud

8. Relatum inde de P. Vitellio et Pomponio Secundo: illum indices arguebant, 'claustra ærarii,[t] cui præfectus erat, et militarem pecuniam rebus novis obtulisse:' huic a Considio, Prætura functo, objectabatur 'Ælii Galli[1] amicitia, qui, punito Sejano, in hortos Pomponii, quasi fidissimum ad subsidium, perfugisset:' neque aliud periclitantibus auxilii, quam in fratrum constantia[u] fuit, qui vades extitere: mox, crebris prolationibus, spem ac metum juxta gravatus Vitellius,[v] petito, per speciem studiorum,[w] scalpro, levem

Actum postea de P. Vitellio, et Pomponio Secundo; Vitellium delatores incusabant claves ærarii, cui impositus erat, et opes militi destinatas novis consiliis exhibuisse: *Pomponio objiciebat Considius qui præturam obierat*, familiaritatem Ælii Galli, qui damnato Sejano fugisset in hortos Pomponii, velut ad tutissimum præsidium; *neque aliud perfugium* eo discrimine, *quam in firmitudine fratrum fuit, qui vades fuere. Postea variis dilationibus spem formidinemque juxta pertæsus Vitellius, postulato, prætextu studiorum, scalpro, modicum vul-*

1 Sic optime emendavit Lipsius. Æliæ enim gentis cognomen Gallus. Perperam Beroaldus, *Velii Galli*. Brotier.

NOTÆ

Livium XXVII. 1. 'Ipse in Fulvii similitudinem nominis increpans:' et l. XXX. 20. 'In se quoque ac suum ipsius caput execratum.'

[t] *Claustra ærarii*] Puto hic agi tantum de ærario militari, quod explicat Tac. per *militarem pecuniam*, nec enim utrique ærario simul idem præfectus fuisset, nempe ærario populi, et militari.

[u] *In fratrum constantia*] Suetonius ita narrat, ut de uno fratre modo dicat. 'Publicus,' inquit, 'post præturæ honorem, inter Sejani conscios arreptus, et fratri in custodiam datus, scalpro librario venas incidit et obligari se passus, in eadem custodia, morbo periit.' *Gronovius.*

Sic Tacitus, quia Publius fratri in custodiam datus, sicque fratrum mutua constantia fuit; vel, quia habuit plures fratres, qui forte omnes pro salute illius prædes et deprecatores, licet uni præcipue traditus sit. Videtur innuere Tac. Pomponium etiam traditum fratri, *neque aliud periclitantibus*, nempe Vitellio et Pomponio, *auxilii quam in fratrum* suorum *constantia.*

[v] *Gravatus Vitellius*] Quam a se ipso mutatus vir ille, qui post Pisonem inimicum Germanici et interfectorem accusatum condemnatumque, ac 'post præturæ honorem' ex ea pietate obtentum, 'inter Sejani conscios arreptus et in custodiam fratri datus, scalpro librario venas sibi incidit: nec tam mortis pœnitentia, quam suorum obtestatione obligari, curarique se passus, in eadem custodia morbo periit!' Sueton.

[w] *Per speciem studiorum*] Doctus enim fuit, et scripta reliquit. Tertullianus de anima: 'In Vitellii commentariis conditum est.'

Scalpro] Scalprum instrumenti ferrei nomen est, quo plures artifices utuntur, ut *scalpra sutoria* Horatio; et Cor. Celsus inter instrumenta chirurgica scalprum ponit. Hic putarim accipi pro eo instrumento, quo studiosi pennas acuunt, aut aptant.

ictum venis intulit, vitamque ægritudine animi finivit. At Pomponius, multa morum elegantia et ingenio illustri, dum adversam fortunam æquus tolerat, Tiberio superstes fuit.

9. Placitum posthac, ‘ut in reliquos[x] Sejani liberos adverteretur;’ vanescente quanquam plebis ira, ac plerisque per priora supplicia lenitis. Igitur portantur in carcerem, filius imminentium intelligens, puella adeo nescia,[y] ut crebro interrogaret, ‘quod ob delictum, et quo traheretur? neque facturam ultra:’ et, ‘posse se puerili verbere moneri.’ Tradunt temporis ejus auctores, ‘quia, Triumvirali supplicio affici virginem,[z] inauditum habebatur, a carnifice, laqueum juxta,

nus venis inflixit, et confectus tædio mortem obiit. Sed Pomponius plurima suavitate morum, et ingenio celebri, dum fortunam improsperam æquo animo sustinet, Tiberio supervixit.

Decretum deinde, ut in ceteram Sejani sobolem animadverteretur; *quamvis senescente jam indignatione vulgi, et multis per prima supplicia placatis. Itaque rapiuntur in custodiam, filius impendentium* malorum *gnarus, filia adeo inscia, ut identidem quæreret*, quam ob culpam, et quo raperetur? Neque se commissuram amplius, et posse se puerili flagro corripi. *Memorant ejus ævi scriptores*, quia more tradito nefas erat puellam per triumviros capitales interfici, prius

NOTÆ

[x] *In reliquos*] An liberi aliqui Sejani jam puniti erant? suspicari audeam per *τὸ reliquos*, debere intelligi liberos qui superstites essent patri, seu casui et exitio illius: et Apicata uxor Sejani ordinem sceleris seu veneni Druso propinati tum tantum aperuit, cum trahi filios suos ad supplicium vidisset; quod semel, ut puto, peractum est.

Et cum addit Tacitus: ‘portantur in carcerem filius, &c. puella adeo nescia;’ quasi de unico filio, et unica puella videtur intelligere, quæ destinata quondam filio Claudii uxor. Ante annos octo ejecta domo Sejani Apicata, sicque illi liberi nondum pubertatem ingressi erant, filius grandior, prætextatus tamen.

Hanc suppliciorum stragem refert Sueton. Tib. 61. ‘Viginti uno die abjecti tractique sunt, inter eos pueri et fœminæ. Immaturæ puellæ, quia more tradito nefas esset virgines strangulari, vitiatæ prius a carnifice, dein strangulatæ;’ quod uno loco et semel memoravit Suetonius; semel et Dio, qui non id reticuissent, si bis in Sejani liberos sævitum esset.

[y] *Puella adeo nescia*] Illa ipsa, quæ sponsa Claudii filio, ut hic notat Dio. *Lipsius*.

[z] *Triumvirali supplicio affici virginem*] Triumviri, qui alias judices capitales, prorsus iidem Romæ, qui Undecimviri Athenis: munus eorum præesse carceri, punire damnatos; itemque cognoscere de furtis admissisque servorum, aut ejusmodi viliorum capitum, ad Mæniam columnam.

Quod idem in Atheniensibus fuisse disco ex Suida: ‘Undecimviri Athenis sunt magistratus qui curam habent eorum qui damnati sunt, in carcere, ad quos ducebantur fures et plagiarii.’ Nec ambigo quin Romanis exemplum inde.

Sed cur, ait, inauditum virginem

compressam: exin, oblisis faucibus, id ætatis corpora in gemonias abjecta.'[a]

10. Per idem tempus Asia atque Achaia exterritæ sunt, acri magis, quam diuturno rumore, 'Drusum, Germanici filium,[b] apud Cycladas insulas, mox in continenti visum:'

vitiatam esse a tortore, prope laqueum; dein strangulatam, et ejus ætatis cadavera in Gemonias projecta.

Eadem tempestate Asia et Achaia perturbatæ sunt rumore vehementi magis quam diuturno, conspectum Drusum Germanico genitum apud Cycladas insulas,

NOTÆ

affici triumvirali supplicio, id est, laqueo? id quidem ita ceperim, quasi non simpliciter virginem dixerit, sed impubem investemque. Lex enim non tam virginitati ignotum cautumque voluit, quam ætati. Ita nec pueros interfici fas, nisi toga sumta, et relatos in viros.

Hinc apud Dionem scriptum, a Triumviris in proscriptione jussum puerum quendam togam virilem sumere, ut scilicet jure posset interfici, l. XLVII. 'Ob id alia plurima præter leges patrata facinora sunt: ita ut etiam puer quidam in ephebos ascriptus sit, ut quasi viris accensitus interfici jure posset.' Apuleius II. Apol. de puero præcoci malitia. 'Hoc magis noxius, quod cum venia perniciosus est: et nondum pœnæ, jam injuriæ sufficit.' Quam causam et hic subesse arbitror, ut compressa devirginataque mulier videretur et plena annis. *Lipsius.*

Puto tamen id tributum innocentiæ, et pudori sequioris sexus, ut puella immatura viro non strangularetur, idque ita intelligendum de virgine, nempe, quæ necessitate naturæ et ætatis talis esset; et quasi sic nondum malitiæ vel crimini, ita neque pœnæ, matura videbatur.

Triumvirali supplicio] Triumvirale supplicium, quo reus in carcere afficeretur; ideo Cornelius dicit, quod Romæ tres viri capitales essent, qui carceris custodiam haberent, ut cum animadverti oporteret, interventu eorum fieret.

Duumviri capitales, Tullo Hostilio regnante, sunt creati propter occisam ab Horatio, victore Curiatiorum, sororem: postea, uno addito, *Triumviri* nuncupati. Horum mentionem facit Sallustius in conjur. Catil. et Tacit. in vita Agric.

Animadvertendi in facinorosos talis ratio habebatur, ut primum ad Triumviros capitales crimina deferrentur, qui ad prætorem delata referebant. Prætor vero consilium cogebat, et decretum consilii exequebatur. Valer. v. 4. 7. *Lupanus.*

[a] *Corpora in gemonias abjecta*] Sub Tiberio, inquit Suetonius, 'nemo punitorum non est in gemonias abjectus, uncoque tractus.' Necatum enim in carcere, magnis uncis in forum carnifices, ac inde in profluentem, trahebant, ait Dio; sive, capite abscisso, truncum rei corpus, sive strangulatus laqueo reus fuisset.

Legimus autem et intelligimus ubique *gemonias scalas*, in quibus corpora punitorum populus intueretur. Sed et Plin. VIII. 40. 'Gemonios gradus' ait: in eos cadaver projici et abjici dictum, quod ibi per paucos dies visum, in Tiberim abjiciebatur, cujus in ripa gemoniæ essent.

[b] *Drusum, Germanici filium*] Quem Tiberius, in abdita palatii parte, fame

et erat juvenis haud dispari ætate, quibusdam Cæsaris libertis, velut agnitus,[c] per dolumque comitantibus. Alliciebantur, ignari, fama nominis, et promtis Græcorum animis ad nova et mira: 'quippe elapsum custodiæ,[1] pergere ad paternos exercitus, Ægyptum aut Syriam invasurum,' fingebant simul credebantque. Jam juventutis concursu, jam publicis studiis frequentabatur, lætus præsentibus, et inanium spe;[d] cum auditum id Poppæo Sabino. Is, Macedoniæ tum intentus, Achaiam quoque curabat.[e] Igitur, quo vera, seu falsa anteiret, Toronæum Thermæumque sinum[f]

posthac in continenti: *et erat adolescens fere ejusdem ætatis, cui nonnulli liberti principis, quasi agnovissent, per fraudem se comites adjunxerant. Affluebant imperiti, illecti fama nominis, et pronis Græcorum ingeniis ad res novas et insolitas:* etenim vinclis exsolutum, se conferre ad paternas legiones, occupaturum Ægyptum aut Syriam, *fingebant ipsi credebantque: Jamque affluente juventute, jam vulgi favore celebrabatur, successu præsentium, et spe vana elatus, cum id nuntiatum* est *Poppæo Sabino. Is Macedoniæ tum invigilans, etiam Achaiæ præerat. Itaque ut vera, sive vana præverteret, Toronæum et Thermæum sinum propere præ-*

1 Beroaldus et veteres, *lapsum custodiæ.* Rhenanus et e recentioribus plurimi, *elapsum custodia.* Ernestus, *elapsum custodiæ.* Recte corrigitur, *elapsum;* excidit, *e*, ob præcedentem vocem, *quippe.* Placet quoque, *custodiam;* sic enim supra Annal. I. 61. 'pugnam aut vincula elapsi:' et infra Hist. III. 59. 'Custodias Vitelli elapsum.' *Brotier.* Gronovius et Ryckius *lapsum custodia:* Brotierus et Homerus *elapsum custodiam.*

NOTÆ

postea enecavit, ut paulo post dicetur: tum autem in custodia habebatur.

[c] *Velut agnitus*] Illum comitabantur liberti in speciem, quasi eum agnoscerent, tanquam filium Germanici eum ipsi approbarent, sed revera ut eum dolo proderent: fama hæc erat, quæ sæpe inanis: talia *fingebant* et *credebant.*

[d] *Et inanium spe*] Nihil mutandum. Ille creditus Drusus, Germanici filius, imperium principatumque agitabat animo, quæ nunquam consecuturus erat, et sic *inania* sperabat. Vide historiam Libonis Annal. II. ubi eum *facilem inanibus* vocat Tacitus: idem est, ac si dixeris, facilem ad speranda *inania*, quæ, scilicet, nunquam sit impetraturus.

Speraverat Libo habiturum aliquando se opes, quis viam Appiam, *reginam*, ut ille loquitur, *viarum*, pecunia Brundisium usque operiret. Vana seu *inania* illa vocat Tacitus, non quod vanæ essent tantæ opes, aut inter inania habendæ, sed quod frustra a Libone sperarentur. *Boxhorn.*

[e] *Achaiam quoque curabat*] Ex decreto illo, l. I. quo 'Achaiam et Macedoniam onera deprecantes levari proconsulari imperio tradique Cæsari placuit.'

[f] *Toronæum Thermæumque sinum*] Quorum ille ad Toronem Macedoniæ urbem; hic juxta Macedoniam Axii fluvii receptor.

Toronæum] Toronaicus sinus Mace-

præfestinans, mox Eubœam, Ægæi maris[g] insulam, et Piræeum[h] Atticæ oræ,[i] dein Corinthiense[j] littus, angustiasque Isthmi[k] evadit: marique alio[l] Nicopolim,[m] Romanam coloniam, ingressus, ibi demum cognoscit,[n] solertius interroga-

tervectus, dein Eubœam insulam maris Ægæi, fretumque Isthmi penetrat, et cum alio æquore appulisset Nicopolim coloniam Romanam, illic tandem comperit, callidius

NOTÆ

doniæ provinciæ ad mare Ægæum. Hodie *Ajomama*, in tractu *Emboli* Macedoniæ provinciæ, sub Turcico imperio Europæo.

Thermæumque] Thermaicus sinus Macedoniæ provinciæ ad mare Ægæum: hodie *Salonichi*, ad Archipelagum in Macedonia hodierna, provincia imperii Turcici Europæi. *Tillemonius.*

[g] *Ægæi maris*] Ægæum mare *Archipelago* mare Mediterran. inter Asiam proprie dictam et Macedoniam ac Græciam, ab Æge scopulo, inter Tenedum et Chium, teste Plinio, dictum; in quo insulæ multæ Cyclades et Sporades.

Ægæique] Ægæum mare, pars maris Mediterranei inter Græciam et Asiam minorem peninsulas, &c. Hodie *Archipel* vel *Archipelague*, inter Romeliam regionem et Natoliam peninsulam, in Turcico imperio Europæo et Asiatico. *Tillemonius.*

[h] *Piræeum*] Piræeus, portus Atheniensium ab Athenis 40. stad. distans, *Porto-Lion* Soph. et *Porto di Sethines*, inter Schœnuntem portum et Sunium promontorium.

Pyræum] Pyræus, portus Athenarum urbis, in Attica regione minore Achaiæ provinciæ: hodie *Porte-Lione*, urbis *Atine* portus, in Achaia, provincia imperii Turcici Europæi. *Tillemonius.*

[i] *Atticæ oræ*] Attica, regio minor Achaiæ provinciæ, ad mare Ægæum, in Græcia: hodie pars orientalis *Achaiæ*, seu *Licadiæ* provinciæ ad Archipelagum, sub Turcico imperio Europæo. *Tillemonius.*

[j] *Corinthiense*] Pars orientalis Corinthiacæ regionis minoris ad mare Ægæum, in Peloponneso: hodie pars orientalior *Clarenzæ* tractus, in Morea provincia imperii Turcici Europæi. *Tillemonius.*

[k] *Isthmi*] Isthmus Peloponnesi, qui et Corinthiacus, quo Peloponesus reliquæ Græciæ connectitur, 40. stad. inter Sinum Corinthiacum et Saronicum patet, quem Nero frustra effodere tentavit.

Isthmi] Isthmus Corinthiacus, pars est septentrionalis Corinthiacæ regionis minoris, in Peloponneso provincia Græciæ, et inter Corinthiacum et Saronicum sinus. Hodie vocatur *Hexamile;* est forsan Clarenzæ tractus, in Morea provincia imperii Turcici Europæi. *Tillemonius.*

[l] *Marique alio*] Intelligit mare Ionium. Vide notas II. 53.

[m] *Nicopolim*] Nicopolis, urbs Cassiopæorum populorum ad mare Ionium, in Epiro provincia Græciæ: hodie *Preverza*, urbs tractus Lartæ, in Epiro provincia Turcici imperii Europæi. *Tillemonius.*

[n] *Ibi demum cognoscit*] Vertit interpres Gall. quasi Sabinus juvenem ibi attigisset, illumque interrogasset, accepissetque ex ejus ipsius ore, ipsum *M. Silano genitum, &c.* Quasi vero Sabinus deprehensum illum conscendere navem et petere Italiam permisisset, quasi vero non eum statim in vinculis habuisset, quem per tot ma-

tum, 'quisnam foret,' dixisse,[2] [o] 'M. Silano genitum:'[p] et, multis sectatorum dilapsis, ascendisse navem, tanquam Italiam peteret: scripsitque hæc Tiberio: neque nos[q] originem finemve ejus rei ultra comperimus.

11. Exitu anni, diu aucta discordia Consulum erupit: nam Trio, facilis capessendis inimicitiis, et foro exercitus,[r]

interrogatum Pseudo-Drusum, quisnam esset, *respondisse*, se M. Silani filium esse: *et multis, qui eum frequentarant, abscedentibus, mare conscendisse, quasi in Italiam se conferret: et ea nuntiavit Tiberio. Neque nos initium, aut exitum hujus rei ultra cognovimus.*

Fine anni pridem adulta consulum dissensio prorupit. Quippe Trio promtus suscipiendis odiis, et usu forensi expertus, oblique arguerat Regulum tanquam lentum

2 Ita Ms. Flor. editiones veteres et recentiores. Male in intermediis, *ibi demum cognoscit. Solertius interrogato, quisnam foret? dixit se M. Silano genitum.*

NOTÆ

ria investigarat, quasi vero non eum ipse vinctum Cæsari misisset!

Mens Taciti est, Sabinum, cum Nicopolim venisset, reperisse solertius interrogatum esse juvenem, non publice tamen, ut puto, aut a magistratibus, sed a consciis sese amicos fingentibus, et *dixisse* se M. Silani filium, et se conferre in Italiam. Sive id verum sive id falsum esset, hoc scripsit Tiberio Poppæus; neque ultra rem investigavit Tacitus.

[o] *Solertius interrogatum, quisnam foret, dixisse*] Falsum est quod addunt de suo, juvenem hunc, audito adventu Sabini, desertum esse a sectatoribus, et *ascendisse navem:* hoc non dicit Tacitus. Clarus sensus est, Sabinum Nicopoli demum cognovisse, quod falsus ille Drusus, diligenter interrogatus, quisnam foret, dixerat, se M. Silano genitum: et quod multis sectatorum dilapsis ascenderat navem, tanquam Italiam petiturus. Scripsit ergo hæc Tiberio Sabinus.

Ut puto, falsum dicebat ille juvenis, cum diceret se M. Silano genitum. Sed tamen verum erat, id solertius interrogatum dixisse: sic tamen convincebatur, et fatèbatur ipse, non esse se verum Drusum.

Quicquid sit de origine ejus Silanâ, tamen constat nomen illud Silani fuisse aptissimum turbandis rebus, ob nobilitatem et affinitatem Silanorum cum stirpe Augustæa.

[p] *Silano genitum*] Cujus gener fuit Caligula.

[q] *Neque nos*] At repererunt Zonaras et Dio, qui missum eum ad Tiberium tradiderunt, Caligulæ nuptias Antii celebrantem. *Lipsius.*

[r] *Foro exercitus*] De quo supra II. 27. hic index et delator Libonis, nobilissimum juvenem subvertit: 'Celebre inter accusatores Trionis ingenium erat, avidumque famæ malæ. Statim corripit reum, adit consules,' &c.

Fori experientia illa dicitur in Dial. de Orat. 'Lucrosæ hujus et sanguinantis eloquentiæ usus recens, et malis moribus natus, atque, &c, in locum teli repertus.'

Exercitus] Quantum distet forensi facundia turbaque exercitus orator, a viro inexercitato et inexperto, quamvis diserto, patet ex Dial. de Orat.

'ut segnem Regulum ad opprimendos Sejani ministros,' oblique perstrinxerat: ille, nisi lacesseretur, modestiæ retinens, non modo retudit collegam; sed, 'ut noxium conjurationis,'[s] ad disquisitionem[t] trahebat. Multisque Patrum orantibus, 'ponerent odia in perniciem itura,' mansere infensi ac minitantes, donec magistratu abirent.

ad subvertendos Sejani fautores. *Regulus vero, nisi irritaretur, in lenitatem pronus,* tum *non solum repulit collegam; sed eum ut* participem novissimi consilii *in judicium rapiebat. Plurimisque Patrum eos rogantibus,* ut omitterent inimicitias, quæ in mutuum exitium evadere possent, *perstitere infensi animis vultuque minaces, donec consulatu exirent.*

NOTÆ

[r] Quid aliud infestis patribus nuper Eprius Marcellus, quam eloquentiam suam opposuit? qua accinctus et minax desertam quidem, sed inexercitatam, et ejusmodi certaminum rudem, Helvidii sapientiam elusit.

[s] *Conjurationis*] Nempe quam Sejanus ejusque ministri moliti erant adversus principem, qua scilicet invadere imperium, et occidere Tiberium Capreis latitantem, cum nepote ejus, et reliqua prole Germanici parabant.

[t] *Ad disquisitionem*] Nempe ad judicium et cognitionem Patrum eum trahebat. Exitium tunc ejus dilatum, qui tamen l. VI. 38. sua manu periisse videtur; nam cum ingruentes accusatores sustinere non posset, 'supremis tabulis multa et atrocia in Macronem ac præcipuos libertos Cæsaris composuit,' quod signum mori destinantis fuit.

C. CORNELII TACITI

AB

EXCESSU DIVI AUGUSTI

ANNALIUM

LIBER SEXTUS.

BREVIARIUM LIBRI.

CAP. 1. Tiberii fœdæ libidines. 2. In Sejani et Liviæ memoriam sævitur. Togonii adulationem Princeps irridet. 3. Gallionis increpat et punit. Paconianus. 4. Latiaris. Dissidium Consulum sedat Maximus. 5. Cotta Messallinus accusatus. 6. Tiberii confessio. Tyrannorum occulta supplicia. 7. Cæcilianus, Servæus, Thermus damnati. Delationes crebræ. 8. M. Terentius, ob Sejani amicitiam accusatus, egregie et libere se defendit, et 9. absolvitur. Vestilius se interimit. Plures gregatim accusati.

10. L. Pisonis P. V. mors et funus. 11. Præfecturæ urbis origo et progressus. 12. De Sibyllinis carminibus consultatio. 13. Seditio Romæ ob gravitatem annonæ coërcita. 14. Equites Romani conjurationis crimine cadunt.

15. Germanici filiæ L. Cassio et M. Vinicio locatæ. 16. Fœneratores accusati: repressæ usuræ. 17. Liberalitate Cæsaris fides refecta. 18. Iterum accusationes majestatis, et 19. omnes societatis cum Sejano rei necati.

20. C. Cæsar Claudiam ducit. Tiberii præsagium de Ser. Galba. 21. Ars Chaldæa. Thrasyllus. 22. De fato dubitatio. 23. Asinius Gallus obit. Mors Drusi miseranda. 24. In eum atrox Tiberii animus. 25. Agrippina perit inedia. 26. Cocc. Nerva sponte vita decedit. 27. Mors Ælii Lamiæ, Flacci Pomponii, M. Lepidi.

28. Phœnix in Ægypto visa. Super ea narrationes et judicia. 29. Labeo sponte moritur, invidiam amoliente Tiberio. Scaurus damnationem anteit. 30. Varii cives urbe exacti. Gætulicus mira fiducia evadit.

31. Parthis Artabanum amoturis et petentibus Regem Tiberius dat Phrahatem, et, 32. hoc mortuo, Tiridatem destinat. Orienti Vitellium præficit. 33—35. Parthos Armenii invadunt; hos Albani Iberique Thessalis orti juvant. 36. Artabano in Scythiam profugo 37. Tiridates sufficitur. 38. Romæ Tiberius sævire pergit. 39. Poppæus Sabinus obit.

40. Mors Vibuleni Agrippæ, Tigranis, Æmiliæ Lepidæ. 41. Clitas Cappadoces, Regi suo rebelles, reprimit Trebellius. 42. Tiridates insigne regium accipit, 43. mox Procerum dissidio pellitur, 44. Artabano restituto.

45. Grave incendium Romæ Tiberius liberalitate mitigat. Macro Caligulam captat. 46. Tiberius de successore deliberat: ejus præsagium de Caligula. Morbum dissimulat. 47. Acutia damnatur. Albucilla impietatis in Principem defertur. 48. Arruntius tædio temporum venas resolvit. 49. Papinius se præcipitat. 50. Tiberius defectionem suam tegit, Chariclis medici astu compertam. Finit oppressus. 51. Ejus varii casus et mors. Gesta hæc annis circiter sex.

CN. DOMITIO. M. FURIO CAMILLO
SER. SULPICIO GALBA. L. CORNELIO SYLLA
PAULLO FABIO. L. VITELLIO
C. GESTIO GALLO. M. SERVILIO RUFO
Q. PLAUTIO. SEX. PAPINIO
CN. ACERRONIO. C. PONTIO COSS.

Cn. Domitius et Camillus Scribonianus Consulatum inierant, cum Cæsar, tramisso, quod Capreas[a] et Surrentum[b] interluit, freto, Campaniam[c] prælegebat, ambiguus, an urbem intraret,[d] seu, quia contra destinaverat, speciem venturi simulans: et sæpe in propinqua degressus,[1] aditis juxta Tiberim hortis,[e] saxa rursum et solitudinem maris repetiit, pudore scelerum et libidinum:[f] quibus adeo

Cn. Domitius et Camillus Scribonianus consularem dignitatem obtinuerant, cum Tiberius, trajecto mari, quod Capreas et Surrentum interlabitur, Campaniam prævehebatur, incertus, an civitatem introiret, sive quia contra statuerat, ingressurum se fingens, et sæpe in proxima urbi loca egressus; postquam in hortos prope Tiberim venisset, in rupes iterum et secretum maris sese abdidit, pudore cri-

1 Ita Ernestus et recentiores. In veteribus editionibus, *digressus;* et sic Gronovius et Ryckius.

NOTÆ

Initium sexti libri arbitrario hic constitui, non certo. Cui enim probes, tantam vim rerum, quantam dixi, trienniique gesta, uno libro cum sequentibus inclusa fuisse?

Secrevi igitur, non quia liqueret mihi initium in his demum verbis faciendum: sed quia magnitudinem resque gestas æstimanti, ita videbatur. Denique ut scires saltem, hunc vulgo quintum librum in duo esse tribuendum. *Lipsius.*

[a] *Capreas*] Capreæ, insula Campaniæ provinciæ et in mari Tyrrheno: hodie *Capri*, ad oram provinciæ Terræ Laboris in regno Neapolitano; paret regi Catholico. *Tillemonius.*

[b] *Surrentum*] Urbs Campaniæ provinciæ in ora: hodie *Sorrento*, urbs provinciæ Terræ Laboris, in regno Neapolitano. De *Surrentino* promontorio dictum in notis l. IV. c. 67. *Tillemonius.*

[c] *Campaniam*] Campania provincia Italiæ antiquæ ad mare Tyrrhenum: hodie partes fere dimidiæ provinciarum Terræ Laboris et Principatus Citerioris, vulgo *Terra di Lavoro* et *Principato Citra*, in regno Neapolitano, sub ditione Regis Catholici. *Tillemonius.*

[d] *Ambiguus, an urbem intraret*] Vox ea, *ambiguus*, sic, ut puto, sumi potest; dubitans ipse, *an intraret*, et de quo dubitabatur, *an intraret*. Itaque se intraturum fingebat, et velle intrare; et dubitare, an intraret, forte simulabat.

[e] *Juxta Tiberim hortis*] Hortos Cæsaris accipio, de quibus Horat. 'Trans Tiberim longe cubat is prope Cæsaris hortos.' Ii vicini Naumachiæ fuerunt, si quidem eadem de re Suetonius Tiber. cap. 72. 'Bis omnino toto secessus tempore Romam redire conatus, semel triremi usque ad proximos Naumachiæ hortos subvectus est, disposita statione per ripas Tiberis, quæ obviam prodeuntes submoveret.' Vide iis de hortis et Sueton. Julio, cap. 83. *Lipsius.*

[f] *Libidinum*] Sueton. Tib. 42. 'Sestio Gallo libidinoso ac prodigo seni,

indomitis exarserat, ut, more Regio,[g] pubem ingenuam stupris[h] pollueret: nec formam tantum et decora corpora, sed in his modestam pueritiam, in aliis imagines majorum,[i] incitamentum cupidinis habebat. Tuncque primum ignota ante vocabula reperta sunt, *sellariorum*[j] et *spintriarum*,[k] ex

minum et voluptatum; quibus adeo invictis atque effrænatis exæstuarat, ut instar regum, liberæ sortis pueros libidinum flagitiis contaminaret; nec pulchritudinem solummodo, et formosa corpora spectabat, *sed et in his pueritiam verecundam, in aliis nobilitatem avorum, irritamentum libidinis eligebat. Et tunc primum inaudita ante nomina excogitata sunt,* sellariorum *et* spintriarum, *ex turpitudine loci, et ex*

NOTÆ

olim ab Augusto ignominia notato, et a se ante paucos dies, apud senatum increpito, cœnam ea lege condixit, ne quid ex consuetudine immutaret aut demeret: utque nudis puellis ministrantibus cœnaretur, &c. Novum denique officium instituit a voluptatibus, præposito equite Rom. T. Cæsonio Prisco.'

[g] *More Regio*] Livius l. XXVII. de Philippo ultimo rege Macedonum: 'Neque enim omnia emebat, aut eblandiebatur, sed vim etiam flagitiis adhibebat: periculosumque et viris et parentibus erat, moram incommoda severitate, libidini regiæ fecisse. Uni etiam principi Achæorum Arato ademta uxore nomine Polycratia, ac spe regiarum nuptiarum in Macedoniam asportata fuerat.'

[h] *Stupris*] Nonius, 'Virgines non solum fœminæ dicuntur, verum etiam pueri investes. Nam et quicumque ex ephebis excesserant, devirginari dicebantur. Varro περὶ εἰσαγωγῆς: quam sympathiam lubeat oculos haberet, quid imaginum interesset puer utrum esse devirginatum usurus, an monuce ῥώσας purus dum cogito.' Sic et filii etiam de puellis intelligebantur.

Stupris] Nonius, 'stuprum, quod cum viduis committitur, hoc solum dici putant: veteres pro adulterio et vitio ponunt.' Plaut. Amphit. 'Stupri dedecoris a viro argutam meo.' Sallust. histor. lib. III. 'Ac statim fugitivi contra præceptum ducis, rapere ad stuprum virgines matronasque.'

[i] *Imagines majorum*] Lucan. l. VIII. de Cornelia Pompeii, si ad Parthos fugeret cum marito: 'Proles tam clara Metelli Stabit barbarico conjux millesima lecto. Quanquam non ulli plus regia, Magne, vacabit Sævitia stimulata Venus, titulisque virorum. Nam quo plura juvent Parthum portenta, fuisse Hanc sciet et Crassi.'

Imagines majorum] Sueton. Tib. 45. 'Fœminarum quoque et quidem illustrium capitibus, quantopere solitus sit illudere, evidentissime apparuit, Malloniæ cujusdam exitu.' Quæ recusans pati flagitium, et delatoribus objecta, 'ferro se transegit, obscœnitate oris hirsuto atque olido seni, clare exprobrata. Unde nota in Atellanico exodio, proximis ludis, assensu maximo excepta percrebuit: Hircum vetulum capris naturam ligurrire.'

[j] *Sellariorum*] *Sellaria* loca sunt a *Sellis* dicta, ubi domi sedebant, qui de re aliqua convenerant. Apud Plinium. Sed accipi consuevit pro fornice, locisque voluptuariis. Martialis: 'in sellariolis vagus popinis,' quod ibi fere sedendo, voluptatibus detur opera: hoc autem significat

fœditate loci[l] ac multiplici patientia:[x] præpositique servi,

multiplici ratione patiendi libidines. Præfectique famuli, qui investigarent, rape-

NOTÆ

hic, dum ait, 'Ex fœditate loci.' *Ferrettus.*

Sellaria, ait Lævinus Torrentius, sunt sellæ ipsæ ad libidinem dispositæ. Sic enim et *sellaria*, domus aureæ Neronis, apud Plin. xxxiv. 8. et *sellariolæ popinæ*, apud Martial. ubi non in lectis, sed in sellis accumberent. Inde et *opifices sellularii* Livio.

Ego *cellas*, scio vocari meretricum casulas. Martial. 'Intrasti quoties inscriptæ limina cellæ.' Et Juvenal. 'Ultima cellam clausit.' Et: 'dubitas alta Chionem deducere cella.'

Sueton. in Calig. c. 41. 'Lupanar in palatio constituit, distinctisque, et instructis pro loci dignitate compluribus cellis, in quibus matronæ ingenuique starent, misit circum fora et basilicas nomenclatores, ad invitandos in libidinem juvenes senesque.' Scribo igitur *Cellariorum*. Muretus.

Sellaria loca sunt arcanarum libidinum, in quibus *sellæ* ad libidinem paratæ erant. *Lupanus.*

[k] *Spintriarum*] *Spintrias* aliter Cornelius, aliter Tranquillus accipiunt: hic enim ex multiplici patientia ductum putat vocabulum: ille autem inquit, 'monstrosi concubitus repertores, quos Spintrias appellabat.' *Ferrettus.*

Spintriæ unde dicti sunt, quæsivit Cælius lectionum xiv. cap. 8. Mihi probabilis origo nominis est, ab *Spinturnice*, quam inter aves, quæ sit Plinius xx. 13. et scribit, non invenisse, qui se scire diceret: Santra putat, eam Græcis σπίνθαριν dici: et Sextus Pomponius l. xvii. 'Spinturnix est avis genus, turpis figuræ, occursatrix artificum perdita Spinturnix.' *Vertranius.*

Spintrias exponit Sueton. 'monstrosi concubitus repertores,' et *Spintriam* vocatum Vitellium narrat.

Spintriarum] Sueton. Tib. 43. 'Secessu vero Capreensi etiam sellariam excogitavit sedem arcanarum libidinum: in quam undique conquisiti puellarum et exoletorum greges, monstrosique concubitus repertores, quos spintrias appellabat, triplici serie connexi, invicem incestarent se coram ipso, ut aspectu deficientes libidines excitaret.'

Quæ flagitia statim mari demergere voluit Caius princeps, teste Sueton. Calig. 16. 'Spintrias monstrosarum libidinum ægre, ne profundo mergeret, exoratus, urbe submovit.'

[l] *Ex fœditate loci*] Similia describit Suet. Tib. 43. 'Cubicula plurifariam disposita tabellis ac sigillis lascivissimarum picturarum et figurarum adornavit, librisque Elephantidis instruxit: ne cui in opera edenda, exemplar impetratæ schemæ deesset. In sylvis quoque ac nemoribus passim venereos locos commentus est, prostantesque per antra et cavas rupes, ex utriusque sexus pube, Paniscorum et Nympharum habitu: palamque jam, et vulgato nomine insulæ abutentes, Caprineum dictitabant.'

[x] *Ex multiplici patientia*] Ex diversa ratione libidinum, ex diversitate actionum impudicarum. 'Illic Veneris novæ figuræ.' Martial.

Multiplici patientia] Quidam intelligunt de diversis partibus corporis, quibus flagitia et libidines patiebantur.

qui quærerent,[m] pertraherent, dona in promtos, minas adversus abnuentes; et, si retinerent propinquus aut parens, vim, raptus, suaque ipsi libita, velut in captos, exercebant.

2. At Romæ,[n] principio anni, quasi recens cognitis[o] Liviæ flagitiis, ac non pridem etiam punitis, atroces sententiæ[p] dicebantur, in effigies[q] quoque ac memoriam ejus, et 'bona Sejani ablata ærario, ut in fiscum[r] cogerentur:' tanquam referret.[1] [s] Scipiones hæc et Silani et Cassii,[t] iisdem

rent, exhiberent *largitionem in obsequentes, metum adversus renuentes; et si proximi aut parentes prohiberent, vim, prædam, et pro ingenio ac libidine, velut in captiva corpora desæviebant.*

At in urbe, initio anni, veluti nuper compertis Liviæ sceleribus, ac non pridem etiam damnatis, immanes sententiæ proferebantur in imagines simul et memoriam illius: et ut opes Sejani ademtæ ærario, in fiscum referrentur, *tanquam interesset. Hæc etiam Scipiones, et Silani, et Cassii iisdem fere, aut paulum diversis*

1 Optime Lipsius et recentiores. In Ms. Flor. *tam referret.* Male Beroaldus et veteres, *tum retulere Scipiones. Hæc et Sillani.* Acidalius omittit, *tum retulere.* Tentat Salinerius, *tum referre Scipiones:* Boxhornius, *jam refer-*

NOTÆ

[m] *Qui quærerent*] Nonius: 'Sagæ mulieres dicuntur fœminæ, ad libidinem virorum indagatrices. Unde et sagaces canes dicuntur ferarum vel animalium quæsitores. Lucillius satyrarum lib. VII. 'Ætatem et faciem ut saga, et bona conciliatrix.'

[n] *Romæ*] Roma, urbs Latinorum populorum, in Latio, provincia Italiæ; fuit caput Imperii Romani: hodie vocamus *Rome.* Apud Italos et Hispanos nomen antiquum retinet; urbs est primaria provinciæ Campaniæ Romanæ, et status Ecclesiastici, sedesque summi Pontificis, sive Papæ. *Tillemon.*

[o] *Quasi recens cognitis*] Jam punita erat, jam ipsa extincta fame intra palatium, jubente matre Antonia minore, cui tradita rea erat, pro more veterum.

[p] *Atroces sententiæ*] Pietatem in principem vocabant, quæ vera sævitia erat.

[q] *In effigies*] Sic sævitum in decus et imagines Messalinæ, Poppææ, et aliorum reorum, quorum memoria invisa, aut flagitia damnata erant.

Effigies] Nomina ex actis publicis, et tituli passim ac statuæ locis publicis amotæ, ut exolesceret damnata memoria.

[r] *Ablata ærario, ut in fiscum*] *Ærarium,* populi Rom. est: *fiscus* principis. Infra paulo post: 'signatum argentum fisco vel ærario attinebatur.'

[s] *Tanquam referret*] Quasi alicujus momenti esset, quasi e Republica esset, bona Sejani cogi in fiscum, potius quam in ærarium. Quasi vero non omnia jam invasisset princeps, libertate extincta, oppressa Republica.

[t] *Scipiones hæc et Silani et Cassii*] Deridet Tacitus ingentia illa nomina Scipionum et Silanorum, qui talia flagitia per fœdam assentationem cen-

ferme aut paulum immutatis verbis, asseveratione multa[u] censebant: cum repente Togonius Gallus, dum ignobilitatem suam magnis nominibus inserit, per deridiculum auditur. Nam Principem orabat, 'deligere Senatores,[v] ex quis viginti, sorte ducti et ferro accincti, quotiens curiam inisset, salutem ejus defenderent:' crediderat nimirum epistolæ,[w] 'subsidio sibi alterum ex Consulibus' poscentis, 'ut tutus a Capreis urbem peteret.' Tiberius tamen, ludibria[x] seriis permiscere solitus, egit grates[2] benevolentiæ Patrum: 'sed quos omitti posse? quos deligi? semper ne eosdem? an subinde alios? et honoribus perfunctos, an juvenes?[y] pri-

sententiis, plurima quasi constantia decernebant; cum subito Togonius Gallus, dum obscuritatem nominis infert clarissimis vocabulis, non sine irrisu auditur a patribus. *Quippe rogabat Cæsarem, ut* assumeret senatores, ex quibus viginti sorte lecti, et gladiis instructi, salutem ipsius propugnarent, quoties senatum introisset. *Nempe fidem habuerat literis* Tiberii, *qui alterum consulum postulabat, præsidio sibi* futurum, *ut securus a Capreis Romam veniret. Tiberius tamen ludos rebus seriis intermiscere suetus, retulit grates* pietati *studioque senatus;* sed quos præteriri posse? quos assumi? an perpetuo eosdem? an per vices alios? an qui dignitates obtinuissent? an adolescentes? an privatos, an munia obtinentes?

tur. Brotier.—2 Beroaldus, Gronovius et recentiores, *gratis.* Edidi, *grates*, ne lector offenderetur. De veteri scriptura sæpe dictum supra. Lipsius et alii plurimi, *gratias.* Idem.

NOTÆ

serent asseveratione multa, quasi respub. quasi ipsi senatus essent, non flagitia reipub. quibus se etiam inserit per deridiculum vanus homo et ignobilis Togonius.

[u] *Asseveratione multa*] Quasi serio agerent miseri assentatores, quasi Respublica ageretur. Cum potius servitium ipsi assererent, ligarent acrius, suamque ignaviam palam ostentarent, ac principem corrumperent.

[v] *Deligere Senatores*] Ab equitibus aut senatoribus stipari noluerunt Cæsares. Sueton. Domit. 14. 'Oblatum a senatu novum et excogitatum honorem' recusavit, &c. 'quo decretum erat, ut quoties gereret consulatum, equites Rom. quibus sors obtigisset, trabeati et cum hastis militaribus, præcederent eum, inter lictores apparitoresque.'

[w] *Epistolæ*] Quam scripsit consulibus, cum Sejanum oppressit, teste Suet. Tib. 65. de Sejano: 'Deinde spe affinitatis ac Tribuniciæ potestatis deceptum, inopinantem criminatus est pudenda miserandaque oratione; cum inter alia P. C. precaretur, mitterent alterum e consulibus, qui senem se, et solum in conspectum eorum cum aliquo militari præsidio perduceret.'

[x] *Ludibria*] Sæpius illudebat reipub. orbi, urbi, senatui, et ludibria hæc malis et flagitiis ipsis graviora honestis viris.

[y] *Honoribus perfunctos, an juvenes*]

vatos, an e magistratibus? quam deinde speciem fore, sumentium in limine curiæ gladios? neque sibi vitam tanti,[z] si armis tegenda foret.' Hæc adversus Togonium, verbis moderans: neque ultra abolitionem sententiæ suadere.[a]

3. At Junium Gallionem, qui censuerat, 'ut Prætoriani, actis stipendiis, jus apiscerentur in quatuordecim ordinibus sedendi,'[b] violenter increpuit; velut coram[c] rogitans, 'quid illi cum militibus?[d] quos neque dicta[e] Imperatoris,[1] neque

quale præterea spectaculum fore, patrum enses accingentium in vestibulo senatus? neque sibi incolumitatem tanti videri, si ferro tuenda foret. *Hæc in Togonium, verbis temperans: neque ultra abrogationem decreti admonere* sustinuit.

Sed acriter invectus est in Junium Gallionem, qui statuebat, ut prætorius miles stipendiis emeritis, jus obtineret sedendi inter equites Rom. spectandique ludos, *quasi coram eum interrogans,* quid illi rei esset cum militibus? quos

1 Ita libri omnes. Lipsius mallet, *dicta non imperatoris:* Rhenanus, *dicta nisi imperatoris.* Grotius delet vocem, *imperatoris.* Nihil peccat vulgata scriptura. *Brotier.*

NOTÆ

Quidam ergo in senatu, honoribus nondum functi. Quod manavit ab Augusto: 'qui liberis senatorum, quo celerius Reip. assuescerent, protinus virili togæ latum clavum inducere, et Curiæ interesse permisit,' ait Sueton. Aug. cap. 38. Tacitus Annal. XIII. 'Julius Montanus senatorii ordinis, sed qui nondum honorem capessisset.' *Lipsius.*

[z] *Tanti*] Neque sibi vitam *tanti* pretii videri, ut eam armis conservare vellet.

[a] *Neque ultra abolitionem sententiæ suadere*] Hoc est, nihil aliud præter sententiæ abolitionem, suasit: nec ulterius progressus est. Quasi diceret: Togonium non violenter increpuit, ut postea Junium Gallionem, usque in perniciem.

[b] *In quatuordecim ordinibus sedendi*] Tanquam *equites* essent: causam sententiæ sumsit a primipilaribus, qui functi militia, *equites* censebantur. Simile voluit in prætorianis. Vide me in milit. lib. II. dial. 8. *Lipsius.*

In quatuordecim] Quo loco sedebant equites Romani apud amphitheatrum, in ludis: sic igitur idem decus asserebat Gallio prætorianis emeritis, quod clarissimis *Evocatis.* Nam *Evocati* equestris nobilitatis censebantur.

In quatuordecim] Sueton. Calig. 26. 'Scenicis ludis, inter plebem et equitem causam discordiarum serens, decimas maturius dabat, ut equestria ab infimo quoque occuparentur.' Per licentiam, hæc loca quandoque occupabat populus; quia forte in tanta multitudine vix dignoscebantur equites, aut spernebantur.

Hanc licentiam repressit Domitianus, teste Sueton. 8. 'Suscepta morum correctione, licentiam theatralem promiscue in equite spectandi inhibuit.'

[c] *Velut coram*] Tiberius quasi præsens Junium interrogabat.

[d] *Quid illi cum militibus*] Hoc maxime æmulabantur principes, ne quis

præmia nisi ab Imperatore[f] accipere par esset: reperisse prorsus, quod D. Augustus non providerit: an potius discordiam et seditionem a satellite Sejani[g] quæsitam? qua rudes animos nomine honoris ad corrumpendum militiæ morem propelleret.' Hoc pretium Gallio meditatæ adulationis tulit, statim curia,[h] deinde Italia[i] exactus: et, quia

neque audire imperia, nisi imperatoris fas esset; neque accipere honores aut commoda, nisi ab eodem imperatore liceret. Invenisse certe illum, quod D. Augustus non animadverterit. Num potius dissensionem discordiamque paratam a ministro Sejani, qua imperitos homines, specie decoris, incitaret ad labefactandam militarem disciplinam. *Hoc præmium habuit Gallio quæsitæ assentationis, confestim senatu, mox Italia pulsus, et quia arguebatur,* tanquam

NOTÆ

captaret militare vulgus. Quod innuit Sueton. de Claudio 25. 'Milites domos senatorias salutandi causa ingredi, etiam patrum decreto prohibuit.' Quod non satis cavit mox Galba in Othone, qui 'nullo officii, aut ambitionis in quenquam, genere omisso, quoties cœna principem acciperet, aureos excubanti cohorti viritim dividebat.'

[e] *Quos neque dicta*] Τὸ *nisi* ad duo sic referri debet; *quos par esset, neque dicta,* (seu mandata) nisi *imperatoris, neque præmia, nisi ab imperatore accipere.* Sic igitur ordina, *quos neque dicta,* nisi *imperatoris, &c.*

[f] *Præmia nisi ab imperatore*] Præmium accepit miles; unum, sponte Tiberii, nempe post subversum Sejanum. Sueton. 48. 'Militi post duplicata ex Augusti testamento legata, nihil unquam largitus est, præterquam singula millia denariorum prætorianis, (sunt 100. coronati, seu 300. libræ) quod Sejano se non accommodassent, et quædam munera Syriacis legionibus, quod solæ nullam Sejani imaginem inter signa coluissent.'

[g] *Satellite Sejani*] Forte aliunde suspectus ille sociati cum Sejano consilii. Infra: 'additis quæ ante deliquerant,' et tum erupit recondita Tiberii sævitia, quod etiam intelligens, sic forte quæsierat adulationem Junius, qua sibi reconciliaret principem, et præterita aboleret; nam demerendo prætorianos dominationis assertores, sic et demereri dominantem cogitabat; quod tamen secus evenit.

[h] *Curia*] Puto, idem esse, *senatu pellere,* et *latum clavum adimere.* Sueton. Tib. 35. 'Senatori latum clavum ademit,' &c. Ut urbe pulsus jus togæ amittebat, teste Plinio epist. ita et senatu motus jus lati clavi simul amisisse censebatur, nec ei licuit *in orchestra* sedere in spectaculis.

Quod tamen aliquando permisit Augustus patribus amotis, aut ultro senatu exeuntibus, ut sic aliquatenus dignitatem suam tenerent.

[i] *Italia*] Italia tantum prohibitus erat, sicque cetero orbe, sibi locum exilii deligere potuit, delegeratque Lesbum, cujus amœnitas novo ei exitio fuit.

Italia regio et peninsula Europæ, in latere Meridionali, ad mare Mediterraneum: hodie *Italia* fere integra, et aliquid *Allemaniæ.* Vide Tabulas et Chartas Geographicas Sansonis. *Tillemon.*

incusabatur facile toleraturus exilium, delecta Lesbo,[j] insula nobili et amœna, retrahitur in urbem, custoditurque domibus magistratuum.[k] Iisdem literis Cæsar Sextium[2] Paconia-

non ægre laturus esset exilium, ascita Lesbo celebri et pulchra insula, revehitur in civitatem, clauditurque ædibus magistratuum. Eadem epistola subvertit Tiberius,

2 Beroaldus et veteres, *Sestium Pagonianum.* At infra cap. 39. memoratur, *Sextii Paconiani exitus.*

NOTÆ

j *Lesbo*] Lesbos, Sporadum insularum una in mari Ægæo, et ante Troada provinciam Asiæ minoris: hodie vocatur *Metelin;* est prope Natoliam, in Archipelago, sub præfecto Maris vel Insularum, sub Turcico Imperio Asiatico. *Tillemon.*

Delecta Lesbo insula] Ex antiquo jure notandum, eque ruderibus veteris juris, quod qui damnatus erat in insulam, insula non nominata, haberet facultatem eligendi, in quam insulam trajiceret. Sic Milo delegit Massiliam. Dio lib. XL.

Sunt qui relegantur in insulam, adjecto insulæ nomine, vel in eam insulam quam princeps designaverit. Lib. I. de off. Præfecti urbi.

Sunt alii, qui simpliciter relegantur, non adjecto relegationis loco, ut l. VI. de interdict. et releg. Et iis arbitrium relinquitur eligendi, in quam velint insulam abscedere. *Aurelius.*

k *Custoditurque domibus magistratuum*] Præter carcerem, et custodiam militarem, custodia alia duplex: apud magistratus, et apud Vades.

Apud Magistratus, cum reus Consuli, Prætori, Ædili (interdum et senatori, etiam non e magistratu) committebatur; quod non nisi in reis illustrioribus usurpatum, eaque custodia libera dicta.

Sallustius in Catilinario: 'Senatus decrevit, uti abdicato magistratu, Lentulus, itemque ceteri, in liberis custodiis haberentur. Itaque Lentulus, P. Lentulo Spintheri, qui tum ædilis erat, Cethegus Q. Cornificio, Statilius C. Cæsari, Ceparius Cn. Terentio Senatori traduntur.'

Cicero in Bruto: 'Domi teneamus eam septam liberali custodia.' Quasi alia illa servilis esset. Julius Firmicus: 'In custodia quandoque, sed libera, exponetur.'

Et sane hæc libera, digniorum tantum, et plerumque senatorum. Hieronymus contra Vigilantium: 'sint ergo non tetro aliquo carcere, sed amœna, et libera custodia, tanquam patres quidam ordinis senatorii.'

Dio optime libro LVIII. de Asinio Gallo: qui hanc custodiam φυλακὴν ἄδεσμον, vocat, id est, liberam, et sine vinclis. Et addit, 'custodiebaturque semper a Consulibus, nisi cum Tiberius consul esset; tunc enim a Prætoribus servabatur, non hercle, ne effugere, sed ne mori posset.'

Custodia apud vades erat, cum eorum periculo, fidejussoribus reus tradebatur. Tacitus lib. V. 'Nec aliud periclitantibus subsidii, quam in constantia fratrum fuit, qui vades extitere.'

Clarius de eadem re Suetonius Vitell. cap. 11. 'Publius post præturæ honorem, inter Sejani conscios arreptus, et in custodiam fratri datus.'

Ulpianus l. I. de custod. reorum: 'De custodia reorum æstimare Proconsul solet, utrum in carcerem recipienda sit persona, an militi tradenda, an fidejussoribus committenda.' *Lips.*

num, Prætorium, perculit, magno Patrum gaudio, audacem, maleficum, omnium secreta[l] rimantem, delectumque a Sejano, cujus ope dolus C. Cæsari pararetur: quod postquam patefactum, prorupere concepta pridem[3] odia: et summum supplicium decernebatur, ni professus indicium foret.[m]

4. Ut vero Latinium Latiarem ingressus est,[n] accusator ac reus[1] juxta invisi, gratissimum spectaculum præbebatur.[2] Latiaris, ut retuli, præcipuus olim circumveniendi Titii Sabini, et tunc luendæ pœnæ primus fuit. Inter quæ Haterius Agrippa Consules anni prioris invasit, 'cur, mutua accusatione intenta,[o] nunc silerent? metum prorsus et noxiam[3] conscientiæ[p] pro fœdere haberi: at non Patribus

ingenti patrum lætitia, Sextium Paconianum prætorium, promtum, scelerosum, cunctorum arcana scrutantem, ascitumque a Sejano, cujus fraude exitium Caligulæ pararetur. Quod ubi compertum est, *cogitatæ pridem inimicitiæ erupere, et extrema pœna statuebatur, nisi indicium novorum criminum denuntiasset.*

At postquam invasit ille *Latinium Latiarem, tum delator et reus perinde odiosi infestique, pulcherrimum spectaculum exhibebant. Latiaris, ut memoravi, primus auctor olim decipiendi Titii Sabini, et tunc primus supplicio affectus est. Interea Haterius Agrippa aggressus est consules anni superioris,* cur cum ante se invicem detulissent, nunc reticerent? formidinem certe et criminis conscientiam ha-

3 Optime emendavit Lipsius. Perperam Beroaldus et veteres, *concepta per idem odia*. Brotier.

1 Bene Lipsius. Male Beroaldus, *accusator acrius*. In aliis veteribus editionibus, *accusator Acrius*.—2 Mallet Muretus, *præbebant*. Nihil tamen mutaverim. *Brotier*.—3 Ita Ms. Flor. editiones veteres et recentiores. Rhenanus, *noxam conscientiæ*. Mallet Muretus, *noxæ conscientiam*. Pichena, *noxiam conscientiam*. Nihil novandum. *Brotier*. *Noxiam* Cod. Med. Unde Rhenanus fecit *noxam conscientiæ;* quod plerique deinceps secuti sunt. *Ryc-*

NOTÆ

[l] *Omnium secreta*] Quibus nempe uteretur pro occasione, in aliorum perniciem, et fortunæ suæ incrementum; ut et ceteris delatores, genus hominum in exitium senatus et Reipub. repertum.

[m] *Professus indicium foret*] Alios scilicet accusavit. Observandum igitur, propositam impunitatem reis, qui indicio suo alios sibi reos substituissent. *Pichena.*

[n] *Ingressus est*] Valet *cœpit*, nempe *indicare*. Sic sæpe alibi, ut lib. XI. 'Ingressus defensionem,' &c. Et l. XVI. 'Atque interim Ostorius Sabinus, Sorani accusator ingreditur, orditurque de amicitia Rubellii Plauti,' &c.

[o] *Accusatione intenta*] Sic l. III. 'Ob intenta, ut memoravi, Lepidæ pericula.'

[p] *Noxiam conscientiæ*] Sic Mss. Vulgo *noxam conscientiæ*, et bene. Alii reponunt *noxæ conscientiam*, vel *noxiam conscientiam:* sic intelligere potes, non tamen legere. Sensus est,

reticenda, quæ audivissent.' Regulus, 'manere tempus ultionis, seque coram Principe[q] executurum:' Trio, 'æmulationem inter collegas, et, si qua discordes jecissent, melius obliterari,' respondit. Urgente Agrippa, Sanquinius Maximus,[r] e Consularibus, oravit Senatum, 'ne curas Imperatoris conquisitis insuper acerbitatibus augerent: sufficere ipsum statuendis remediis:' sic Regulo salus, et Trioni dilatio exitii quæsita. Haterius invisior fuit, quia somno aut libidinosis vigiliis marcidus, et ob segnitiam, quamvis crudelem Principem non metuens, illustribus viris perniciem, inter ganeam[4] ac stupra, meditabatur.

5. Exin Cotta Messallinus, sævissimæ cujusque sententiæ auctor, eoque inveterata invidia, ubi primum facultas

beri pro concordia, sed non occultanda Patribus, quæ ipsi comperissent. *Regulus* disseruit, superesse tempus vindictæ, seque, præsente Cæsare, accusationem peracturum. *Trio subjecit*, livorem et contentionem inter collegas, et si qua dissentientes protulissent, satius esse oblivione deteri. *Instante Haterio, Sanquinius Maximus vir consularis, rogavit Patres*, ne labores et munia principis, quæsitis ultra asperitatibus onerarent; parem esse ipsum adhibendis remediis. *Ita Regulo incolumitas parata, et Trioni dilata pernicies. Haterius majus odium in se concitavit, ut qui sopore, aut mollibus vigiliis torpens ac languidus, et qui Tiberium licet atrocem non pavens ob inertiam suam, claris viris exitium inter popinas et flagitia libidinum moliebatur.*

Deinde Cotta Messallinus atrocissimi cujusque decreti repertor, ideoque vetustis odiis expositus, *statim atque se dedit occasio, ob multa incusatur; nempe,* Caligu-

kius.—4 Ita Ms. Flor. et recentiores editiones. Beroaldus vero et veteres, *ganeum.*

NOTÆ

metum prorsus, et conscientiam criminis in utroque consule, pro mutuo fœdere haberi.

[q] *Seque coram principe*] Unum remedium illud inventum malis, ut nempe in adventum et præsentiam principis causas reosque differrent.

[r] *Sanquinius Maximus*] Vere grandiori litera notes, *Sanquinius Maximus*, ut sit ejus gentis cognomen. Nam *Maximum* eo ævo inter consulares fuisse, non placet, nec verum est.

Consul enim suffectus demum fuit ante annos quatuor, urbis anno 781. Præfectum Urbis eum fuisse comperior sub Caio, ex Dionis corruptis verbis, l. LIX. 'Triginta diebus consulatum tenuit Caius, licet L. Apronio Collegæ ad sex menses permisisset consulatum; et ipsi successit Sanquinius Maximus, præfectus urbis;' Sanquinium hunc cape, qui tunc præf. urbi, et secundum Consul.

Præfuit et inferiori Germaniæ, ex Tacito l. XI. 'Chauci nulla dissensione domi, et morte Sanquinii alacres.' *Lipsius.*

data, arguitur[s] pleraque: C. Cæsarem, quasi incestæ[1] virilitatis,[1 t] et, cum die natali Augustæ[u] inter Sacerdotes epula-

lam velut incestæ libidinis arguisse, *et cum, die natali Liviæ, inter sodales Au-*

1 C. Cæsar merito dicitur, *virilitatis quasi incestæ:* quippe qui sororem suam *Drusillam vitiasse virginem, prætextatus adhuc*, credebatur, Sueton. in Caio, xxiv. Mallet Lipsius, *quasi incertæ virilitatis;* frigide, et parum Corneliane. Ut jocus in verbis habeatur, existimat Freinshemius Cottam Messallinum argui, quod *Caiam Cæsarem, quasi incestæ virilitatis* dixerit. Ego a veteri

NOTÆ

[s] *Arguitur*] Nihil ibi deest. Messallinus *arguitur pleraque;* arguitur nempe, *Caium Cæsarem incestæ virilitatis* dixisse. Arguitur *novendialem* cœnam eam dixisse, quæ celebrabatur die natali Augustæ; idque tum *dixisse*, cum isti convivio adhibitus inter sacerdotes epularetur.

Arguebatur etiam dixisse, *illos quidem senatus, me autem tuebitur Tiberiolus meus.* Sic igitur per mentem supple *arguitur pleraque*, nempe *Caium Cæsarem* et quæ sequuntur. Sic sententia integra est.

[t] *Incestæ virilitatis*] Vel ob impudicitiam in genere, ut qui, teste Suet. 36. 'pudicitiæ neque suæ, neque alienæ pepercit.' Vel potius, quia, teste eodem Suet. 24. 'cum omnibus sororibus suis stupri consuetudinem fecit.'

Incestæ] Ita in incesti flagitium pronus, ut matrem suam Agrippinam ex incesto genitam diceret, quasi sic nobilitatem majorem sibi assereret. Sueton. Calig. 23. 'Prædicabat autem matrem suam ex incesto, quod Augustus cum Julia filia commisisset, procreatam.'

Et infra 24. 'Cum omnibus sororibus suis stupri consuetudinem fecit, plenoque convivio singulas infra se vicissim collocabat, (nempe ut sic in sinu ipsius accumberent) uxore supra cubante. Ex his Drusillam vitiasse virginem prætextatus adhuc creditur. Atque etiam in concubitu ejus quondam deprehensus ab avia Antonia, apud quam simul educabantur. Mox Lucio Cassio Longino consulari collocatam (a Tiberio) abduxit, et in modum justæ uxoris propalam habuit.'

[u] *Die natali Augustæ*] Immo vero *Augusti.* Liviæ quidem natalem, post mortem ejus, epulo ludisve celebratum non invenio. Nec vero Tiberius, alias haud pronus in matrem, id permiserit: cum etiam minores quosdam honores a senatu ei decretos vetuerit abrogaritque.

Dionem vide, ubi de iis quæ Liviæ decreta sunt verbum nullum de natali reperies. At de Augusti, certum est: cujus natalis dies, annuis ludis, epulisque celeber. Repete ea, quæ scripsi de Augustalibus ludis ad l. I. *Lipsius.*

Nec certe magnopere solicitus Tiberius de asserendis divinis honoribus Liviæ, immo prohibuit eam consecrari, quasi et ipsa vetuisset. Longe aliter de Augusto, quem ut Deum sæpius vindicabat. Tac. supra.

Sic apud Sueton. Tib. 59. 'Periit denique et is, qui honores in colonia sua eodem die decerni sibi passus est, quo decreti et Augusto olim erant.' Non celebrabatur dies natalis Augustæ per sacerdotes, sed solius Augusti, utpote Divi: nec tanta vehementia vindicaret Tiberius injurias Liviæ factas, ut patet ex Tacito supra.

Augustæ] Reponunt *Augusti.* At-

retur,[v] * *novendialem*[1] eam *cœnam*[o] dixisse: querensque[3] de

gusti convivio accumberet, novendiales eas epulas *vocasse: cumque invectus esset*

scriptura sine necessitate minime discesserim. *Brotier.*—2 *Novemdialem,* Ryckius, Brotierus, et Homerus.—3 Ita Ms. Flor. editiones veteres et recentiores. Male Lipsius et alii nonnulli, *querentemque.* Frustra quoque tentatum,

NOTÆ

tamen licet Tiberius Liviam consecrari prohibuerit, verisimile tamen est, non omnes ejus honores statim sprevisse Romanos proceres, de quibus bene merita erat, quos provexerat, quorum puellas collocarat sua pecunia; et si majestatem divinitatemve Augusti obtrectasset Cotta, illum aspere ulcisceretur Tiberius; at in isto casu illum defendit, quia honores Liviæ Augustæ non admodum curabat. Et certe de Augusto jam vere Divo non potuisset Messallinus dicere *novendialem* eam *cœnam.*

[v] *Inter sacerdotes epularetur*] Observa ergo illo die epulum fuisse, et, ut apparet, per collegia. Dio auctor, senatores tunc convivatos in Capitolio. l. LIV. 'Natalem Augusti Julus Antonii filius, tunc Prætor, celebravit Circensibus, et venatione. Senatum etiam et ipsum Augustum, ex decreto patrum, epulo excepit in Capitolio.'

Videtur idem scriptor hoc convivium extendere ad vulgus etiam hominum, libro eodem infra: 'Et ipsum (Augustum) ob hæc, et alia merita, cum statuis ex ære collato honorarunt, tum etiam isto, quod permiserunt, ut ii, quibus uxor non esset, aut quibus vir deesset, spectare nihilominus una cum aliis, et convivari in natali ejus possent.'

Sed fallor, aut hoc de iis tantum, qui quæve senatorii gradus: quod postea principes servarunt, immo lætitiam hujus diei etiam auxerunt. D. Maximus sermone in Vigiliis Natalis Dominici: 'Lætitia quanta sit,' inquit, 'quantusque concursus, cum imperatoris mundi istius natalis celebrandus est, bene nostis; quemadmodum duces ejus, et principes, omnes etiam militantes, accurati sericis vestibus, accincti operosis cingulis, auro fulgente pretiosis, ambiant solito nitidius in conspectu regis incedere.'

Et paulo posterius: 'Deinde, quia in die natalis sui sciunt eum largum futurum, ac donaturum plurima vel ministris suis, vel his qui in domo ejus abjecti putantur et viles: tanta prius thesauros ejus replere divitiarum varietate festinant, ut in quantum erogare voluerit, in tantum prærogatio copiosa non desit, et ante voluntas donandi deficiat, quam substantia largiendi. Hæc autem ideo soliciti faciunt, quia majorem sibi remunerationem pro hac solicitudine sperant futuram.' Quibus in postremis nota mihi morem donandæ stipis principi; natum, ut opinor, ex more Augusti, qui Kalendis, et alias, solitus erat largiter munera capere, et dare. *Lipsius.*

[o] *Novendialem eam cœnam*] Causam joci paulo altius petendam puto. Mortuis, ritu Romano, non ante diem nonum parentabatur. Tunc iis justa, ludi, epulæ, inscriptio, et funeri finis.

Donatus Phormione: 'in nuptiis septimus dies instaurationem voti habet, ut in funere nonus, quo parentalia concluduntur.' Poëtæ alludunt; ut Virgil. 'Præterea si nona diem

potentia M.[4] Lepidi ac L. Arruntii, cum quibus ob rem pecuniariam disceptabat, addidisse, 'illos quidem Senatus, me autem tuebitur Tiberiolus meus:' neque cuncta[5] [w] a primoribus civitatis revincebatur: iisque instantibus, ad Imperatorem provocavit:[x] nec multo post literæ afferuntur,

adversus potestatem Manii Lepidi, et L. Arruntii, quibuscum de re pecuniaria contendebat, adjunxisse; illos quidem ordo amplissimus juvabit, me vero defendet Tiberiolus meus: *neque minus acriter a principibus civitatis coarguebatur, iisque ingruentibus, Cæsarem appellavit. Brevique interjecto spatio venerunt epistolæ,*

dixisset, addidisset, pro *dixisse, addidisse.* Brotier.—4 Sic reposui ex Ms. remoto τῷ *Manii,* quod a Lipsio insederat hic et alibi. *Ryckius.*—5 Ita Ms. Flor. Jac. Gronovius et recentiores. Perperam Beroaldus, *neque cunctatus:* Lipsius *contatius.* Ridicule tentat Jac. Gronovius, *illos quidem senatus, me autem? Tuebitur Tiberiolus meus me: quæ cuncta.* Pichena vero et Freinshemius mallent, *eaque cuncta.* Quod tamen vix probaverim: nec enim ita indiligens Tacitus, ut scripserit, *eaque cuncta....iisque instantibus.* Si quid mutandum, mallem, *atque cuncta.* Græcorum more dictum, *cuncta revincebatur.* Primores civitatis non revincebant cuncta, quæ objiciebantur, ab eo fuisse prolata. *Brotier.* Lego cum Pichena, *eaque cuncta:* et est idem Græcismus, qui occurrit ante; *arguitur pleraque.* Ryckius.

NOTÆ

mortalibus almum Aurora extulerit.' Ut Statius in Archemori funere: 'Roscida jam novies cœlo dimiserat astra Lucifer.' Et ab ea mente Justinianus in Novella quadam scribit: 'In nonum diem fieri μνήμας defunctorum:' Glossæ; *Novendialia,* Ἔννατα ἐπὶ νεκροῦ ἀγόμενα. Augustinus in Genesim: 'Nescio utrum inveniatur alicui sanctorum in scripturis celebratum esse luctum novem dies, quod apud Latinos novendial appellant.'

Nono ergo illo die, præter alia, cœna funebris epulaque. Julius obsequens: 'in sacro novendiali, cœna Deæ posita, a cane adesa, antequam delibaretur.' Eam vocat Appuleius cœnam feralem, l. IV. Florid. 'Procul igitur faces abigerent, procul ignes amolirentur, cœnam feralem a tumulo ad mensam referrent.' Et Juvenalis: 'Dimidio constrictus gammarus ovo Ponitur exigua feralis cœna patella.' Ubi nota *ova* (quia adhiberi ad lustrationem solita) videri in ejusmodi cœnis tralatitia fuisse, uti lentem, et salem. Ἃ νομίζουσι Ῥωμαῖοι πένθιμα, καὶ προτίθενται τοῖς νέκυσιν, ait in Crasso Plutarchus. Licet in Appiani Parth. eadem narrantis, φακοὺς καὶ μάζαν, *lentem et libum.*

Ad eas ergo *novendiales* cœnas hic allusum, et cum natalis Augusti celebraretur, dies lætus auctorque vitæ, videri sibi Cotta ferales potius eas epulas dixit, sive quia ille natus, exitii causa multis, sive quia ante novem forte dies, multi a Tiberio interfecti. Quod placet. Et mirum ni exciderit is jocus (verior liberiorque, quam ut Cottam deceat) post stragem Sejani.

[w] *Neque cuncta*] Vulgo *neque cunctatius;* alii reponunt *eaque cuncta,* quia concepta pridem odia procerum tum eruperunt, idcirco illum revincunt et arguunt: forte scripsit *æque cuncta:* attamen infra, 'neque segnius consules edixere.'

[x] *Provocavit*] Appellavit Cæsarem:

quibus, in modum defensionis, repetito 'inter se atque Cottam amicitiæ principio, crebrisque ejus officiis' commemoratis, 'ne verba prave detorta, ne convivalium fabularum simplicitas in crimen duceretur,' postulavit.

6. Insigne visum est earum Cæsaris literarum initium: nam his verbis exorsus est: 'Quid scribam vobis, P. C. aut quomodo scribam, aut quid omnino non scribam hoc tempore,[y] Dii me Deæque pejus perdant, quam perire me quotidie sentio, si scio.' Adeo facinora atque flagitia sua ipsi quoque in supplicium verterant. Neque frustra præstantissimus sapientiæ[z] firmare[1] solitus est, 'si recludantur tyrannorum mentes, posse aspici laniatus et ictus; quando, ut corpora verberibus, ita sævitia, libidine, malis consultis, animus dilaceretur:' quippe Tiberium non fortuna, non solitudines protegebant, quin tormenta pectoris suasque ipse pœnas fateretur.

quibus reum veluti defendebat Cæsar, et *commemorato* inter se atque Cottam familiaritatis initio, multisque ejus meritis *celebratis*, *petivit*, ne sermones maligne accepti, et ne facilitas verborum jactorum inter epulas, in scelus verteretur.

Notabile visum est ejus epistolæ exordium; nam his verbis incipiebat Tiberius: Quid scribam vobis, P. C. aut qua ratione scribam, aut quid prorsus non scribam hoc sæculo, si ego scio, Dii me Deæque pejus perdant, quam perire me quotidie sentio. *Usque adeo crimina sceleraque sua etiam ipsi in pœnam conversa erant. Neque abs re sapientiæ doctor excellentissimus* Socrates *dicere solebat*, si reserentur tyrannorum pectora, cerni posse cruciatus et flagella; quandoquidem, ut corpora ictibus ac plagis, ita crudelitate, cupidine, et pravis cogitationibus mens eorum lanietur. *Etenim Tiberium non principale fastigium, non opes, non saxa secreta, non recessus tutabantur, quin cruciatus animi, suaque ipse tormenta confiteretur.*

1 Sic infra c. 50. *Macroni firmavit.* Frustra tentat Muretus, *affirmare solitus.* Brotier.

NOTÆ

contra se gessit Caius initio imperii, teste Sueton. Calig. 16. 'Magistratibus liberam jurisdictionem et sine sui appellatione concessit.'

[y] *Hoc tempore*] Non debet tantum intelligi de hac occasione qua scribebat, sed de toto ævo Tiberii, quo multa supplicia exegit et invicem perpessus est. Cogita tempus Tiberii, præcipue post eversum Sejanum.

[z] *Præstantissimus sapientiæ*] Credo Socrati hoc elogium, et jure tribuit. Apud Platonem sane in nono de Rep. gnome talis: 'Est igitur, etsi alicui haud videatur, is qui vere tyrannus est, vere servus, maxime adulationis et servitutis, idemque adulator pessimorum: et reipsa pauper apparet, si quis totam ejus mentem possit inspicere; denique metus in omni vita plenus agitationumque et languorum.'

7. Tum, facta Patribus potestate statuendi de 'Cæciliano[a] Senatore, qui plurima[b] adversum Cottam promserat,' placitum, 'eandem pœnam[c] irrogari, quam in Aruseium et Sanquinium,[d] accusatores L. Arruntii:' quo non aliud honorificentius Cottæ evenit; qui nobilis quidem, sed egens ob luxum, per flagitia infamis, sanctissimis Arruntii artibus[e] dignitate ultionis æquabatur. Quintus Servæus posthac, et Minucius Thermus inducti: Servæus, Prætura functus, et quondam Germanici comes:[f] Minucius, Equestri loco; modeste habita Sejani amicitia: unde illis major miseratio. Contra Tiberius, 'præcipuos[g] ad scelera' increpans, admonuit C. Cestium patrem,[1 h] 'dicere Senatui, quæ sibi

Tum concessa senatui facultate decernendi de Cæciliano senatore, qui multa adversus Cottam jecerat; *visum est,* eodem illum supplicio affici, quo Aruseius et Sanquinius, delatores L. Arruntii, mulctati erant: *qua re nihil decorum magis Cottæ obtigit, qui* stirpe *illustris quidem, sed inops ob luxuriam, et per vitiorum sordes ignominiosus, comparabatur sanctissimis Arruntii virtutibus, dignatione vindictæ. Deinde Q. Servæus et Minutius Thermus arcessiti: Servæus præturam gesserat, et olim Germanicum sectatus erat: Minutius equestri ordine; hi Sejani gratia haud intemperanter usi* erant; *unde in illos misericordia major oriebatur. Contra Tiberius ut* promtissimos ad facinora eos *incusans, præcepit C. Cestio*

1 Mallet Lipsius, *prætorem.* In veteribus editionibus, *Cæstium.* Infra

NOTÆ

Sed et ante, et postea (magnus enim locus est) plura huic rei Socrates effatur, et istis similia, etsi Tacitus contraxit. *Lipsius.*

[a] *Potestate statuendi de Cæciliano*] Quia Cotta auctoritate Cæsaris defensus et absolutus erat, eo ipso delator ejus damnari posse videbatur. Hinc occasionem subvertendi delatoris arripiunt Patres.

[b] *Qui plurima*] Haud dubie Cæcilianus senator ipse est, qui accusavit in senatu, et qui inter alios præsertim Cottam arguebat: supra, 'arguitur pleraque;' Caium Cæsarem, &c.

[c] *Pœnam*] Pœna irrogabatur accusatori, qui non obtinuisset causam, et quia Messallinum defendit Tiberius, nunc invehuntur proceres in accusatorem; et cum antea in Cottam invehererentur, nunc illum absolvunt et vindicant, sanctissimisque viris dignitate ultionis adæquant.

[d] *In Aruseium et Sanquinium*] Quæ ea pœna fuerit, obscurum est, ob jacturam factam librorum Taciti. *Muretus.* Pœna exilii fuit, vel saltem ordine moti erant.

[e] *Sanctissimis Arruntii artibus*] De eo dixi, supra ad l. I. At de accusatione ejus, nihil in libris, qui nunc sunt. *Lipsius.*

[f] *Germanici comes*] In Oriente nempe, forte et ante in ipsa Germania.

[g] *Præcipuos*] Nempe Servæum et Minutium, veluti præcipuos ministros Sejani (ut puto) ad scelera, increpabat Tiberius.

[h] *C. Cestium patrem*] Duo ergo Cestii Romæ, pater filiusque? non in-

scripsisset:[z] suscepitque Cestius accusationem: quod maxime exitiabile tulere illa tempora, cum primores Senatus infimas etiam delationes exercerent, alii propalam, multi per occultum: neque discerneres alienos a conjunctis, amicos ab ignotis, quid repens, aut vetustate obscurum: perinde, in foro, in convivio, quaqua[2] de re locuti, incusabantur, ut quis prævenire et reum destinare properat;[3] pars ad subsidium sui, plures infecti quasi valetudine et contactu. Sed Minucius et Servæus damnati, indicibus accessere.[i] Tractique sunt in casum eundem Julius Africanus, e Santonis,[j] Gallica civitate, Seius Quadratus: originem[k] non reperi. Neque sum ignarus, a plerisque scriptoribus omissa multorum pericula et pœnas, dum copia fatiscunt, aut, quæ psis nimia et mœsta fuerant, ne pari tædio lecturos affice-

patri, referre apud senatum quæ sibi nuntiasset; *et suscepit Cestius delationem, quod inprimis perniciosum habuere illa tempora, cum ipsi principes senatus viles sordidasque etiam accusationes capesserent, alii aperte, plerique per secretum: neque dignosceres externos a propinquis, familiares ab incognitis, quid recens, aut antiquitate obtectum, aut incertum; in foro, inter epulas, de quacumque re sermones habiti perinde arguebantur, ut quilibet antevertere et sontem designare festinat; alii ad tutelam sui, plures contaminati, quasi pestilentia et lue publica. At Minucius et Servæus condemnati indicium professi sunt. Abreptique sunt in eandem calamitatem Julius Africanus e Santonis Gallica gente, et Seius Quadratus: quo loco is ortus esset, non inveni. Neque me fallit, a multis rerum auctoribus prætermissa esse plerorumque discrimina, et supplicia, dum numero ac multitudine fatigantur, aut timent, ne, quæ sibi immodica et tristia fuerant, pari molestia lecto-*

c. 31. et a Plinio XXXIV. 8. *Cestius* appellatur.—2 Ita editiones veteres et recentiores. In intermediis, *quaque*.—3 Muretus ac Lipsius tentat, *poterat*.

NOTÆ

veni. Fuit qui *Cestium pium* vellet: quia frequens declamatoris ejus Senecæ mentio. Mihi, si quid mutandum, placeat, *Cestium prætorem*. Potuit objici error ex notis. Cestius quidem prætor fuit, ille ipse, uti divino, de quo Romæ inscriptio: C. CESTIUS. L. F. POP. EPULO. PR. TR. VII. VIR. EPULONUM. Itaque apparet scribendum *Cestius*, litera spreta quoniam et in nummis Cestius. *Lipsius.*

[i] *Indicibus accessere*] Id est, servati sunt, quia indicium professi. Ita supra: 'Summum supplicium decernebatur, nisi indicium professus foret.' *Lipsius.*

[j] *Santonis*] Santones, civitas Santonum populorum, in Aquitania secunda, Galliæ provincia: hodie vocatur vulgo *La Xaintonge* in regno Franciæ. *Tillemonius.*

[k] *Originem*] Ne intelligas de causa criminis, sed de loco unde ortus esset Quadratus.

[l] *Pleraque*] Vel ex memoriis anecdotis, vel auditione a senioribus, ut sæpe tradit Tacitus.

rent, verentur. Nobis pleraque[l] digna cognitu obvenere, quanquam ab aliis incelebrata.

8. Nam ea tempestate, qua Sejani amicitiam ceteri falso exuerant, ausus est Eques Romanus, M. Terentius, ob id reus, amplecti, ad hunc modum apud Senatum ordiendo: 'Fortunæ quidem meæ fortasse minus expediat, agnoscere crimen, quam abnuere: sed, utcumque casura res est, fatebor, et fuisse me[m] Sejano amicum, et, ut essem, expetisse, et, postquam adeptus eram, lætatum. Videram collegam patris[n] regendis Prætoriis cohortibus; mox urbis et militiæ munia simul obeuntem: illius propinqui et affines honoribus augebantur: ut quisque Sejano intimus, ita ad Cæsaris amicitiam validus: contra, quibus infensus esset, metu ac sordibus conflictabantur: nec quenquam exemplo assumo: cunctos, qui novissimi consilii expertes fuimus, meo unius

res premerent, ac gravarent. Nobis plurima obtigere scitu digna, licet ab aliis omissa.

Quippe eo tempore, quo ceteri dissimulanter inficiati erant Sejani benevolentiam, M. Terentius eques Rom. ob id accusatus, eam agnoscere ausus est, et in hanc sententiam apud patres disseruit. Forte quidem minus conducat saluti meisque rebus, fateri scelus, quam inficiari. Sed quicquid contigerit, agnoscam, nec diffitebor, fuisse me Sejano amicum, et ut essem, exoptasse; et postquam obtinueram, me gavisum esse. Spectaveram illum simul cum patre Strabone prætoriano militi præfectum; mox domi bellique munia pariter exercentem. Illius consanguinei affinesque ad dignitates evehebantur; ut quisque Sejano amicus, ita principis gratia præpollebat; contra, quibus infestus esset, pavore, squallore et miseriis divexabantur. Neminem in exemplum acceperim; meo unius periculo tutabor omnes, qui postremi facinoris culpa

NOTÆ

[m] *Fatebor, et fuisse me*] Tota hæc Terentii oratio, ut et causa, simillima est illi Amyntæ apud Curtium l. VII. Et membra sane aliquot sunt, quæ dicas illinc translata esse.

Nam Amyntas ita: 'Amicitiam quæ nobis cum Philota fuit, adeo non inficior, ut expetivisse quoque nos, magnosque ex ea fructus percepisse confitear. An vero Parmenionis, quem tibi proximum esse voluisti, filium omnes, pæne amicos tuos dignatione vincentem, cultum a nobis esse miraris? Tu hercule, si verum audire vis, rex, hujus nobis periculi causa es. Quis enim alius effecit, ut ad Philotam decurrerent, qui placere vellent tibi? Ab illo traditi, ad hunc gradum amicitiæ tuæ ascendimus. Is apud te fuit, cujus et gratiam expetere et iram timere possemus.' Et mox: 'Igitur si hoc crimen est, paucos innocentes habes, immo hercule neminem. Omnes enim Philotæ amici esse voluerunt: sed totidem quot volebant, esse non poterant. Ita si a consciis amicos non dividis, nec ab amicis quidem separabis illos, qui idem esse voluerunt.' *Lipsius.*

[n] *Patris*] Seii Strabonis.

discrimine defendam. Non enim Sejanum Vulsiniensem,[o] sed Claudiæ[1] et Juliæ domus partem,[p] quas affinitate[q] occupaverat, tuum, Cæsar, generum, tui Consulatus socium, tua officia in Republ. capessentem, colebamus. Non est nostrum, æstimare, quem supra ceteros, et quibus de causis

caruimus. Non enim venerabamur Sejanum Vulsiniensem, sed portionem Claudiæ et Juliæ familiæ, quibus se necessitudine inseruerat; tuum, Tiberi, generum colebamus, tui consulatus collegam, tua munia in rep. obeuntem. Non est nostrum sciscitari aut examinare, quem præ ceteris evehas, et quas

1 In Ms. Flor. veteribusque editionibus, *et Claudiæ et Juliæ:* forte non vitiose. At clarius, *sed Claudiæ;* nec immerito Lipsio et recentioribus editoribus, si Jac. Gronovium exceperis, probatum. Bipontini *at* emendarunt, et in contextum receperunt. *Brotier.*

NOTÆ

[o] *Vulsiniensem*] Volsinium oppidum Etruriæ provinciæ: hodie *Bolsena,* Castrum Patrimonii Sancti Petri, et ad lacum Bolsenam, in statu Ecclesiastico. *Tillemon.*

[p] *Juliæ domus partem*] Si sequeris Suetonium, habuit utrumque Sejanus spe tantum, non re. Suet. Tib. 65. 'Sejanum deinde spe affinitatis, ac Tribuniciæ potestatis deceptum, inopinantem criminatus est.' At Tac. contrarium evincere videtur, ipsamque Liviam uxorem duxisse Sejanum. Ad quid enim hæc verba Tac. 'Quas affinitate occupaverat, tuum Cæsar generum,' &c.

Nec dicendum est Tiberium ipsi dare destinasse aliquam filiarum Germanici. Has enim non appetebat Sejanus, sed voluit tantum uxorem Drusi, utpote legitimi successoris, ut hoc quasi nobilitatis gradu ipse ad imperium ascenderet; quemadmodum et voluit Tribuniciam potestatem eadem mente, eodemque consilio.

Et certe Dio refert, Macronem eum hac spe delusisse cum grandem epistolam attulit a Capreis; quasi tribunicia potestas ea epistola ipsi destinaretur, cum contra carcer et laqueus ipsi hisce literis pararentur.

Sed Claudiæ et Juliæ domus partem] Utrumque spe, non re. Sejani filia destinata erat uxor filio Claudii, ipse Liviam ducturus putabatur: sed tamen non, ut Germanicum, sic Liviam ejus sororem adoptaverat Tiberius.

Fortasse igitur constituerat dare illi aliquam ex filiabus Germanici. *Generi* autem appellatio etiam e sponsalibus contrahitur. L. Servius. D. de gradibus, et affinitat. Et *gener* vocatur et jam neptis, aut proneptis maritus. L. Generi. D. de verb. signif. *Muretus.*

Claudiæ et Juliæ] Desponsa filia Sejani Claudii filio, Claudiam gentem, sed Livilla Germanici sorore ducta, (si tamen duxit) utramque gentem, et Claudiam et Juliam, complectebatur.

Livilla quippe filia Drusi et Antoniæ minoris, per Drusum fratrem Tiberii Claudiam gentem, et per Antoniam filiam Octaviæ, Juliam, amplexa erat. Sicque, frater jam Cæsarum, Sejanus erat æqualis Germanici, Claudii, Drusi, et Neronum.

[q] *Affinitate*] Tacitus hic oratorem agit, et forte rem auget, quasi spes Sejani tam certa esset, ut de re ipsa non dubitaret. Et hæc non stricte sumenda sunt. Nam ab adoptione Augusti in gentem Juliam, et Liviæ;

extollas. Tibi summum rerum judicium Dii dedere: nobis obsequii gloria relicta est. Spectamus porro, quæ coram habentur, cui ex te opes, honores, quis plurima juvandi nocendive potentia: quæ Sejano fuisse, nemo negaverit: abditos Principis sensus,[r] et si quid occultius parat, exquirere, illicitum, anceps: nec ideo[s] assequare. Ne, P. C. ultimum Sejani diem, sed sedecim annos cogitaveritis: etiam Satrium atque Pomponium[t] venerabamur: libertis quoque ac janitoribus ejus notescere, pro magnifico accipiebatur. Quid ergo? indistincta[u] hæc defensio et promiscua dabitur? immo justis terminis dividatur: insidiæ in Rempubl. consilia cædis adversum Imperatorem, puniantur: de amicitia et officiis, idem finis[v] et te, Cæsar, et nos absolverit.'

9. Constantia orationis, et, quia repertus erat, qui efferret,[w] quæ omnes animo agitabant, eo usque potuere, ut ac-

ob causas. Tibi supremum imperii arbitrium Dii tribuere; nobis parendi decus relictum est. Ceterum consideramus, quæ palam nobis exhibentur, cui ex te divitiæ, dignitates, quibus maxima benefaciendi aut mali inferendi potestas; quæ Sejanum habuisse nullus inficias ierit. Arcana imperitantis consilia, et si quid secretius molitur animo, scrutari nefas, ambiguum ac periculosum; nec ideo attingas. Ne reputetis animo P. C. postremum Sejani tempus, sed annos sexdecim. Etiam colebamus Satrium atque Pomponium, et summo honori habebatur, libertis etiam, et ostiariis illius agnosci. Quid igitur? hæc scelus purgandi ratio indiscreta, par et communis omnibus erit? Immo æquis finibus discernatur. Damnentur occulta in remp. scelera, consilia necis adversus principem; de benevolentia et honoribus exhibitis Sejano, idem exitus, et te, princeps, et nos purgaverit.

Firma hæc et constans dicendi libertas, et quia extiterat, qui promeret ea, quæ cuncti volvebant animo, eo usque valuere, ut delatores ejus, adjectis his, quæ prius

NOTÆ

Octavia, jam et Antonia, jam Drusus et filii ejus immixti videbantur Juliæ genti.

[r] *Abditos principis sensus*] Nazarius in paneg. ad Constantinum: 'Existimare quidem de principibus nemini fas est. Nam et in vestibulo suo inquirentem repellit objecta veneratio, et si qui propius adierunt, quod oculis in solem se contendentibus evenit; præstricta acie, videndi facultate caruerunt.'

[s] *Nec ideo*] Arcana principis *exquirere illicitum et anceps, nec ideo ea assequeris*, licet exquiras.

[t] *Satrium atque Pomponium*] *Satrius* est ille, qui Cremutium accusavit supra: *Pomponium* puto, *Quintum* prænomine, qui 'moribus inquies,' ait noster infra, hæc et talia 'factitari a se prætendebat, ut periculis Pomponii Secundi fratris mederetur:' de quo in extremo l. v. *Lipsius.*

[u] *Indistincta*] Distinguenda tempora, personæ, crimina.

[v] *Idem finis*] Idem finis, idem exitus et eventus sit talis amicitiæ in privatis, ac in principe, quia eadem culpa, seu idem error est.

[w] *Qui efferret*] Sall. ad Cæs. 'Ple-

cusatores ejus, additis, quæ ante deliquerant, exilio aut morte multarentur. Secutæ dehinc Tiberii literæ in Sex. Vestilium, Prætorium, quem, Druso fratri percarum,[x] in cohortem suam[y] transtulerat. Causa offensionis Vestilio fuit, seu composuerat quædam in C. Cæsarem, ut impudi-

perpetraverant, exilio, vel ultimo supplicio punirentur. Allatæ postea Tiberii epistolæ in Sextum Vestilium prætorium, quem Druso fratri amicissimum, in cohortem suam ipse asciverat. Causa odii in Vestilium extitit, sive nonnulla scripserat in Caligulam, ut incestum, seu muliebria passum, sive falso et calumniæ fides adhibita

NOTÆ

rique mortales ad judicandum satis ingenii habent, aut simulant: verumtamen ad reprehendenda aliena facta aut dicta ardet omnibus animus. Vix satis apertum os, aut lingua promta videtur, quæ meditata pectore evolvat.'

[x] *Druso fratri percarum*] Quidam intelligunt id factum post obitum Drusi, sed id incertum relinquit Tacitus, et nos relinquamus. Etiam ante extinctum Drusum id moliri potuit Tiberius, qui fratrem per literas apud Augustum subvertebat, teste Suetonio.

[y] *In cohortem suam*] Cohortem amicorum: ita enim vocabant, exemplo prætoriæ cohortis. Seneca de Clementia: 'Sallustium et Cocceios, et Deillios, et totam cohortem primam interioris admissionis ex adversariorum castris conscripsit.'

Ubi vides, plures fuisse amicorum cohortes, et quasi gradus. Quod originem habuit a Graccho et Livio Tribunis.

Idem scriptor de beneficiis: 'apud nos primi omnium Gracchus et Livius Drusus instituerunt segregare turbam suam, et alios in secretum recipere, alios cum pluribus, alios cum universis. Habuerunt itaque isti amicos primos, habuerunt et secundos, nunquam veros.'

Itaque dicebantur amici primæ, secundæ, tertiæ admissionis, ex ordine quo admittebantur. Ille ipse: 'Non sunt isti amici qui agmine magno januam pulsant, qui in primas, et secundas admissiones digeruntur.'

Lampridius in Alexandro: 'moderationis tantæ fuit, ut amicos non solum primi ac secundi loci, sed etiam inferioris, ægrotantes viseret.'

Et Tiberius ipse amicos solitus describere in tres classes. Vide Sueton. c. 46.

Ab hoc more admissiones manarunt, admissionales, et officium *admittendi*. Admissionum facilitatem in Trajani laudatione admiratur Plinius.

Alexandrum, 'quasi unum e senatoribus, patente velo, admissionalibus remotis, salutatum esse,' scribit Lampridius: et Accoleius 'magister admissionum' nominatur in Flavii Aureliano.

Id munus fuit libertorum, ut clarum ex Sueton. Vespas. c. 14. 'Quidam ex officio admissionis simul expellens, abire Morboniam jusserat.' Fuit autem is libertus Phœbus.

Plinius hoc idem ostendit loco non sano, l. XIV. c. 3. 'Fuit et alia Claudii principatu differentia, in solis his quibus admissionem liberti ejus dedissent imaginem principis in annulo ex auro gerendi, magna criminum occasione: quæ omnia salutaris exortus Vespasiani principis abolevit, æqualiter publicando principem:' quem corrigo, 'quibus admissionum liberti jus dedissent.' *Lipsius.*

cum,[z] sive ficto habita fides: atque ob id convictu Principis[a] prohibitus, cum senili manu ferrum tentavisset, obligavit venas: precatusque[b] per codicillos, immiti rescripto, venas resolvit. Acervatim ex eo Annius Pollio,[c] Appius Silanus, Scauro Mamerco simul ac Sabino Calvisio, majestatis postulantur, et Vinicianus[1][d] Pollioni patri adjiciebatur, clari genus, et quidam summis honoribus: contremuerantque Patres: nam quotus quisque affinitatis aut amicitiæ tot illustrium virorum expers erat? ni Celsus, urbanæ cohortis Tribunus,[e] tum inter indices, Appium et Calvisium discrimini exemisset. Cæsar Pollionis ac Viniciani Scaurique

foret: et propterea domo seu contubernio Cæsaris ejectus, cum tremula senex manu scalprum sibi admovisset, restrinxit venas: obtestatusque per literas principem, *immani responso* accepto, *venas reseravit. Postea turmatim Annius Pollio, Appius Silanus, simul* cum *Scauro Mamerco, et Sabino Calvisio, majestatis arcessuntur, et Vinicianus Pollioni patri adjungebatur; stirpe nobiles* illi, *et nonnulli præcipuis dignitatibus* functi; *pavebatque senatus* universus. *Nam quotus quisque aut propinquitate aut familiaritate non contingebat tot viros nobiles? nisi Celsus tribunus urbanæ cohortis, tum inter delatores, periculo eripuisset Appium et Calvisium. Tiberius prolatavit cognitionem Pollionis, ac Viniciani, et Scauri, ut ipse*

1 Ita Ms. Flor. Pichena et recentiores, ipseque Dio, LX. p. 674. Perperam Beroaldus aliique veteres, *et Vicinianus.* Brotier.

NOTÆ

[z] *Ut impudicum*] De quo diserte Sueton. Calig. 36. 'Pudicitiæ neque suæ, neque alienæ pepercit. M. Lepidum, Mnesterem pantomimum, et quosdam obsides dilexisse fertur commercio mutui stupri. Valerius Catullus consulari familia juvenis stupratum, ac latera sibi contubernio ejus defessa, etiam vociferatus est. Super sororum incesta et notissimum prostitutæ Pycallidis amorem, non temere ulla illustriore fœmina abstinuit; quas plerumque cum maritis ad cœnam vocatas, præterque pedes suos transeuntes, diligenter ac lente, mercantium more, considerabat: etiam faciem manu allevans, si quæ pudore submitterent.'

[a] *Convictu principis*] Dimissus cohorte, prohibitus amicitia, convictu, domo, contubernio, ac comitatu principis et ejus provinciis, atque invicem odisse, fere idem fuit. Idque olim et vetere Repub. usurpatum erat.

Sueton. de Illust. Grammaticis 14. 'Curtius Nicia hæsit Cneo Pompeio et Caio Memmio: sed cum codicillos Memmii ad Pompeii uxorem de stupro pertulisset, proditus ab ea, Pompeium offendit, domoque ei interdictum est.'

[b] *Precatusque*] Principem, quem adire per codicillos etiam in aula et urbe præsentem mos fuit, et eo magis absentem.

[c] *Annius Pollio*] Est ille, qui postea in Neronem conjuravit, amicorum ejus præcipuus. Tacitus l. XV.

[d] *Vinicianus*] Sic lego, auctore Dione l. LX. Qui hunc Annium Vinicianum conjurasse in Claudium cum Scriboniano asserit. *Lipsius.*

[e] *Urbanæ cohortis Tribunus*] Interdictum militaribus viris, delationes

causam, ut ipse cum Senatu nosceret, distulit, datis quibusdam in Scaurum tristibus notis.

10. Ne fœminæ quidem exsortes periculi: qua[1] [f] occupandæ Reipubl. argui non poterant, 'ob lacrymas' incusabantur: necataque est anus Vitia, Fufii Gemini[g] mater, quod filii necem flevisset. Hæc apud Senatum: nec secus apud Principem[h] Vescularius Atticus[2] ac Julius Marinus ad mortem aguntur,[i] e vetustissimis familiarium[j] Rhodum[k] se-

cum Patribus statueret; prolatis quibusdam adversus Scaurum tristitiæ seu iræ indiciis.

Ne mulierculæ quidem discriminis expertes, quia invadendæ Reip. accusari non poterant, ob fletus *arguebantur; et interfecta est vetula Vitia Fufii Gemini parens, quod filii cædem luxisset. Hæc apud patres. Nec aliter apud Cæsarem, Vescularius Flaccus, et Julius Marinus ad necem rapiuntur, illi ex antiquissimis amicorum*

1 Tentabat Pichena, *quia occupandæ.* Melius Illustr. Huetius, *quæ occupandæ.* Minime tamen displicet vulgata scriptura. *Brotier.*—2 Supra Annal. II. 28. *Flaccus Vescularius* appellatur. Forte, damnato Curtio Attico, novum cognomen sibi ascivit. Certe non hic cum Pichena et J. Fr. Gronovio emendandum, *Flaccus Vescularius,* refragantibus Ms. Flor. et veteribus omnibus libris. *Idem.* Pichena edi curavit *Vescularius Flaccus.* Idque alii post Pichenam secuti sunt: quoniam II. 28. bis *Flaccus* dicitur. Sed cum in Cod. Ms. unico extet *Vescularius Atticus;* et duplicis immo triplicis et quadruplicis cognominis usus apud Romanos obvius, mutatio rite facta non videtur. Re-

NOTÆ

facere, sed postea. Dio l. LVIII. 'Cum unus, qui aliquando centurio fuerat, indicium de aliquo deferret, neminem qui militasset hoc agere voluit; cum equitibus et senatoribus id facere permitteret.'

Urbanæ] Hæ cohortes præfecto urbis, et præfecto vigilum parebant, distinctæ a prætorianis.

[f] *Qua*] Alii *quia.* Tò *qua* tolerari potest, supple *qua de causa.* Fœminæ ob lacrymas incusabantur, hac nempe de causa, qua occupandæ Reipub. argui non poterant.

[g] *Vitia Fufii Gemini mater*] Qui Fufius accusatus majestatis, et cum protulisset tabellas suas, se interfecit: quod exemplum secuta est Publia Prisca uxor ipsius. Sic Dio.

Fufii Gemini] Qui ante consul A. U. 782.

[h] *Apud Principem*] Sueton. Tib. 62. 'Neque tormentis, neque supplicio cujusquam pepercit: soli huic cognitioni adeo per totos dies deditus et intentus, ut Rhodiensem hospitem, quem familiaribus literis Romam evocarat, advenisse sibi nuntiatum, torqueri sine mora jusserit, quasi aliquis ex necessariis quæstioni adesset: deinde errore detecto, et occidi, ne divulgaret injuriam. Carnificinæ ejus ostenditur locus Capreis, unde damnatos post longa et exquisita tormenta præcipitari coram se in mare jubebat: excipiente classiariorum manu, et contis atque remis elidente cadavera, ne cui residui spiritus quicquam inesset.'

[i] *Aguntur*] Ii e vetustissimis familiarium Tiberii, qui illum Rhodum secuti et apud Capreas ejusdem indivi-

cuti,[3] et apud Capreas individui. Vescularius insidiarum in Libonem internuntius: Marino participe, Sejanus Curtium Atticum oppresserat: quo lætius acceptum, sua exempla[l] in consultores recidisse.

Per idem tempus[m] L. Piso[n] Pontifex,[4] rarum in tanta cla-

Tiberii apud Rhodum comites, et apud Capreas socii perpetui. Vescularius perfidiæ et fraudis in Libonem interpres et index fuerat; *Marino conscio ac consultore, Sejanus Curtium Atticum affixerat: quo gratius auditum est, sua flagitia in auctores relapsa esse. Eadem tempestate L. Piso Pontifex,* quod *insolitum in tanta nobili-*

vocavi igitur priorem lectionem. *Ryckius.*—3 Mallet J. Fr. Gronovius, *Rhodum secutis.* Nihil mutandum. *Brotier.*—4 Lipsius et Muretus errorem ex notis suspicantur: scribendumque, *L. Piso P. V.* id est, *Præfectus Urbi*, valde probabiliter existimant. Suffragantur Velleius, II. 98. Seneca, Ep. LXXXIII. Plinius, XIV. 22. Suetonius in Tiber. XLII. quibus omnibus *Præfectus Urbi*, non *Pontifex*, dicitur. Pisonem quendam, a L. Pisone omnino diversum, post mortem Tiberii Urbi præfectum memorat Josephus Antiq. Jud. XVIII. 6. n. 10. si in nomine nihil fuerit erratum. *Brotier.*

NOTÆ

dui comites erant.

[j] *E vetustissimis familiarium*] Sueton. Tib. 55. 'Super veteres amicos ac familiares, viginti sibi e numero principum civitatis depoposcerat, velut consiliarios in negotiis publicis. Horum omnium vix duos aut tres incolumes præstitit: ceteros, alium alia de causa perculit.' Sic forte elegerat insigniores virtute et industria, ut eos ex magna fama occidendi occasionem captaret.

[k] *Rhodum*] Rhodus, una insularum Sporadum et prope Asiam minorem: hodie *Rhodes*, contra oram Natoliæ, sub dominio Turcarum Asiatico. *Till.*

[l] *Sua exempla*] Quia Vescularius Libonem perculerat, et Julius Marinus instrumentum Sejano fuerat, quo Curtium Atticum splendidum equitem Rom. opprimeret.

[m] *Per idem tempus*] Quid ergo Josepho Zonaræque in mentem venit, vivum eum facere, Tiberio jam defuncto? Nec enim alium habeo de quo possint illa intelligi: 'a Caio binas epistolas missas, unam ad senatum de Tiberii morte, et suo imperio; alteram ad Pisonem præf. urbis, qua jubebat Agrippam e castris transferri in priscas suas ædes.'

An imposuit Syro celebritas nominis Pisonis, et per Syrum (nam ab illo hausit) Græco? An alius aliquis Piso tunc præfectus? quod non reperi.

Huic quidem Pisoni suffectus est Ælius Lamia, de quo Dio: 'Et Pisonem præfectum urbis defunctum publicis exequiis honoravit. Et pro ipso Lucium Lamiam urbi præfecit, quem pridem exercitui (Syriæ) præpositum, in urbe tamen retinuerat.'

Sed ille ipse paulo post obiit, ut habes mox in nostro: et successit Lentulus Cossus.

Disco ex Seneca epist. 86. 'L. Piso urbis custos, ebrius ex quo semel factus fuit, majorem partem noctis in convivio exigebat, usque in horam ferme sextam dormiebat: hoc erat ejus matutinum. Officium tamen suum, quo tutela urbis continebatur, diligentissime administravit. Huic et D. Augustus dedit secreta mandata, cum illum præponeret Thraciæ, quam perdomuit; et Tiberius profi-

ritudine,[o] fato obiit; nullius servilis sententiæ sponte auctor, et, quotiens necessitas ingrueret, sapienter moderans. Patrem ei Censorium fuisse memoravi:[p] ætas ad octogesimum annum processit: decus triumphale in Thracia meruerat;[q] sed præcipua ex eo gloria, quod Præfectus urbis recens[r]

tate, suo fato interiit; nullius turpis decreti ultro consultor ille, et quoties necessitas incumberet, prudenter temperans. Censorium ei parentem fuisse retuli; ad octoginta annorum ætatem provectus est: insignia triumphi apud Thraces adeptus erat. At præcipuum ex eo decus, quod præfectus urbi, cum novum id munus esset,

NOTÆ

ciscens in Campaniam, cum multa in urbe et suspecta relinqueret, et invisa. Puto quia illi bene cesserat Pisonis ebrietas, postea Cossum fecit urbis præfectum, virum gravem, moderatum, sed mersum vino et madentem.'

Lego ex libro Ms. *ebrius ex quo semel factus est, fuit.* Id est, post unam illam ebrietatem (quæ tamen bene cesserat, et cujus pretium præfecturam ipsam habebat, ut Plinius scribit l. xiv. c. ult. et Suet. Tib. c. 42.) semper placuit ei esse ebrium. Jacet alioqui sententia, nec a me erigi potest. *Lipsius.*

[n] *L. Piso, Pontifex*] Legendum est, *L. Piso. P. U.* hoc est, *præfectus urbis.* Senec. epist. 84. Plin. l. xiv. c. ult. Sueton. in Aug. 42. *Muret.*

L. Piso] Sueton. Tib. 42. 'Postea princeps in ipsa publicorum morum correctione, cum Pomponio Flacco et L. Pisone noctem continuumque biduum epulando potandoque consumsit; quorum alteri Syriam provinciam, alteri præfecturam urbis confestim detulit, codicillis quoque jucundissimos et omnium horarum amicos professus.'

[o] *In tanta claritudine*] Claritudo præcise non intelligitur de imaginibus aut nobilitate avorum, sed de fama et nova nobilitate. Attamen hoc loco utraque claritudo possit intelligi: nam Pisones multis imaginibus nobiles jam olim, qui se ortos ex filio Numæ regis prædicarent.

[p] *Censorium fuisse memoravi*] Non quidem in his libris qui extant. Tamen intelligi vult L. Pisonem socerum C. Cæsaris, qui Censor cum Appio Claudio, anno urbis 704.

Quo ipso anno, ut ratio ætatis Tacito constet (ait enim vixisse octoginta annos) natus fuisse debuit hic Piso. *Lipsius.*

[q] *In Thracia meruerat*] Velleius: 'Atrox in Thracia bellum ortum, omnibus ejus gentis nationibus in arma accensis, L. Pisonis, quem hodieque diligentissimum, atque lenissimum securitatis urbanæ custodem habemus, virtus compressit.' Vide et Dionem, l. liii. *Lipsius.*

Thracia] Pars vel regio Illyrici orientis ad Pontum Euxinum, Propontidem, et ad mare Ægæum; hodie *Romania* provincia, et *Bulgariæ* pars, versus Occidentem et Orientem hybernos, sub Turcico imperio Europæo. *Tillemonius.*

[r] *Præfectus urbis recens*] Ideo *recens* dixit, quia ab Augusto præfectura urbis instituta, ut tradunt Sueton. Dio, et alii. Recte ergo sequitur *insolentia parendi.* Pichena.

Præfectus urbi] Consilium hoc dabat Mæcenas Augusto apud Dionem l. lii. 'Præfectus etiam urbis ex primariis viris quidam creandus est, qui omnes magistratus quos geri ante hunc convenit, gesserit; non ut per absentiam consulum Rempub. admi-

continuam potestatem, et insolentia[s] parendi graviorem, mire temperavit.

11. Namque antea, profectis domo Regibus, ac mox magistratibus, ne urbs sine imperio foret, in tempus deligebatur, qui jus redderet, ac subitis mederetur: feruntque ab Romulo Dentrem Romulium, post ab Tullo Hostilio Numam Marcium,[t] et ab Tarquinio Superbo Spurium Lucretium[u] impositos: dein Consules mandabant: duratque simulacrum, quotiens ob ferias Latinas[v] præficitur, qui Con-

perpetuam potentiam, et insuetis ac impatientibus obsequii civibus difficiliorem, mirabili temperamento exercuit.

Quippe olim, cum reges urbe exirent, et postea consules, ne civitas sine magistratu foret, ad tempus præficiebatur, qui jura daret, ac repentinis succurreret; traduntque ab Romulo præfectum esse urbi Dentrem Romulium, dein ab Tullo Hostilio, Numam Marcium, et ab Tarquinio Superbo, Spurium Lucretium. Postea consules id munus demandabant, manetque nunc imago rei, quoties ob ferias La-

NOTÆ

nistret, sed ut, cum reliquis in rebus, urbi præsit, tum etiam causas illas, in quibus appellare licet ab omnibus supra dictis magistratibus, itemque capitales, iis exceptis, quas postea dicam, in urbe, atque extra eam, usque ad octoginta millia passuum dijudicet.'

Recens] Id est, novo et recenter instituto munere, præfectus urbi fuit Piso; nam tertius ille tale munus Romæ obtinuit.

[s] *Insolentia*] Quia nova illa potestas et cui initio parere non nisi ægre poterant sordidi turbulentique cives, liberti, servique et aliud genus hominum noctu diuque ut in maxima opulentissimaque civitate grassantium.

[t] *Numam Marcium*] Quis hic Numa Marcius? volunt esse patrem Anci Marcii. Mihi aliter videtur, neque enim id tacuissent auctores originum Romanarum, et contra Livius Ancum Marcium nobilem ait una imagine Numæ.

Itaque maneo in eo quod pridem monui, legendum *Numæ N. Marcium*, id est, Numæ nepotem: is est Ancus Marcius, qui mox successor Tullo Hostilio.

Seneca epist. 109. 'Cum ad hanc eandem lectionem philologus accessit, hoc subnotat, duos Romanos reges esse, quorum alter patrem non habet, alter matrem: nam de Servii matre dubitatur, Ancii pater nullus, Numæ nepos dicitur.' *Mercerus.*

[u] *Spurium Lucretium*] Hic primus habuit comitia creandis consulibus, cum interrex esset. Livius ad finem l. I. Dionysius extremo l. I. *Muretus.*

[v] *Ferias Latinas*] Sic Dionys. VI. ubi de fœdere cum Latinis, et reditu plebis. 'Sacrificia etiam ex SCto instituta sunt; et actæ Diis gratiæ pro reconciliatione plebis: feriisque Latinis dies tertius additus, cum prius duo tantum essent; primus consecratus a rege Tarquinio, quo tempore devicit Etruriam; alter a populo additus, quando pulsis regibus, libertatem adeptus est; tunc vero tertius accessit, ob plebis quæ secesserat, reditum. Harum feriarum sacrificiis et ludis præfecit senatus, et dedit ministros, qui, ut dixi, Ædiles

sulare munus[w] usurpet. Ceterum Augustus bellis civilibus Cilnium Mæcenatem,[x] Equestris ordinis, cunctis apud Romam atque Italiam præposuit. Mox, rerum potitus, ob magnitudinem populi, ac tarda legum auxilia, sumsit e Consularibus, qui coërceret servitia, et quod civium[y] audacia turbidum, nisi vim metuat: primusque Messalla Corvinus[z]

tinas præponitur, qui consularem dignitatem exerceat. Ceterum Augustus motibus civicis Cilnium Mæcenatem equestris loci præesse jussit, cunctis in urbe atque Italia. Deinde principatum adeptus, ob multitudinem plebis, et sera legum præsidia, delegit unum *e consularibus, qui cohiberet mancipia, et* hoc genus *civium, quod per audaciam turbulentum est, nisi pœnam formidet: primusque Messalla Corvinus eam auc-*

NOTÆ

a Latinis appellati, similem ἀγορανόμοις nostris potestatem habent, ornavitque prætexta et sella eburnea, ceterisque regiis insignibus.'

[w] *Consulare munus*] Præfectus urbi, cujus creandi originem Cornelius memorat, Latinarum causa relictus, *consulare munus usurpat*, id est, a consule mandatum: non munus quod consulem obire moris Romani fuerit.

Etenim ex ea ætate præfectus fiebat, quæ senatoria non esset, uti Q. Mutius dicebat, et Agellius l. XIV. extremo scriptum reliquit. *Vertran.*

Munus illud non proprie consulis, sed quod tamen loco consulis, jussuque, et ipsius velut vicem gerens obiret.

[x] *Cilnium Mæcenatem*] Non ut receptum est, *Cillinium.* Cilnius enim gentile nomen patris hujus, et altoris Musarum, cui domus prisca Arretium, ut olim ex Livio docui: et adde Silii versus hujusce rei, 'Cilnius Arreti Tyrrhenis ortus in oris Clarum nomen erat.' Etsi ibi quoque vulgo, Cilinus. Nam Silius, ut solet, historiam exornat flore hominum sui, superiorisque ævi. Præfecit autem Romæ Italiæque Mæcenatem Augustus per bellum Siculum. Consule Dionem XLIX. in actis anni 718. *Lips.*

[y] *Servitia, et quod civium*] Ex hoc loco intellige, quod est l. I. §. quod autem, et §. cui patronus, de offic. Præf. urb. D. 'Servos de dominis querentes, præfectus urbis audiat; si verecunde expostulent, si duritiam, si sævitiam, si famem, quæ eos premat, si obscœnitatem qua compulerunt, vel compellentem objiciant. Et si patronus de libertis queratur, si contumeliosos, si convitiantes arguat, et se, et uxorem, et liberos ab iis indigna passos queratur.' *Aurelius.*

[z] *Primusque Messalla Corvinus*] Tradit idem Eusebius Chronico: 'Messalla Corvinus,' inquit, 'primus præfectus urbis factus, sexto die, magistratu se abdicavit, incivilem esse potestatem contestans.'

At Dio l. LIV. in actis anni 734. ita narrat, ut M. Agrippam primum faciat præfectum urbi, cui mox anno 738. Taurum sufficit, hujus Corvini nulla mentione. *Lipsius.*

Primusque Messalla] Dum nullus in urbe præfectus ad ferias fuit, prætores quidam ejus officio functi sunt, donec Augustus creari desitum longo intervallo præfectum urbi Messallam Corvinum creavit.

Sic magistratum intermissum reip. restituit; non autem præfecturam urbis, officium novum excogitavit; in quo Suetonii fidem diligentiamque requiras Aug. 37. *Vertranius.*

Omnino excogitavit novum offi-

eam potestatem,[a] et paucos intra dies finem, accepit, quasi nescius exercendi. Tum Taurus Statilius, quanquam provecta ætate, egregie toleravit. Dein Piso, viginti[1] per annos pariter probatus,[b] publico funere, ex decreto Senatus, celebratus est.

toritatem obtinuit, quam et intra breve tempus deposuit, velut obeundi nescius. Tum Taurus Statilius, quamvis ætate grandis id munus *eximie sustinuit. Postea Piso, per viginti annos perinde commendatus, publicis exequiis ex decreto patrum honoratus ac frequentatus est.*

1 Existimant Lipsius, Norisius aliique nonnulli, Pisonem non *viginti per annos,* sed *per decem* tantum Urbi præfuisse. Male tentat Ernestus, xv. *per annos.* Aut emendandum, *decem per annos:* aut, *viginti per annos,* retinendum, et rotunde accipiendum. Suffragari mihi videtur Plinius, xiv. 22. si quis ad ejus verba, et Tiberii ætatem attenderit. *Brotier.*

NOTÆ

cium: et quidem, licet alia obtenderet, ut frangeret jus prætorum, qui magistratus a populo creabatur.

Idque tam felici successu, ut Boëthius l. III. de cons. phil. scribat: 'prætura magna olim potestas; nunc inane nomen est, et senatorii census gravis sarcina.' Recte Suetonius: etsi Torrentius quoque non tam instituisse, quam auxisse, et ornasse, notet.

Nomine usus est vetere, sed res et potestas toto genere distabat. Itaque eopse tempore, quo hic urbano milite succinctus præfectus urbi vigebat volitabatque maxime; tamen quotannis *Latinarum* causa quidam alius urbi præficiebatur. *Gronov.*

Nomine tenus et prætextu priscum fuit munus *præfecti urbis,* sed re ipsa et potestate vere novum fuit, et ab Augusto repertum.

[a] *Eam potestatem*] Quæ ab Augusto primum facta est perpetua. Sueton. Aug. 36. *Muretus.*

[b] *Viginti per annos pariter probatus*] Quid? viginti per annos præfectus Piso? fuerit ergo necesse est ab anno urbis 765.: nam ab eo die in hoc tempus viginti ipsi anni. Atqui Augustus tunc vixit, imperavitque.

Quomodo ergo verum, quod Plinius Suetoniusque consensu tradiderunt, a principe Tiberio Pisonem factum præf. urbis, propter bidui compotationem? Plinii verba sunt lib. XIV. 'Eaque commendatione (ebrietatis scilicet) credidere, L. Pisonem urbis Romæ curæ ab eo delectum, quod biduo duabusque noctibus perpotationem continuasset apud ipsum jam principem.' Nota ea, apud ipsum jam principem.

Suetonius c. 42. 'Postea princeps in ipsa publicorum morum correctione cum Pomponio Flacco et L. Pisone noctem (dissentit Plinius, qui ait duas noctes) continuumque biduum epulando potandoque consumsit: quorum alteri Syriam provinciam, alteri Præfecturam urbis confestim detulit.'

Ait diserte, *postea princeps.* Atqui vel ab initio principatus Tiberii ad hunc diem Pisonianæ mortis anni duntaxat 17.

Sed hoc amplius ex Suetonio colliges, factum Pisonem præfectum, sub idem tempus, quo Pomponius Syriæ Prætor: ille autem Syriæ non ante annum 773. præponi potuit (Mœsiam

12. Relatum inde ad Patres a Quintiliano,[1] Tribuno plebei,[c] 'de libro Sibyllæ,[2] [d] quem' Caninius Gallus Quin-

Exin Quinctilianus tribunus plebis retulit apud Patres de libro Sibyllæ, quem *Caninius Gallus Quindecimvir petiverat* admitti inter alios ejusdem fatidicæ

1 Ita Ms. Flor. et editiones veteres. In recentioribus, *a Quinctiliano*.—2 *Sibullæ* Ryckius et Gronovius passim.—3 Ita in Ms. Flor. id est, e numero

NOTÆ

enim administrabat anno 772. uti ex Taciti libro II. clarum :) non ergo tot annos Piso præfectus urbi.

His rationibus cogor, ut in Tacito restituam, *Piso decem per annos.* Quia Pomponium Syriæ præfuisse ante annum 775. non probabile. Sit ergo hic error ex notis geminatis. *Lips.*

Piso viginti per annos probatus] Legimus et interpretamur. Lipsius duos consulatus præteriit, nempe Longini, et Quartini, Tiberiique, et Sejani, qui nec Tacito (injuria temporis) dicuntur.

Quapropter ineunti numerum a principio Tiberii ad finem Pisonis, occurrunt 19. consulatus, quorum tempus *viginti annis* a Cornelio notatur, qui non morose tempora persequi solet.

Parum quoque adversatur, quod objecit de Pomponio Flacco: nam hæc, *confestim detulit*, solum referri valent ad præfecturam urbis.

Verum simplicius agam, concedamque uno eodemque tempore, illum Syriam, hunc urbem regendam accepisse. Quid enim erit impedimento, ne dicamus Syriam bis a Flacco rectam fuisse?

Primum ante Mœsiæ curam, et eo ipso tempore quo Piso urbem cœpit moderari, postea usque ad ipsius Flacci mortem: 'Exin Flacco Pomponio Syriæ proprætore defuncto.' Sic enim Cyrenius, sive Quirinius novem post annos plus minus Syriam præses repetiit, teste Josepho l. XVIII. Antiq. *Saliner.*

Viginti per annos] Sæpe ponit Tacitus numerum completum, seu, ut dicimus vulgo, rotundum ; licet pauci aliquot anni desint, aut etiam supersint; quia minutias non exequitur.

Et nihil repugnat, quin Tiberius statim atque factus est princeps, præfecturam urbis Pisoni detulerit, quod et innuere Suetonius videtur : 'Alteri præfecturam urbis confestim detulit.'

Et τὸ *confestim* intelligo, ita, ut Tiberius jam *princeps*, et adoptione Augusti evectus, statim a suscepto imperio, tale munus Pisoni tribuerit; et cum jam ab initio principatus Tiberii usque ad obitum Pisonis numerentur 19. consules (si hoc verum sit), potuit scribere Tacitus, *viginti per annos pariter probatus.*

Quod dicit Lipsius, eodem tempore delatam præfecturam urbis Pisoni, quo data est Syria Pomponio, falsum puto ; neque enim res ordine narrat Suetonius, quo gestæ sunt ; et τὸ *confestim* Suetonii refertur tantum ad *præfecturam urbis*, non ad Syriam *provinciam.*

Sic enim habet Suetonius : 'quorum alteri Syriam, alteri vero præfecturam urbis confestim detulit.' Multa narrat Suetonius, quæ non sunt Arithmetice ponderanda, saltem quo ad ordinem temporum et circumstantias rerum : sed de his adhuc in excursu nostro disseremus, et alia diversa, forte meliora, trademus.

[c] *Relatum, &c. a tribuno plebei*] Hoc jus habuere tribuni plebis, ut refer-

decimvirum[1] 'recipi inter ceteros ejusdem vatis,[e] et ea de re Senatusconsultum,' postulaverat: quo per discessionem facto,[f] misit literas Cæsar, modice Tribunum increpans, 'ignarum antiqui moris ob juventam.' Gallo exprobrabat, 'quod scientiæ cærimoniarumque vetus,[g] incerto auctore, ante sententiam collegii, non, ut assolet, lecto per magistros[h] æstimatoque carmine, apud infrequentem Senatum egisset.'

fœminæ libros et ea de re patrum decretum flagitarat; *quo per discessionem* patrum *facto, scripsit epistolam Tiberius, leviter incusans tribunum*, ut inscium prisci ritus ob ætatem; at *objectabat Gallo*, quod doctrinæ et religionum pridem expertus, incognito scriptore *libri*, ante decretum collegii, non lecto, ut mos est, examinatoque per doctores versu, apud paucos Patres id retulisset.

---

quindecimvirorum. Forma quidem dicendi non omnino insolens, ut patet ex Hist. I. 31. neque tamen ita elegans, ut *castitatem Taciti susdeque habitam* a Beroaldo aliisque, qui edidere, *quindecimvir*, queratur Jac. Gronovius, iræ et conviciorum ridicule intemperans. *Brotier.* Ryckius, Brotierus, et Homerus *quindecimvir.*

NOTÆ

rent apud Patres, quod e repub. esse censerent, atque etiam senatusconsultis intercederent; ut patet infra de Othone, qui intercedit Patrum decreto, quo præmium delatori decernebant.

[d] *De libro Sibyllæ*] Non affectu aut cura religionis: nam addictus Mathematicæ religiones negligebat, sed ne quis consuleret talia oracula, et exhinc res novas moliretur. Eo consilio omnia oracula et vaticinia abolere conatus est.

Sueton. Tib. 63. 'Haruspices secreto ac sine testibus consuli vetuit. Vicina vero urbi oracula etiam disjicere conatus est: sed majestate Prænestinarum sortium territus, destitit: cum obsignatas devectasque Romam, non reperisset in arca, nisi relatas rursus ad templum.'

[e] *Recipi inter ceteros ejusdem vatis*] Intelligit de Sibylla Cumæa, cujus volumina, quod Romanorum conscripta fata continerent, in arcanis habebantur. Neque vero sinus ille nobis ad aliud accinctis ingrediendus est, unicane Sibylla, quæ pluribus in locis visa, plurifariam cognominata fuerit. Adiri plures ex nostris hac de re possunt. *Vertran.*

[f] *Quo per discessionem facto*] 'SCtum' (ut scribitur a Gellio l. XIV.) 'fit duobus modis: aut per discessionem, si consentiretur: aut si res dubia esset, per singulorum sententias exquisitas.' Cornelius infra l. XIII. 'Postquam discessionem consul permiserat, pedibus in sententiam ejus iere.'

[g] *Cærimoniarumque vetus*] Magnopere interfuit, scire jus divinum sacrosque ritus, ut patet ex levitate et inscitia Vitellii principis. Sueton. 'Omni divino humanoque jure neglecto, Alliensi' (id est, infausto) 'die pontificatum maximum cepit,' quod ei præsagium exitii fuit, teste Tacito.

[h] *Lecto per magistros*] Magistri sunt sacerdotum. Valerius l. I. 'A patre suo collegii Saliorum magistro jussus.' Plin. XXVIII. 11. 'Quindecimvirum collegii magister.' In lapide: ORDO. SACERDOTUM. MAGISTRO. SUO. Et Sueton. Calig. c. 12.

Simul commonefecit: 'quia multa vana sub nomine celebri vulgabantur, sanxisse Augustum,[i] quem intra diem ad Prætorem urbanum deferrentur, neque habere privatim liceret:' quod a majoribus quoque decretum erat, post exustum sociali

Simul admonuit, quia multa inania sub illustri vocabulo edebantur in vulgus, statuisse Augustum, intra quod tempus apud prætorem urbanum deponerentur, neque retinere domi fas esset: *quod a veteribus olim etiam institutum*

NOTÆ

Dom. c. 4. Capitolinus 'fuit in eo sacerdotio, et vates, et præsul, et magister.'

In Collegio pontificum, pontifex maximus pro magistro fuit, ut et inter Vestales, virginum maxima, id est, antiquissima, pro magistra fuit.

Per magistros] In collegio Quindecimvirum erant *præsules, vates, magistri.* Sueton. Calig. 22. 'Magisteria sacerdotii ditissimus quisque et ambitione et licitatione maxima vicibus comparabant.'

Sueton. Domit. 4. 'Celebrabat et in Albano quotannis Quinquatria Minervæ, cui collegium instituerat: ex quo sorte ducti magisterio fungerentur.'

[i] *Sanxisse Augustum*] Sueton. Aug. c. 31. 'Quicquid fatidicorum librorum Græci Latinique generis, nullis vel parum idoneis auctoribus, vulgo ferebatur, supra duo millia contracta undique cremavit: ac solos retinuit Sibyllinos: hos quoque delectu habito, condiditque duobus forulis auratis sub Palatini Apollinis basi.'

[j] *Sociali bello*] Quid ais? sociali Italico bello Capitolium flagravit? Non alios, sed te, in te advoco, qui scribis Histor. l. III. 'Capitolium flagrasse L. Scipione, C. Norbano Coss.' Atqui tunc jamdiu positum sociale bellum. Tullius tibi licet adsit, a memoriæ vitio non excuset. *Civili bello* scripsisse omnino te ex historia oportuit. *Lipsius.*

Exustum sociali bello] Ita permixta et connexa illa bella *sociale* et *civile*, ut facile pro eodem sumi possint. Ita mixtum utrumque bellum, ut unum ex alio oriretur, et idem fere fuerit. Sunt quædam bella ita mixta ex civibus et externis, ut neque civilia neque externa proprie dici possint, sed mixta ex utroque, et etiam ea sic appellat Tacitus.

Exustum sociali bello] Forte lapsus memoria Tac. in isto historiæ parergo. Nam certe quater exstructum aut instauratum est Capitolium in eodem loco, cum exustum fuisset.

Primo, Capitolium exstructum a Tarquiniis et combustum est bello civili Syllano.

Secundo, Capitolium ipse Sylla instauravit, quod Lutatius Catulus dedicavit, et nomen inscripsit.

Tertio, Vespasianus restituit Capitolium, quod bello Vitelliano arserat, idemque dedicavit.

Quarto, Capitolium instauravit Domitianus, cum rursus incendio periisset, tum cum interiit Vespasianus. Illud autem longe magnificentius exstruxit Domitianus, quam antea fuisset, impenditque in illud opus duodecim millia talentorum.

In his parergis, quæ ex vetere historia repetuntur, forte non satis attendit Tacitus: sed hæc suppleri facile, aut explicari possunt.

De hoc lib. Sibyllæ deliberatum est in senatu, quod disces, anno 4. Olympiadis 202. Romæ conditæ 785. Christi 32. et imperii Tiberii 19. a die 19.

bello[j] Capitolium,[k] quæsitis Samo,[l] Ilio,[m] Erythris,[n] per Africam[o] etiam ac Siciliam[p] et Italicas colonias, carminibus Sibyllæ, una seu plures fuere, datoque Sacerdotibus negotio, quantum humana ope potuissent, vera discernere. Igitur tunc quoque notioni Quindecimvirum is liber subjicitur.

13. Iisdem Consulibus, gravitate annonæ juxta seditionem ventum: multaque, et plures per dies, in theatro licentius efflagitata, quam solitum adversum Imperatorem: quis commotus, incusavit Magistratus Patresque, 'quod non publica auctoritate populum coërcuissent:'[q] addiditque, 'quibus e provinciis, et quanto majorem, quam Augustus,[r]

erat, post crematum sociorum motu Capitolium, accitis Samo, Ilio et Erythris, investigatisque etiam in Africa et Sicilia, et per Italiæ colonias, versibus Sibyllæ, seu una, seu plures extiterint; mandataque est sacerdotibus cura, quantum humani ingenii vi valerent, germanos sincerosque dignoscere. Itaque tunc etiam iste commentarius submittitur cognitioni Quindecimvirorum.

Sub iisdem consulibus, inopia rei frumentariæ fere ad discordiam processum est. Plurimaque et per multos dies apud theatrum audacius expostulata sunt, *quam consuetum* erat *erga principem. Quibus concitus, arguit consules patresque*, quod non jure suo, ac potestate publica, plebem cohibuissent: *adjecitque*, quibus e regionibus, et quanto ampliorem quam Augustus frumenti copiam adve-

NOTÆ

Augusti, ex Chronologiis Petavii et P. Labbe. *Tillemon.*

[k] *Capitolium*] Mons Octavæ regionis antiquæ Romæ: hodie *Campidoglio* Italis, et *Capitole* Francis; in regione ab ipso dicta *Campitello*, et in parte fere media Romæ modernæ. In hoc monte sita fuerunt varia Deorum templa et alia ædificia. *Idem.*

[l] *Samo*] Samos vel Samus, insularum Sporadum una, in mari Ægæo et prope Ioniam provinciam Asiæ minoris: hodie *Samo* vel *Samoa*, in Archipelago prope Natoliam, paret Turcis. *Idem.*

[m] *Ilio*] Ilium vel Troja, urbs Troadis provinciæ, et aliquando Trojani regni caput: hodie ruinæ visuntur in Natoliæ præfectura, et in Turcico imperio Asiatico. *Idem.*

[n] *Erythris*] Erythræ, urbs Ioniæ provinciæ, ad mare Ægæum, in Asia minore: hodie *Erythri*, vel *Erithre* urbs, vel potius *Gesme*, villa Natoliæ præfecturæ sub Turcico imperio Asiatico; ex Chartis ph. la Rue, Sansonis, et Blaeur; et Itinerario J. Spon. *Idem.*

[o] *Africam*] Intelligere videtur Africam Citeriorem, sive oram Septentrionalem Africæ ad mare Mediterraneum, quæ Romanis paruit: hodie vocatur, ut plurimum, ora *Barbariæ*, sub clientela Turcarum, &c. *Idem.*

[p] *Siciliam*] Sicilia, insula maris Mediterranei et Italiæ proxima: hodie nomen antiquum retinet apud Italos, Franci vero *Sicile* vocant: paret regi Catholico. *Idem.*

[q] *Non, &c. populum coërcuissent*] Sic enim metuere sibi, magis quam principi aut Reipub. et connivere licentiæ plebis videbantur, non sine flagitio publico.

[r] *Majorem, quam Augustus*] Aliquid hac de re scripsi in Electis cap. de

rei frumentariæ copiam advectaret.' Ita castigandæ plebi compositum Senatusconsultum, prisca severitate: neque segnius[1] Consules edixere :[s] silentium ipsius non civile,[t] ut crediderat, sed in superbiam[u] accipiebatur.

14. Fine anni Geminius, Celsus, Pompeius, Equites Romani, cecidere conjurationis crimine. Ex quis Geminius prodigentia opum ac mollitia vitæ amicus[v] Sejano; nihil

heret. *Sic formatum est decretum Patrum, increpandæ multitudini, ex antiqua disciplina: nec cunctantius edictum proposuere consules ; silentium ipsius non populare, non quasi intra civium modum, ut sibi persuaserat, sed in arrogantiam interpretabantur.*

Sub exitum anni Geminius, Celsus, Pompeius equites Rom. scelere conspirationis afflicti periere. Inter quos Geminius effuso luxu, elegantia, atque amœnitate vitæ

1 Lipsius mallet, *neque sequius,* vel *neque secius.* Plus vis et elegantiæ, si retineatur *segnius.* Brotier.

NOTÆ

Annona. Sed modum tributi Ægyptiaci, qui tunc me latuit, erui ex Sex. Victore in Augusto : 'hujus,' inquit, 'tempore ex Ægypto, urbi annua ducenties millia frumenti inferebantur.' Velim interseri *centena millia modium frumenti.* Quæ vox, litera saltem notata M. ut solet, periit. *Lipsius.*

Frustra tentat Aurelium Victorem. Sic enim et Seneca de brevit. vitæ. c. 18. 'Cogita non id egisse te ab ætate prima, omni cultu studiorum liberalium, ut tibi multa millia frumenti bene committerentur.' Nec aliter Polybius l. v. non longe a principio : Καὶ σίτου προσθεῖναι μυριάδα. *Gronovius.*

[s] *Edixere*] Incipiebant his verbis: *Bonum factum:* vel, *Quod bonum, felix faustumque sit.* Edicto monere populum, increpare, objurgare solebat princeps, etiam deflere cladem publicam, et consolari, excusare ; etiam consilia dare de rebus utilibus: atque id si faceret per consules et magistratus, non civile, sed superbum existimabatur.

Invitabatur etiam per edicta equester ordo ad audiendum. Sueton. Calig. 53. Sic Claudius 'uno die 20. edicta proposuit, inter quæ duo, quorum altero admonebat, ut uberi vinearum proventu bene dolia picarentur.' Sueton. 16.

Sic Titus in incendiis et pestilentia : 'non modo principis solicitudinem, sed et parentis affectum unicum præstitit: nunc consolando per edicta, nunc opitulando.'

Edixere] Promulgavere decretum patrum, cui et edictum suum adjunxere.

[t] *Non civile*] Hoc elucidabit Sueton. Tib. 26. 'Civilem admodum inter initia, ac paulo minus quam privatum egit :' id est, fere intra civium, seu privatorum modum se continuit ; nec principem, aut dominum se ferebat.

[u] *Superbiam*] Quippe mos fuit principi ipsi, populum edicto suo monere, increpare, non tantum per magistratuum edicta.

[v] *Mollitia vitæ amicus*] Luxus et elegantiæ monitor et consultor fuit,

ad serium. Et Julius Celsus, Tribunus, in vinclis laxatam catenam et circumdatam in diversum tendens,[w] suam ipse cervicem perfregit. At Rubrio Fabato, tanquam, desperatis rebus Romanis, Parthorum[x] ad misericordiam fugeret, custodes additi. Sane[1] is repertus apud Fretum Siciliæ[y] retractusque per Centurionem, nullas probabiles causas longinquæ peregrinationis[z] afferebat: mansit tamen incolumis, oblivione magis, quam clementia.

15. Servio Galba, L. Sylla Coss. diu quæsito, quos neptibus suis maritos destinaret Cæsar, postquam instabat virginum ætas, L. Cassium,[a] M. Vinicium legit. Vinicio

Sejano familiaris, ad nihil grave aut serium ascitus erat. Et Julius Celsus tribunus, in vinculis remissam catenam et circumactam in oppositum protendens, suum ipse caput elisit. At Rubrio Fabato satellites appositi, quasi deplorata Rep. Rom. ad Parthorum clementiam confugeret; et certe inventus est in angustiis Siculi maris, reductusque a centurione, nullas verisimiles causas reddebat longinquæ profectionis; vixit tamen salvus, incuria magis quam misericordia.

Servio Galba, L. Sulla Coss. diu pensitato quos neptibus suis viros daret Cæsar, quia imminebat puellarum ætas, assumit L. Cassium, M. Vinicium. Vinicio muni-

1 Optime Mercerus et recentiores. Corrupte Beroaldus et veteres, *sanus repertus.* Idem.

NOTÆ

ut mox Petronius Neroni.

[w] *In diversum tendens*] Si vinctæ erant a tergo manus, potuit laxatam catenam protendere in caput, et sic elidere: si ante se vincla habuit, potuit etiam protendere in frontem et sic cervicem perfringere: vel, forte catenam collo circumdedit, sicque cervicem effregit, elisit.

[x] *Parthorum*] Imperium, et Parthia regio: vide notas l. II. c. 1.

[y] *Fretum Siciliæ*] Vel, Siculum fretum; est inter Brutium provinciam Italiæ, et Siciliam insulam, jungens mare Tyrrhenum cum Siculo: hodie *Faro di Messina,* inter Calabriam ulteriorem, provinciam regni Neapolitani, et Siciliam insulam. *Tillemon.*

[z] *Peregrinationis*] Commeatus seu copia exeundi Italia petebatur a senatu olim, mox a principe. Sueton. Claud. 16. 'Notavitque multos, et quosdam inopinantes, et ex causa novi generis, quod se inscio ac sine commeatu Italia excessissent: quendam vero et quod comes regis in provincia fuisset.' Itaque Claudius idem, 'commeatus a senatu peti solitos beneficii sui fecit:' idem Sueton.

[a] *L. Cassium*] Ita recte, estque ille qui consul cum M. Vinicio Quartino fuit, anno urbis 783. Nam Suetonius diserte notat, Drusillam collocatam L. Cassio Longino consulari.

Pomponius de origine juris fefellit viros magnos, qui scribenti credunt, C. Cassium Longinum illum, qui jurisconsultus, consulem fuisse cum Quartino Tiberii temporibus. Atque censent hunc ipsum esse qui progener Cæsari nunc factus.

oppidanum genus: Calibus ortus, patre atque avo Consularibus, cetera Equestri familia erat: mitis ingenio et comtæ facundiæ. Cassius plebei Romæ generis, verum antiqui honoratique, et severa patris disciplina eductus, facilitate[b] sæpius quam industria commendabatur. Huic Drusillam,

cipalis familia, oriundus Calibus, patrem avumque consulares præferens, cetera equestris loci erat, lenis ingenio et sermonis elegantia. Cassius plebeiæ stirpis Romæ, verum priscæ et decoræ, et severo parentis exemplo institutus, lenitate morum magis quam solertia ingenii laudabatur. Huic Drusillam, Vinicio Juliam, Ger-

NOTÆ

Erras. Non est hic, Pomponi, juris antistes ille quem censes. Primum, quia Tacitus inter elogia morum, generisque, laudem ei nullam tribuit juris: deinde, quia prænominibus diversi. *Lucius* hic est; *Caius* ille tuus, constanti veterum scripto.

Cassiodorus ecce L. Cassium et M. Vinicium Coss. nominat. Sueton. in Caio, *Lucium Cassium Longinum:* et Tacitus hoc loco.

Diversi vita, etiam et morte. Jurisconsultus ille in honore sub Claudio fuit, Syriam administravit, pulsus a Nerone, per Vespasianum rediit, et omne ille tempus vixit: iste sub Caio proconsul Asiæ, et, monentibus sortibus, ut caveret Cassium, a tyranno cæsus est.

Sueton. c. 57. et Dio LIX. qui tamen male Caium vocat. Denique, quid respondes ad illud Taciti, *facilitate sæpius quam industria commendabatur?*

Demit ecce illi industriam ingeniumque: et audebunt dicere, hæc convenire in magnum illum sacerdotem. Plura de hoc C. Cassio l. XVI. *Lipsius.*

L. Cassium] Notavit hic doctissimus Lipsius errorem Onufrii ac Sigonii, qui Cassium hunc eundem esse volunt cum jurisconsulto C. Cassio. Sed quod idem accusat Pomponium, verbo respondebis, et defendes JCtum. Non enim is M. Vinicium collegam dat Cassio jurisconsulto, sed Quartinum; nec mentio usquam Quartini nomen adhæsisse huic Vinicio. Consules ergo simul L. Cassius Longinus et M. Vinicius, et quidem ordinarii. Rursus consules C. Cassius, jurisconsultus, et Quartinus, sed suffecti.

Monuit id doctissimus atque optimus senex Jacobus Cujacius ad l. II. de origine juris. Itaque et Lipsii sententia hos Cassios discernentis, vera, docta, et Pomponius sine culpa. *Mercerus.*

[b] *Facilitate*] Tiberius in generis suis, nec veterem nobilitatem, nec magnas virtutes sectabatur; maluit lenitatem vitæque modestiam.

Sic Vinicium elegit, qui 'equestri familia erat: mitis ingenio,' &c. Sic prætulit Cassium, qui plebeii generis, et qui licet severe eductus, magis tamen 'facilitate quam industria commendabatur.'

Ne scilicet, uxorum nobilitate, et genere suo, propriaque virtute elati, plus quam civilia agitarent. Principalia matrimonia hæc sæpe infausta. Plut. lib. inscripto: Maxime cum principibus sapienti esse disputandum. 'Verum hi quidem, quomodo Ixion, Junonem persequens, in nubem delapsus est, ita loco amicitiæ, simulacrum fallax, et ad pompam compositum, atque instabile amplectuntur:' idque in utroque sexu.

Vinicio Juliam, Germanico genitas, conjungit: superque ea re Senatui scripsit, levi cum honore[c] juvenum: dein, redditis absentiæ causis admodum vagis,[d] [1] flexit ad graviora et offensiones ob Rempubl. cœptas, ' utque Macro Præfectus[e] Tribunorumque et Centurionum pauci secum introirent, quotiens curiam[f] ingrederetur, petivit;'[2] factoque large, et sine præscriptione generis aut numeri, Senatusconsulto, ne tecta quidem urbis, adeo publicum consilium nunquam adiit, deviis plerumque itineribus[g] ambigens[h] [3] patriam et declinans.

manici filias collocat; eaque de re scripsit Patribus, modica cum laude adolescentum: posthac allatis sui secessus causis admodum vagis ac incertis, *vertit ad magis seria et ad inimicitias ob Remp. susceptas, postulavitque,* ut Macro præfectus *prætorio,* tribunique et centuriones aliquot, secum ingrederentur, quoties in senatum veniret. *Formatoque decreto Patrum amplissimo, et sine limitatione ulla, generis, aut multitudinis* comitantium, *ne muros quidem civitatis* introiit, *adeo in Curiam nunquam venit, per aversas plerumque vias ambigens, simulque urbem devitans.*

1 Frustra tentat Lipsius, *vanis.* Brotier.—2 Ita editio princeps et libri omnes editi. Ab Ernesto (forte tamen operarum error est) omissum, *petivit.* Idem Cl. Lallemand, Ernesti assecla, omisit. *Idem.*—3 Male tentat Rhenanus, *ambiens.* Idem.

NOTÆ

[c] *Levi cum honore*] Neque enim *generos* gloria aut fama magna insignitos elegit, aut voluit.

[d] *Causis admodum vagis*] Cave mutes *vanis,* aut quocumque alio modo. Tacit. lib. xv. idem verbi repetit: ' Quamvis lætitiam vagis sermonibus simularet.' *Acidalius.*

[e] *Præfectus*] Licet absolute hic sumi videatur, non tamen intelligi debet de *præfecto urbis.* Non enim utrumque munus uni dedisset senex suspicax, et propterea statim additur, *tribunorumque et centurionum:* unde satis patet intelligi *præfectum prætorio.* Vacabat munus præfecti urbis, neque tamen id demandatum Macroni fuit.

[f] *Quotiens curiam*] Quod idem tamen postea petiit Claudius a senatu, et obtinuit. Sueton. Claud. xii. ' Ut sibi in curiam præfectum prætorii tribunosque militum secum inducere liceret, &c. precario exegit.'

[g] *Deviis plerumque itineribus*] Sueton. Tib. 72. ' Bis omnino toto secessus tempore, Romam redire conatus, semel triremi usque ad proximos Naumachiæ hortos subvectus est: disposita statione per ripas Tiberis, quæ obviam prodeuntes submoveret. Iterum Appia usque ad septimum lapidem, sed prospectis modo, nec aditis urbis mœnibus rediit. Primo incertum qua de causa, postea ostento territus. Erat ei in oblectamentis serpens draco, quem ex consuetudine, manu sua cibaturus, cum consumtum a formicis invenisset, monitus est, vim multitudinis caveret.'

[h] *Ambigens*] Licet sint duo verba

16. Interea magna vis accusatorum in eos irrupit, qui pecunias fœnore[i] auctitabant, adversum legem Dictatoris Cæsaris,[j] qua 'de modo credendi possidendique intra Italiam cavetur; omissam olim, quia privato usui bonum publicum postponitur. Sane vetus urbi fœnebre malum,[k] et seditio-

Interim turba ingens delatorum in eos invasit, qui quæstum fœnore faciebant, contra legem Divi Julii, qua præscribitur de ratione mutuo dandi possidendique intra Italiam; *quæ lex neglecta jam olim, quia bono publico privata utilitas anteponitur. Certe vetusta civitati lues fuit usura, et sæpissime causa discordiarum*

NOTÆ

dissimilem casum requirentia, tamen brevitatis causa Tacitus ad unum tantum refert suum casum. Sic igitur intellige *declinans patriam et ambigens de ea.*

Ambigens] Dubitans an intraret, aut dubitare fingens, aut se velut intraturum simulans.

[i] *Qui pecunias fœnore*] Plato lib. VIII. de legibus, non censet, permittendum ex puteo vicini aquam ad usum quotidianum sumere, nisi illi qui prius in solo suo foderit usque eo dum ad argillam pervenerit. Hoc enim argumento utuntur aquileges, aquam inveniri non posse.

Ita non esse permittendum, pecuniam ab alio utendam petere, nisi ei qui prius tentasset omnes rationes subveniendi necessitatibus suis, aut ex fructibus prædiorum suorum, aut labore et industria, aut parsimonia et frugalitate.

Eo magis, quod nemo fœneratur propter ea, quæ sint ad vitam tuendam necessaria: 'Quid ad tuendam est vitam opus, præter duo? Cereale munus, et Acheloi pocula.' Propter hæc autem nemo se, ut Diogenes dicebat, fœneratori obligat. Ut in argento, aut in auro bibatur: ut gemmis digiti, aures unionibus onerentur, ut purpura calcetur, ut ebore incrustentur laquearia, ut auro radient, ut citreæ mensæ petitis trans mare dapibus premantur: ut stultæ, infinitæ, inhonestæ cupiditates delassentur potius quam expleantur: ob has et harum similes causas argentariorum tabulæ implentur, &c. Si plures unius creditores erant, qui solvendo non essent, licebat eis corpus ejus dissecare, et inter se partiri. Quæ tam horrenda tamque atrocia, lege nominatim permissa erant, ut deterrerent homines ab ære alieno contrahendo. *Salm.*

[j] *Adversum legem Dictatoris Cæsaris*] Suggerit eam legem aperte, quod sciam, solus Dio lib. XLI. 'Et quoniam complures pecuniam multam habere et occultare dicebantur, edixit ne quis in argento aurove amplius possideret quam 60. sestertia.' Sunt mille et quingenti coronati.

Et alludunt alii scriptores, ut Sueton. Tib. c. 49. dum scribit, quosdam damnatos esse, 'quibus nihil aliud sit objectum, quam quod partem rei familiaris in pecunia haberent.' Partem scilicet majorem quam pro lege. In qua Suetonii vera sententia eruenda Scholiastæ laborant frustra. Reliquum pecuniæ conferri Cæsar voluit in agros. *Lipsius.*

Adversum legem Dictatoris] De qua Sueton. in Cæs. 42. et Cæsar ipse libro III. de bello civil. *Muretus.*

Legem] Tribuniciæ leges, *plebiscita* proprio vocabulo dicuntur; consulares vero absolute *leges* dicuntur. *Budæus.*

[k] *Malum*] Plut. de vitando ære

num discordiarumque creberrima causa: eoque cohibebatur, antiquis quoque et minus corruptis moribus. Nam primo duodecim tabulis sanctum,[l] 'ne quis unciario fœnore[m] amplius exerceret,' cum antea ex libidine locupletium agitaretur: dein rogatione Tribunicia ad semuncias redacta,

dissensionumque; ideoque coërcebatur priscis etiam et minus labefactis moribus. Quippe initio duodecim tabulis cautum, nequis pecuniam crederet majori usura, quam unciaria, *cum prius ex libito et arbitrio divitum fœnus exerceretur; postea lege per tribunos lata, semunciarium fœnus factum* ex unciario: *et tandem prohi-*

NOTÆ

alieno: 'Fuge hostem et tyrannum fœneratorem, qui non terram et aquam, Xerxis more, poscit, sed libertatem tuam invadit, et dignitatem tuam prostituit: si nihil debes, obturbat; si habes, non accipit; si quid vendis, pretium diminuit; si nihil vendis, ut vendas, cogit; si judicia exerces, compellat; si juras, imperat; si ad fores ejus venis, excludit; si domi inclusus es, ostium servat, atque pulsitat.'

[l] *Duodecim tabulis sanctum*] At eam sanctionem Livius ad M. Duellium Trib. pl. refert post duodecim tabulas aliquot annis: lib. VII. 'C. Marcio, Cn. Manlio Coss. de unciario fœnore a M. Duellio Tribuno pl. rogatio est perlata: et plebs aliquanto eam cupidius scivit, accepitque.' *Lipsius.*

[m] *Unciario fœnore*] Quia numerus duodenarius commodissimus est ad partitiones. Habet enim, 6, 4, 3, 2, 1. Idcirco eo antiqui in rebus dividendis sæpissime utebantur. Sic hæreditatem vocabant, *Assem*, &c.

Sic cum singulis mensibus, singuli nummi pro centenis, usuræ nomine, pendebantur, id est, duodeni quotannis in centenos, eam usuram *centesimam* vocabant: quæ gravissima erat omnium lege permissarum; et ea ipsa quasi *As* usurarum erat. Proxima erat, cum undeni, id est, deunx. Persius: 'Quid petis ut nummi, quos hic quincunce modesto Nutrieras, pergant avidos sudare deunces?' Inde *dextantes* usuræ, *dodrantes, besses, septunces, semisses, quincunces, trientes, quadrantes, sextantes, unciæ.*

Erant autem *unciæ* usuræ, cum pro centenis mutuis datis, singuli quotannis usuræ nomine pendebantur. Eam permissam fuisse, hic ait Tacitus, lege duodecim Tabul.

Sed cum, ut verisimile est, graviores usuræ postea exercerentur, lex de unciario fœnore iterum lata est, centum fere annis post duodecim Tabulas a M. Duilio, L. Mænio tribunis pl. ut auctor est Livius lib. VII.

Deinde ad semuncias, decem annis post legem eadem de re Duilii tribuni pl. idque T. Manlio Torquato, C. Plautio Coss. *Muretus.*

Unciario] As dividebatur in duodecim partes, quæ singulæ appellabantur *uncia.* Sicque *unciarium* fœnus fuit forte id quod nos vulgo vocamus denarium duodecimum, ita ut centum libræ v. g. redderent quolibet mense unam libram, in annum duodecim libras: quod dein redactum est ad dimidium, ita ut in annum, pro centum libris, sex solverentur, seu sextus denarius penderetur.

postremo vetita versura:[n] [1] multisque plebis scitis obviam itum fraudibus, quæ, totiens repressæ, miras per artes rursum oriebantur. Sed tum Gracchus Prætor, cui ea quæstio evenerat, multitudine periclitantium subactus, retulit ad Senatum: trepidique Patres (neque enim quisquam tali culpa vacuus) veniam a Principe[o] petivere: et,[2] concedente, annus in posterum sexque menses dati, quis, secundum jussa legis, rationes familiares quisque componerent.

bitum omne omnino *fœnus: multisque populi jussis coërcita* sunt *flagitia, quæ toties cohibita, per novas et inauditas fraudes rursus erumpebant. Sed tum (nempe, ævo Tiberiano) Gracchus Prætor, cui ea cognitio obtigerat, et ingenti numero reorum adactus, egit de ea re apud senatum; pavidique Patres (neque enim ullus a tali crimine immunis) gratiam* præteritorum *a Cæsare postulaverunt: et* illo *annuente, in futurum annus et sex menses concessi sunt, intra quos,* cives singuli *rem familiarem suam ordinarent, juxta præscriptum legis.*

1 Sic distinguendum locum hunc Salmasius docet de Modo Usur. cap. 7. *Ryckius.*—2 Mallet Pichena, *eo concedente.*

NOTÆ

[n] *Postremo vetita versura*] Id est, sublatum omne fœnus, quod ambigue Livius ponit in actis anni 412, quinto anno post semunciam constitutam: 'Præter hæc,' inquit, 'invenio apud quosdam L. Genutium tribunum pl. tulisse ad populum, ne fœnerare liceret.'

Magis cum Tacito affirmat Appianus lib. I. Civilium: 'Eodem tempore in urbe debitores fœneratoresque dissentiebant. Alii quidem exigebant debita simul cum fœnore, vetere quadam lege prohibente (Genutii nempe) ne mutuam dare pecuniam fœnore liceret, vel eum qui sic fœneraretur, mulcta punitum iri. Qui vero antiqui moris fœnora statuebant, alii quidem pro more postulabant fœnus, alii vero velut in bellis et seditionibus, differebant reddere. Quidam etiam et fœneratores mulctam præterea soluturos minitabantur.'

Versura] Versuram facere, vel solvere (ut inquit Donatus) est creditorem mutare, et fœnus fœnore dissolvere, quasi nudato Petro Paulum tegere, ut vulgo dicunt, et ut ita dicam, nomen nomine expungere. *Budæus.*

Versura] Plut. Lib. De vitando ære alieno: 'Jam qui semel involutus est debitis, is semper manet obæratus, alium ex alio sessorem, frænati in modum equi, suscipiens. Atque adeo fabulam de vulturibus audi. Vomente uno, et ejicere intestina dicente, alter astans, 'quid,' inquit, 'mali est? non enim tua evomis viscera, sed cadaveris, quod recens laniavimus.' Ita enim æs habentium alienum, quilibet non suam villam, non domum vendit suam: sed creditoris, quem sibi dominum juxta leges fecit.'

[o] *Veniam a Principe*] Veniam, seu gratiam pro præterito, et remedium tanto malo in futurum postulabant a principe.

17. Hinc inopia rei nummariæ, commoto simul omnium ære alieno; et quia, tot damnatis, bonisque eorum divenditis, signatum argentum fisco vel ærario attinebatur. Ad hoc Senatus præscripserat, 'duas quisque fœnoris[1] partes[p] in agris per Italiam collocaret.' Sed creditores in solidum appellabant:[q] nec decorum appellatis, minuere fidem. Ita primo concursatio et preces:[r] dein strepere Prætoris tribunal: eaque, quæ remedio quæsita, venditio et emtio,[s] in con-

Hinc egestas rei pecuniariæ, concusso et labefacto simul universorum ære alieno, et quia tot divitibus *punitis, et facultatibus eorum venumdatis, signata pecunia fisco, vel ærario, clausa erat. Præterea decreverant Patres,* ut quisque duas pecuniæ suæ partes collocaret in prædiis per Italiam. *Sed creditores totam pecuniæ summam apud judices repetebant; nec honestum* erat *citatis* debitoribus, suam *fidem* seu creditum *infirmare. Sic initio concursus et precationes; postea clami-*

1 Frustra tentat Muretus, *patrimonii* pro *fœnoris.* Licet enim Suetonius in Tiber. XLVIII. dixerit, 'cum per senatusconsultum sanxisset, ut fœneratores duas patrimonii partes in solo collocarent, debitores totidem æris alieni statim solverent,' nihil tamen mutaverim. Sed, *patrimonium* et *fœnus* pro

NOTÆ

[p] *Duas quisque fœnoris partes*] Sueton. Tib. c. 48. Simile quid Plinius l. VI. epist. de senatu sui ævi: 'Patrimonii tertiam partem conferre jussit in ea quæ solo continerentur.' Capitolinus de M. Antonio: 'Jussit ut senatores peregrini quartam partem in Italia possiderent.'

Duas quisque fœnoris partes] Intelligo duas partes ex tribus partibus, vel duas tertias partes. Sic Livius l. I. 'Cum Hernicis fœdus ictum, agri partes duæ ademtæ.' Nam paulo infra ait: 'Quid attinuisse Hernicis paulo ante hostibus capti agri tertiam partem reddi?'

Idem lib. VIII. in princip. 'Oppidum captum redditumque Privernatibus, præsidio valido imposito, agri partes duæ ademtæ.'

Illustratur hic Taciti locus a Sueton. Tib. 48. 'Cum per senatusconsultum sanxisset, ut fœneratores duas patrimonii partes in solo collocarent, debitores tot idem æris alieni statim solverent.' *Pichena.*

[q] *Creditores in solidum appellabant*] In summa inopia rei nummariæ, cum non haberent debitores, unde solverent; duabus quidem fœnoris partibus satisfaciebant, agris tradendis ex senatusconsulto. Reliquum vero vel agros similiter occupaturum erat, vel apud debitores residebat.

Itaque solidum petebant ex agris sibi solvi creditores; negantibus debitoribus, propter agrorum vilitatem. Cum autem nollent magistratus minui fidem, hoc est, vellent omnibus integrum solvi, ita primum concursatio, &c. *Ferretus.*

[r] *Concursatio et preces*] Precati principem et senatum, ut mederentur calamitati, forte et ipsos creditores, seu fœneratores, ne premerent vehementius.

[s] *Remedio quæsita, venditio et emtio*] Sensus est: in luxum libidinemque

trarium mutari; quia fœneratores omnem pecuniam mercandis[2] agris condiderant.[t] Copiam vendendi secuta vilitate, quanto quis obæratior, ægrius distrahebant;[u] multique fortunis provolvebantur: eversio rei familiaris dignitatem ac famam præceps[3] dabat: donec tulit opem Cæsar, disposito per

tantium et litigantium vocibus fremere prætoris subsellia; eaque quæ in subsidium comparata videbantur, *venditio et emtio, in oppositum versa; quia fœneratores rem nummariam omnem emendis prædiis collocarant.* Ita *facultati venumdandi successit vile pretium, et quanto quis ære alieno magis obrutus,* tanto *difficilius vendebant, et plurimi fortunis evertebantur: et jactura opum facultatumque honorem et existimationem* simul *pessumdabat; donec subvenit princeps, collocato per men-*

pecunia, sub fœnore posita, sunt accipienda. *Brotier.*—2 Salmasius mallet, *in mercandis agris condiderant*, id est, *collocaverant*. Verior est Pichenæ ceterorumque omnium explicatio, *ut agros mercarentur pecuniam suam condiderant*, seu *abdiderant*. Idem.—3 Ursinus, Muretus, Acidalius, corrigunt *in præceps*, male. Vide Annal. IV. 62. 'immensamque vim mortalium spectaculo intentos, aut qui circum astabant, *præceps* trahit.' 'Mox in sublime citatos Cernua subjectum dare *præceps* corpora in amnem.' Auson. Mosel. 271. *Idem.*

NOTÆ

fœneratorum convertebatur emtio et venditio, quæ non aliam ob causam in gentium usum venerat, quam ut hominum necessitati mederetur, et rerum commutatione succurreret. *Vertranius.*

[t] *Pecuniam mercandis agris condiderant*] Videtur sensus: Absconderant pecuniam fœneratores, ne quis posset ab iis, ad agros obæratorum mercandos, fœnore sumere; hac scilicet mente, ut cum alii emtores, propter pecuniæ inopiam, non invenirentur, obærati suos agros fœneratoribus ipsis cogerentur vilissimo pretio vendere.

Et ideo dixit, emtionem et venditionem, quæ alias remedio civium esse solebant, in contrarium mutatas, quippe quæ non ad suum cujusque arbitrium, sed ad voluntatem, et avaritiam fœneratorum tantummodo exercebantur. Plut. de vitando ære alieno: 'Fœnerator, si quid vendis, pretium diminuit: si nihil vendis, ut vendas cogit.' *Pichena.*

Legendum *pecuniam in mercandis agris condiderant.* Id est, posuerant, collocaverant, fundaverant. Quæ omnia ex eadem tralatione. *Poni* quoque pecunia similiter dicebatur; quia *ponere*, idem quod ædificare, collocare, et fundare. Inde et *poni* pecunia dicitur, ut *condi* et *fundari*, quæ in solido locatur et bene constituitur.

Duplici sensu locatio vel collocatio pecuniæ sumitur: cum mercede pacta alicui locatur: quomodo et aliæ res solent locari, pro quibus mercedem conductores præstant; et simpliciter, cum pecunia, possessiones, aut aliæ res emuntur, in his, *locari, poni,* et *collocari*, vel etiam *fundari* pecuniæ dicuntur. Salmasius de Usuris.

[u] *Ægrius distrahebant*] Vendendi difficultas, arbitror, ex eo, quod ab iis non temere nec sine cautione emebatur, propter evictionis periculum. *Pich.*

Ob vilitatem, agros ægrius distrahebant.

mensas millies sestertio,[v] factaque mutuandi copia sine usuris[w] per triennium, si debitor populo in duplum prædiis[4] [x] cavisset. Sic refecta fides, et paulatim privati quoque creditores reperti: neque emtio agrorum exercita ad formam Senatusconsulti; acribus, ut ferme talia, initiis, incurioso fine.

18. Dein redeunt priores metus, postulato majestatis Considio Proculo: qui, nullo pavore diem natalem celebrans, raptus in curiam, pariterque damnatus interfectusque. Et sorori ejus Sanciæ aqua atque igni interdictum,[y] accusante

sas millies sestertio, dataque mutuum sumendi facultate sine fœnore ad tres annos, si mutuum sumens agros seu prædia in duplum Reipub. obligavisset. Ita fides instaurata, et sensim privati etiam creditores inventi sunt. *Neque emtio prædiorum exacta ad præscriptum decreti patrum; vehementibus, ut* sunt *plerumque talia, principiis, et neglecto exitu.*

Postea recrudescunt pristini pavores, arcessito majestatis Considio Proculo, qui nullo timore natale convivium amicis exhibens, tractus est *in senatum, simulque damnatus necatusque; et soror ejus Sancia aqua et igni prohibita est, deferente Q.*

4 Pichena hic ambigit an non potius *prædibus* legendum. Sed utrisque cavebant, *prædibus* et *prædiis:* id est fidejussoribus et pignoribus sive hypothecis: uti Salmasius docet de Mod. Usur. cap. 16. *Ryckius.*

NOTÆ

[v] *Millies sestertio*] Sunt septem milliones et insuper quingenta millia librarum.

[w] *Sine usuris*] Sueton. Tib. 48. 'Publice munificentiam bis omnino exhibuit: proposito millies HS. gratuito in triennii tempus,' &c. Istud, 'in magna difficultate nummaria, populo auxilium flagitante, coactus est facere; cum per senatusconsultum sanxisset, ut fœneratores duas patrimonii partes in solo collocarent, debitores totidem æris alieni statim solverent, nec res expediretur,' &c.

[x] *Prædiis*] Varro de L. L. lib. IV. 'Prædia dicta, item ut prædes, a præstando, quod iis pignori datis, publice mancipes fidem præstent.' Sic lego.

[y] *Aqua atque igni interdictum*] Legitimum exilium erat, cum reus, non ille quidem verbo, re tamen ipsa, in exilium mittebatur. Vetus enim consuetudo fuit inducta legibus, more confirmata, quæ non modo in Repub. sed imperatorum quoque ætate, multis post sæculis viguit: ut si quis exilii pœna dignus videretur, ei nulla exilii mentione facta, tecto, aqua et igni interdiceretur. Ita earum rerum, quæ maxime sunt ad vitam sustentandam necessariæ, usu privatus, cum uno aëris alimento contentus esse non posset, abire cogebatur.

Sic Cicero orat. pro domo. 'Qui erant rerum capitalium condemnati non prius hanc civitatem amittebant, quam erant in eam recepti, quo vertendi, hoc est, mutandi soli causa venerant; id autem ut esset faciendum, non ademtione civitatis, sed tecti et aquæ et ignis interdictione

Q. Pomponio. Is moribus inquies, 'hæc et hujuscemodi a se factitari,' prætendebat, 'ut, parta apud Principem gratia, periculis Pomponii Secundi fratris mederetur.' Etiam in Pompeiam Macrinam exilium statuitur, cujus maritum[1] Argolicum,[a] socerum Laconem,[b] e primoribus Achæorum,[c] Cæsar afflixerat.[2] Pater quoque illustris Eques Romanus, ac frater Prætorius, cum damnatio instaret, se ipsi interfecere. Datum erat crimini, 'quod Theophanen Mitylenæum, proavum[d] eorum, Cn. Magnus inter intimos habuis-

Pomponio. Is ingenio turbidus, prætexebat, hæc et similia fieri a se, ut conciliata sibi amicitia Cæsaris, obviam iret succurreretque discrimini Pomponii Secundi fratris sui. *Exilium quoque decernitur in Pompeiam Macrinam; princeps subverterat ipsius virum Argolicum, et socerum Laconem e proceribus Achæorum. Pater etiam* illius *insignis eques Rom. et frater prætorius, cum judicium immineret, sibi ipsi mortem intulere. Exprobratum veluti crimen ipsis,* quod Pompeius Magnus inter familiares habuisset Theophanem Mitylenæum pro-

NOTÆ

faciebant,' &c.

[1] *Cujus maritum*] Humanum est 'odisse quem læseris.' Tacit. Odium principis sæpe pro magno crimine est.

[a] *Argolicum*] Argos, urbs Argolidis regionis, in Peloponneso, provincia Græciæ: hodie *Argo*, urbecula Saccaniæ regionis, in Morea, provincia imperii Turcici Europæi. *Tillemon.*

[b] *Laconem*] Laconia regio minor Peloponnesi provinciæ, ad meridiem in Græcia: hodie major pars *Tzaconiæ* vel *Zaconiæ*, in Morea provincia, Turcici imperii Europæi. *Tillemon.*

Laconem] Forte sic appellati, quia ex his provinciis Romam translati cum familia sua, et in civitatem curiamque asciti erant.

Namque paulatim principes, post arma civilia, amplissimum ordinem suppleverant recensuerantque, 'submotis indignissimis, et honestissimo quoque Italicorum ac provincialium allecto.' Quod idem narrat Suetonius de Vespasiano 9.

[c] *Achæorum*] Achæi populi Græciæ in universum. Hic vero loqui videtur de populis Achaiæ proprie dictæ, in Peloponneso, et ad Corinthiacum sinum: hodie pars est major *Clarenzæ* regionis, in Morea, provincia imperii Turcici Europæi. *Tillemonius.*

[d] *Theophanen Mitylenæum, proavum*] Horum avus fuit M. Pompeius Theophanes, Asiæ procurator, Tiberio ex intimis amicis. Strabo l. XIII. 'Theophanes ille vir industrius et Reipub. gerendæ peritus, fuitque amicus inter præcipuos Pompeio Magno propter virtutem ipsam, multasque res cum illo præclare gessit, seque clarissimum omnium Græcorum effecit. Reliquit filium M. Pompeium, quem procuratorem Asiæ constituit Augustus, et nunc inprimis amicus Tiberio est.'

Mitylenæum] In ejus gratiam Pompeius Mitylenæis immunitatem donaverat. Plutarch. qui eum malitiosum fuisse ait. Fabrum præfectus fuit in castris Pompeii bello civili, auctorque ei victo fuit, se in Ægyptum potissimum conferendi.

Mitylenæum] Mitylene, urbs Lesbus insulæ, prope Asiam minorem, et

set: quodque defuncto Theophani cœlestes honores Græca adulatio tribuerat.'

19. Post quos Sex. Marius,[e] Hispaniarum[f] ditissimus, defertur ' incestasse filiam,'[g] et saxo Tarpeio[h] dejicitur. Ac, ne dubium haberetur, magnitudinem pecuniæ malo vertisse,[i] aurarias[1] ejus,[j] quanquam publicarentur,[k] sibimet Tiberius

avum eorum, et quod fato functo Theophani assentatio Græca divinas cærimonias detulisset.

Post illos Sex. Marius, opulentissimus Hispaniarum, postulatur incesti patrati cum filia, *et e rupe Tarpeia præceps agitur; ac, ne incertum maneret, ingentem vim pecuniæ exitio illi fuisse, etiam aurifodinas ejus, licet præconi subjicerentur et sub*

1 *Aurariasque ejus.* Brotier. Male emendat Faërnus, *argentarias ejus.* Muretus delet particulam, *que;* merito quidem. Certe redundat. Haud ita probabiliter emendat Nic. Heinsius, *magnitudinem pecuniæ malo vertisse aurariasque, eas, quamquam publicarentur, sibimet Tiberius seposuit.* Brotier.

NOTÆ

ad mare Ægæum: hodie *Metelin*, urbs insulæ cognominis, prope Natoliam, in Archipelago: paret Turcis. *Tillemon.*

[e] *Sex Marius*] Dio 58. ' Fuit inter amicos Tiberii Sex. Marius, tantis inde divitiis ac potentia auctus, ut iratus cuidam vicinorum, biduo cum eo convivium habuerit; ac priori die domum illius subverterit, postridie splendidiorem refecerit; simul ostenderit, eam sibi et ulciscendi et remunerandi facultatem esse.'

[f] *Hispaniarum*] Hispania, regio et peninsula Europæ in latere meridionali, ad Oceanum Atlanticum, et ad mare Mediterraneum: hodie pars est maxima recentioris *Espagne*, excepto tamen comitatu Ruscinonensi, vulgo *Roussillon.*

Nunc Hispania hodierna est sub ditione trium regum. Rex Catholicus sive *rex Hispaniæ*, ut vulgo dicitur, majorem partem tenet, alteram vero rex Portugalliæ; Rex quoque Franciæ partem Catalauniæ in ea possidet.

Tacitus dixit, *Hispaniarum*, quia Romani eam regionem diviserunt in duas partes, nempe Hispaniam Citeriorem vel Tarraconensem, et Hispaniam Ulteriorem. *Tillemonius.*

[g] *Defertur incestasse filiam*] Quam ablegaverat, ne a Tiberio stupraretur. Dionem lege l. LVIII. *Muretus.*

Incestasse] ' Is Marius, cum formosam filiam aliquo ablegasset, ne Tiberius eam pollueret, incesti cum ea commissi accusatus est, ac cum filia periit.' Dio.

[h] *Saxo Tarpeio*] Varro de L. L. 4. ' Capitolium dictum, quod hic cum fundamenta foderentur ædis Jovis, caput humanum inventum dicitur. Hic mons ante Tarpeius dictus a Virgine Vestali Tarpeia, quæ ibi a Sabinis necata armis, et sepulta, ejus nominis monumentum relictum, quod etiam nunc ejus rupes Tarpeium appellatur saxum.'

Saxo Tarpeio] Pars montis Capitolini: vide notas supra c. 12.

[i] *Magnitudinem pecuniæ malo vertisse*] De qua vide Dionem l. LVIII. et de hac historia tota. Nescio an hic idem ille Marius, qui ante annos aliquot postulatus. Supra l. IV. ' Drusum auspicandi gratia tribunal ingressum adiit Calpurnius Salvianus in Sex. Marium.' *Lipsius.*

[j] *Aurariasque ejus*] Si τὸ *que* hic successit in locum vocis, *etiam*, quod

seposuit. Irritatusque suppliciis,[l] cunctos, qui carcere attinebantur, accusati societatis cum Sejano, necari jubet. Jacuit immensa strages:[m] omnis sexus, omnis ætas: illus-

hasta venderentur, sibi ipsi Tiberius vindicavit. Exasperatusque cruore *et suppliciis omnes interfici jubet, qui in vinculis erant, insimulati sociati cum Sejano consilii. Ingens immanisque strages* foro *jacebat; omne genus, omnis ætas; nobiles,*

NOTÆ

passim fit, quid incassum dubitamus? Magnæ divitiæ exitio Mario fuerunt, non autem incestus filiæ, de quo non satis constabat.

Vis id cognoscere? noster ait: en Tiberius, qui præter cetera Marii bona, retraxit etiam in fiscum ejus aurarias, quæ jure in ærarium populi recidebant.

Vel proprie sumas τὸ *que*, et ita distinguas: 'ac ne dubium haberetur, magnitudinem pecuniæ malo vertisse, aurariasque ejus; quanquam publicarentur, sibimet Tiberius seposuit.'

Hoc sensu pernicies Marii ex multis ejus opibus orta est, præcipue ex aurariis, quas possidebat: patet; nam ea omnia sibi Tiberius adjudicavit, licet ad populum essent devolvenda. *Salinerius.*

Aurarias] Sueton. Tib. 49. 'Plurimis etiam civitatibus et privatis veteres immunitates, et jus metallorum ac vectigalium ademta.'

[k] *Quanquam publicarentur*] Quia publicabantur auri fodinæ illæ, *ærarii* erant, quod populi Romani fuit, ut et dispensatio senatus fuit prisco more; attamen sibi eas seposuit Tiberius, et in fiscum redegit. In quo geminabat crimen, quo privatum Hispanum, simul et Rempub. spoliaret. Sed eo ævo parum intererat, an in ærarium, an in fiscum opes redigerentur. Tunc 'omnia Cæsar erat.'

[l] *Irritatusque suppliciis*] Sueton. Tib. 61. 'Mox in omne genus crudelitatis erupit, nunquam deficiente materia: cum primo matris, deinde nepotum et nurus, postremo Sejani familiares, atque etiam notos persequeretur. Post cujus interitum vel sævissimus extitit; quo maxime apparuit, non tam ipsum a Sejano concitari solitum, quam Sejanum quærenti occasiones subministrasse. Etsi commentario, quem de vita sua summatim breviterque composuit, ausus est scribere, Sejanum se punisse, quod comperisset furere adversus Germanici liberos, filii sui, quorum ipse alterum suspecto jam, alterum oppresso demum Sejano, interemit.'

[m] *Jacuit immensa strages*] Mirum, tragœdias eas verborum Tacitum miscere, cum interfecti sunt non plures viginti. Ita enim Suet. c. 61. 'Viginti uno die abjecti tractique; inter eos pueri et fœminæ.' Sed numerum eum, re ipsa admonente, corruptum dixero: substituoque, ∞ id est, mille. Quod fatuus exscriptor interpretatus est *viginti*. Certe de majori numero fatebitur, qui Taciti verba vigilans leget. *Lipsius.*

Immensa strages] Non probo eum numerum ingentem et immensum, quem nobis Lipsius ingerit, nempe mille homines, una die supplicio affectos esse: certe quis hoc credat? et qui sufficiant tantæ stragi manus carnificum? et attende quantus terror incumbat apud Patres, etiam cum pauci quidam accusantur.

Lib. VI. 9. 'Acervatim ex eo Annius Pollio, Appius Silanus, Scauro Mamerco simul ac Sabino Calvisio, majestatis postulabantur, et Vinicianus Pollioni patri adjiciebatur, clari

tres, ignobiles, dispersi, aut aggerati;[2] neque propinquis aut

ignoti, undequaque sparsi aut conferti: neque cognatis aut familiaribus fas erat, his

2 Ita Ms Flor. editiones veteres et recentiores. In intermediis, *aggregati.*

NOTÆ

genus, et quidam summis honoribus; contremuerantque patres. Nam quotus quisque affinitatis aut amicitiæ tot illustrium expers erat?'

At nunc cogita, quantus horror invasisset, non modo urbem Rom. sed etiam totum imperii orbem, si semel una die et una strage, mille corpora civium contrucidata. Quæ domus aut familia, tota urbe, totoque imperio ob affinitatem aut amicitiam non contremuisset, vel exhorruisset?

Igitur, puto, melius est stare verbis Suetonii, ita ut uno die viginti utriuslibet sexus corpora abjecta tractaque sint; et id vocat Tacitus *immensam stragem*, nempe præ aliis suppliciis, in quibus duo aut tres uno die mactabantur.

Certe post Sejani scelus apertum punitumque, 'nullus a pœna hominum cessavit dies,' inquit Sueton. Sicque usque ad eam diem qua jacuit illa strages, jam exhaustus erat carcer reis, et pauciores restabant initæ societatis cum Sejano accusati, quos tandem continuis irritatus suppliciis Tiberius, una die strageque mactavit.

His adde, illo die neque liberos Sejani occisos esse; jam enim perierant; neque ullum ex affinibus aut amicis potentioribus, quorum vel unus multos secum socios præceps traheret: quippe neminem primorum nominant Tacitus aut Suetonius: puto, supererant tantum quisquiliæ conjurationis vindicandæ, et e medio tollendæ, et id genus homines numero tantum forte insignes fuere. Adverte etiam, continuo triennio occisos cives a Tiberio. Tac. infra 38. 'Non enim Tiberium, quanquam triennio post cædem Sejani, quæ ceteros mollire solent, tempus, preces, satias mitigabant.'

Et sane habes similem fere locum Hist. I. 47. 'Otho cruento adhuc foro, per strages jacentium, in Capitolium, atque inde in palatium vectus,' &c. Et tamen pauci tum occisi sunt, nec plures quam tres aut quatuor tum periere; nempe Galba, Vinius, Piso, et procul ab invicem; nam nemo tum restitit, nemo defendit Galbam, præter unum Sempronium Densum, qui nequidem occisus est, ut probavimus ad Hist. l. I. contra interpretem Dionis.

Et quis occidi potuit cum Galba? proximi, amici, primores statim fuga dilapsi sunt in templa proxima; quemadmodum et populus, sine ullo affectu tuendi ullas partes. An miles, an cohors prætoria, quæ illum deducebat? statim visis equitibus, illum deseruere, imaginemque ejus, vexillo detractam, solo afflixere.

Itaque cum cæsus est Galba, tria tantum aut quatuor ad summum corpora jacuere in foro; et tamen Tacitus dicit, *per strages jacentium, &c. vectus*, Otho nempe. Pariter igitur, hic cave, intelligas innumeram aliquam turbam occisam esse a Tiberio. Sed in illis urbanis cædibus et media pace, sufficit audacia et immanitas facinoris, ut sic exprimat eam cladem, verbisque augeat Tacitus.

Strages] Sueton. 'Viginti uno die abjecti tractique sunt.' Si numerum interfectorum eo die tradidisset Tacitus, forte non conveniret cum Suetonio, ut nec sæpe alias. Sic cum apud Fidenas quinquaginta hominum *millia periisse* asserit Tacitus; tantum

amicis assistere, illacrymare, ne visere quidem diutius, dabatur; sed circumjecti custodes, et in mœrorem cujusque intenti, corpora putrefacta assectabantur, dum in Tiberim[n] traherentur:[o] ubi fluitantia, aut ripis appulsa, non cremare quisquam, non contingere. Interciderat sortis humanæ[p] commercium vi metus:[3] quantumque sævitia[q] glisceret, miseratio arcebatur.

20. Sub idem tempus C. Cæsar, discedenti Capreas avo comes, Claudiam,[r] M. Silani filiam, conjugio accepit; immanem animum subdola modestia tegens, non damnatione

adesse, aut lugere, ne spectare quidem diutius licebat; sed circumpositi satellites, et dolorem cujusque acriter explorantes, sequebantur cadavera jam corrupta, donec in amnem projicerentur: ubi innatantia, aut littoribus applicita, nemo comburere, nemo tangere audebat. *Abrupta suspensaque humana officia mutua vi pavoris; et quantum gravesceret immanitas,* tantum pietas, tantum *misericordia procul amovebatur.*

Eodem tempore C. Cæsar secutus avum Capreas abscedentem, uxorem duxit Claudiam M. Silano genitam; atrox ingenium occultans fallaci moderatione, ne damnata

3 Recte dictum. Nec tentandum cum Lipsio et Freinshemio, *vi, metu.* Brotier.

NOTÆ

viginti millia tradit Sueton. quod tamen explicatur.

Sed cum hoc loco de punitorum numero sileat Tacitus, affirmet diserte Suetonius, standum Suetonio, et juxta ipsum explicandus est Tacitus.

[n] *Tiberim*] Tiberis fluvius Hetruriæ, Umbriæ, Samnii, et Latii provinciarum Italiæ, in mare Tyrrhenum se exonerat: hodie Itali vocant *Tevere*, et a Francis dicitur *le Tibre:* est in magno Ducatu Toscanæ, et in statu Ecclesiastico. *Tillemonius.*

[o] *Traherentur*] Anno Romæ 786. Christi 33. Tiberii Imp. 20. Vide notas supra c. 12. *Tillemonius.*

[p] *Sortis humanæ*] Sors humana mors est, et inopinati aut incerti casus. Ita Annal. l. I. 'Permoto ad miserationem exercitu, ob casus bellorum, et sortem hominum.'

At sortis ejus *commercium* est miseratio, et agnitio similis fortunæ, quæ omnibus potest evenire. Hanc sequitur auxilium vel solatium, et sepultura, communi quodam jure. *Lipsius.*

Cum mortalium miserentur miseri mortales, 'habent in consilio fortunam suam,' ut habet Curtius.

[q] *Quantumque sævitia*] Quanto major erat sævitia in damnatos, eo minus misereri poterant affines, propinqui, proximi, amici. *Ferretus.*

[r] *Claudiam*] Sueton. Calig. 12. 'Juniam Claudillam M. Silani nobilissimi viri filiam duxit uxorem. Deinde augur in locum fratris sui Drusi destinatus, priusquam inaugurararetur, ad pontificatum traductus est; insigni testimonio pietatis, atque indolis (Tiberii): cum deserta desolataque reliquis subsidiis aula, Sejano vero tunc suspecto, mox et oppresso, ad spem successionis paulatim admoveretur.'

matris,[s] non exilio fratrum[t] rupta voce; qualem[1] diem Tiberius induisset,[u] pari habitu, haud multum distantibus

quidem matre Agrippina, *neque ejectis fratribus abrupto silentio; qualem diem*, qualem affectum *quolibet die sumsisset Tiberius, eodem modo ipse, neque multum*

1 Male libri editi, *qualem diem*. Divinabat Vertranius, *qualem die*. Vere illustr. Huetius, *qualem in diem*. Brotier et Bipontini non satis percepisse videntur elegantiam J. F. Gronovii, qui libb. editorum scripturam tuetur observatione imitationis Hemericæ, qua Tacitus expressit nobile illud dictum, Od. Σ. 135, 6. *Induisset*, quod nos quidem non repudiamus; non tamen repugnamus, si quis ad exemplum Homericum mutet in *induxisset*. B. C. II.

NOTÆ

[s] *Non damnatione matris*] Sueton. Calig. 10. 'Omnibus insidiis tentatus elicientium, cogentiumque se ad querelas, nullam unquam occasionem dedit, perinde obliterato suorum casu, ac si nihil cuiquam accidisset. Quæ vero ipse pateretur incredibili dissimulatione transmittens; tantique in avum, et qui juxta erant, obsequii, ut non immerito sit dictum: Nec servum meliorem ullum, nec deteriorem dominum fuisse.'

[t] *Exilio fratrum*] Dein exitio. Nam eos, teste Suet. Tib. 54. 'fame necavit: Neronem in insula Pontia, Drusum in ima parte palatii: putant Neronem ad voluntariam mortem coactum, cum ei carnifex, quasi ex senatus auctoritate missus, laqueos et uncos ostentaret; Druso autem adeo alimenta subducta, ut tomentum e culcita tentaverit mandere; amborum sic reliquiis dispersis, ut vix quandoque colligi possent.'

Puto, sic dispersas esse juvenum reliquias, ne ullum criminis Tiberiani vestigium quandoque appareret. Quas tamen post ea collegit Caius princeps, et Mausoleo intulit. Clemens servus Agrippæ Cæsaris cineres collegerat, sed alio consilio; nempe, ne appareret interfectum fuisse, seque sic Agrippam fingeret.

Præcipuus fraudis, et exitii juvenum artifex Sejanus. Sueton. Tib. 55. Perculit 'Ælium Sejanum, quem ad summam potentiam, non tam benevolentia provexerat, quam ut esset cujus ministerio ac fraudibus liberos Germanici circumveniret, nepotemque suum ex Druso filium naturalem ad successionem imperii confirmaret.'

Non exilio fratrum] Unus exulavit Nero, natu maximus filiorum Germanici, et Agrippina mater; Drusus in ima parte palatii attinebatur, ubi et extinctus est. Exularunt sorores, sed postea.

[u] *Qualem diem Tiberius induisset*] Id est, qualem animum vultumque, quoque die sumsisset vel gessisset Tiberius, talem et ipse induebat, ac præ se ferebat.

Qualem] *Qualem diem induisset Tiberius, pari habitu:* ita constituendus locus vexatissimus: componebat se quotidie ad cultum habitumque Tiberii, sive tristis sive lætus: tale illud Papinii in sylvis, Epicedio vernæ pueri: 'Vultumque tuo sumebat ab ore.' *Heinsius fil.*

Qualem diem] Sic Athen. l. VI. 'Satyrus in vita Philippi tradit, cum illo exoculato Clisophum prodiisse, eodem oculo fasciis obligato; ac rursum, cum crus oblæsum regi ac luxatum fuisset, Clisophum, eodem crure claudicantem, cum ipso in publicum exiisse. Siquidem cibum acrem ori Philippus admoveret, vultum Clisophus contrahebat, quasi eo quoque

verbis.[v] Unde mox scitum Passieni, oratoris, dictum[w] percrebuit: 'Neque meliorem unquam servum, neque deteriorem dominum fuisse.' Non omiserim præsagium Tiberii,[x] de Ser. Galba, tum Consule:[y] quem accitum, et diversis sermonibus pertentatum,[z] postremo Græcis verbis in hanc

diversis verbis. Unde postea lepidum et elegans dictum Passieni oratoris celebre fuit; Neque meliorem unquam famulum, neque pejorem dominum fuisse. *Haud præterierim vaticinium Tiberii de Sergio Galba, tum consule, quem vocatum ad se, et variis colloquiis exploratum, tandem Græco sermone in hunc modum affa-*

NOTÆ

vesceretur.'

Qualem diem] Quidam capiunt de veste, sed nondum tempus; scio quid postea fecerit, cum templum sibi struxisset. 'In templo simulacrum stabat aureum Iconicum. Amiciebaturque quotidie veste, quali ipse uteretur.' Suet. Tum non ut princeps, non ut homo, vestiebatur, sed ut Deus, ut Dea, ut παραληρῆμα magnum, ut portentum.

Induisset] Ne intelligas de eadem veste qua Tiberius: non enim expediret, aut forte liceret apud tristem et morosum dominantem; nec forte impune tulisset Caius audaciam. Sed idem ingenium, eosdem affectus, easdemque perpetuo artes æmulabatur, ut bonus servus, et pessimus discipulus, ita et mox pessimus princeps.

[w] *Passieni, oratoris, dictum*] Qui pessime exordiebatur: mediocriter narrabat: insigniter perorabat. Seneca l. III. Declamat.

[x] *Præsagium Tiberii*] Pugnat Suetonius, qui non Tiberio, sed Augusto præsagium hoc tribuit, nec de consule Galba, sed puero. Lege eum in Galba c. 4. A Tacito stant Josephus et Dio.

Præsagium] Sueton. Galba 4. 'Constat Augustum puero adhuc salutanti se inter æquales, apprehensa bucula, dixisse, καί σύ, τέκνον, τῆς ἀρχῆς ἡμῶν παρατρώξῃ (id est: Et tu, puer, imperium nostrum delibabis.) Sed et Tiberius cum comperisset, imperaturum eum, verum in senecta, 'vivat sane' ait, 'quando id ad nos nihil pertinet.' Avo quoque ejus fulgur procuranti, cum exta de manibus aquila rapuisset, et in frugiferam quercum contulisset, summum, sed serum, imperium portendi familiæ responsum est.' Ibid. Sueton.

[y] *Tum consule*] Teste Sueton. 6. 'Consulatum per sex menses ordinarium gessit.' Et Domitio patri Neronis in eo successit, ut et filio ejus in imperio, et Galbæ consulatui successit pater Othonis, veluti præsagium insequentis casus. Idem præsagium tribuit Suetonius Augusto et Tiberio, sicque non pugnat cum Tacito.

[z] *Pertentatum*] Vertit interpres Gallicus, quasi ejus consilia exploraret. Quod falsum, nam eadem arte sua præviderat Tiberius seram Galbæ dominationem, et nihil ad se pertinentem.

Pertentabat igitur tantum, quo ingenio esset, qua prudentia. An tantæ moli par esset futurus. Neque tum ulla consilia habuit Galba, ac ne quidem de imperio vel per somnium cogitabat.

Itaque non id pertentabat Tiberius, quin immo illum admonebat potius de principatu olim. Adeo nihil ab eo metuebat aut suspectabat Cæsar.

sententiam allocutus, 'Et tu, Galba, quandoque degustabis imperium,' seram ac brevem potentiam significans, scientia Chaldæorum[a] artis, cujus apiscendæ otium apud Rhodum, magistrum Thrasyllum[2 b] habuit, peritiam ejus hoc modo expertus.

21. Quotiens super tali negotio[1] consultaret, edita domus parte ac liberti unius conscientia utebatur. Is literarum ignarus,[c] corpore valido, per avia ac derupta (nam saxis domus imminet) præibat eum, cujus artem experiri Tiberius statuisset, et regredientem, si vanitatis aut fraudum[d] suspicio incesserat, in subjectum mare præcipitabat, ne index arcani[e] existeret. Igitur Thrasyllus, iisdem rupibus induc-

tus est; et tu Galba tandem aliquando delibabis principatum: sic *tardam nec diuturnam* illi *dominationem præsagiens peritia Chaldæorum doctrinæ, cujus comparandæ spatium Rhodi, et doctorem Thrasyllum habuit, et cujus scientiam hac ratione exploravit.*

Quoties de re gravi Chaldæos seu Mathematicos *interrogaret, in sublimem ædium partem* se recipiebat, *conscio* tantum *uno liberto, qui rudis literarum, et viribus ingens, antecedebat illum, cujus scientiam pertentare Tiberius decrevisset, per invia et abrupta (nam rupibus inædificatæ illæ ædes) et remeantem, si vanæ artis, aut doli suspicio incidisset, in subjectum pelagus dejiciebat, ne secretum proderet. Itaque Thra-*

vi. 64. *Brotier.*—2 Veteres libri, *Trasullum.* Bene Dio, L. p. 556. Θράσυλλον. *Idem.*

1 In Ms. Flor. *super ta negotio.* Libri editi, *super negotio.* Pichena conjecit, *super tali,* vel *super eo negotio.* Melius, *tali.* Brotier.

NOTÆ

[a] *Chaldæorum*] Chaldæa, vel Babylonia, provincia Assyriæ regionis. Hodie *Yerack,* vel *Hierack Arabi,* provincia regionis *Diarbeck,* in Turcico imperio Asiatico. *Tillemon.* Vide notas II. 27.

[b] *Thrasyllum*] Qui etiam de medicina libros composuisse videtur, laudante Plinio, plus uno loco. Pete fuse hæc a Dione l. LV. *Lipsius.*

[c] *Literarum ignarus*] Rudis ille omnium literarum, etiam primorum elementorum: sic intelligere non poterat, quid ageretur, de qua re consulerentur Chaldæi, et Mathematici, qui haud dubie consulebantur per figuras et verbis ambiguis, aut forte tantum scripto dabantur invicem consultationes, ut solidius meditatæ.

Sicque ignarus legendi scribendique nihil arcani intelligere valuit. Neque etiam quid prodere, neque etiam vel capere poterat, quid figuræ, quid positus, motus, aut spatia siderum, quæ describebantur.

[d] *Aut fraudum*] Potuit esse fraus in arte seu doctrina, qua deciperet sciendi magna et futura avidum; et præterea dolus subesse potuit in revelando arcana talium consultationum. Neque enim sine summo crimine, in salutem principis et imperii his artibus inquirebatur. Quod passim constat apud Tacitum.

[e] *Ne index arcani*] Arcanum in eo erat, quod consultus esset doctor de

tus, postquam percunctantem commoverat, 'imperium' ipsi, et futura solerter patefaciens, interrogatur, 'an suam quoque genitalem horam comperisset: quem tum annum, qualem diem haberet.' Ille, positus siderum ac spatia dimensus, hærere primo, dein pavescere,[2] et, quantum introspiceret, magis ac magis trepidus admirationis et metus, postremo exclamat, 'ambiguum sibi[f] ac prope ultimum discrimen instare.' Tum complexus eum Tiberius, 'præscium periculorum et incolumem fore,' gratatur; quæque dixerat, oraculi vice accipiens, inter intimos amicorum tenet.

22. Sed mihi, hæc ac talia audienti, in incerto judicium est, fato ne res mortalium et necessitate[g] immutabili, an forte

syllus per eadem saxa introductus, ubi consultantem admiratione *perculisset*, principatum *ipsi, eventuraque sagaciter aperiens, rogatur ipse*, an suam pariter natalem horam nosset; quem tum temporis annum, *et* qualem diem sortitus esset. *Ille situs astrorum ac cursus perpendens, cunctari primo, dein metuere, et quantum investigaret, magis ac magis pavidus, stupensque simul, et metuens, tandem erumpit in has voces:* anceps sibi et prope extremum periculum imminere. *Tum illum amplectens Tiberius, ipsi gratulatur, testaturque* vere vatem illum, vere providum esse discriminum, et salvum fore: *et quæcumque protulerat* Thrasyllus, *ad instar oraculi, excipiens, eum arcta familiaritate complectitur.*

Sed cum hæc et similia audio, in ambiguo hæret animus, an res humanæ regantur *fato et necessitate*, seu *lege aliqua ineluctabili, an casu et fortuna vertantur: quippe*

2 Ms. Flor. *pavescente*. Inde conjiciebat Jac. Gronovius, *pavescens*. Recte quoque *pavescere*. Brotier.

NOTÆ

imperio, et præterea arcanum majus de eventu quem promitterent astra consultori.

[f] *Exclamat, ambiguum sibi*] Quasi vero Thrasyllus non videret ultro sine ulla arte discrimen, quo se implicuisset per illas rupes incedens, ac mari subjectum præcipitium, et robustum illum satellitem intuens, qui præibat ipsum, et se a moroso sævoque et occultæ calliditatis principe huc inductum. In his circumstantiis, quis positus etiam sine cœlesti doctrina non metuat? Sæpe miramur inania. Et tamen clarissimus Thrasyllus ea arte, et filium habuit non degenerem.

Exclamat] Simile quid narrat Sueton. de Domitiano c. 15. 'Nulla tamen re perinde commotus est, quam responso casuque Ascletarionis Mathematici. Hunc delatum, nec inficiantem jactasse se, quæ providisset ex arte, sciscitatus est, quis ipsum maneret exitus: et affirmantem, fore, 'ut brevi laceraretur a canibus,' interfici quidem sine mora, sed ad coarguendam temeritatem artis, sepeliri quoque accuratissime imperavit. Quod cum fieret, evenit, ut repentina tempestate dejecto funere, semiustum cadaver discerperent canes; idque ei cœnanti a mimo Latino, qui prætcriens forte animadverterat, inter ceteras dici fabulas referretur.'

[g] *Fato ne res mortalium et necessitate*] Chrysippus apud Gellium VI. 2.

volvantur: quippe sapientissimos veterum, quique sectam eorum æmulantur, diversos reperies; ac multis insitam opinionem, 'non initia nostri, non finem, non denique homines Diis curæ:[h] ideo creberrime[i] et tristia[1] in bonos et læta apud deteriores esse.' Contra alii, 'fatum quidem[j] congruere rebus,' putant, 'sed non e vagis stellis, verum apud principia et nexus naturalium causarum: ac tamen electionem vitæ' nobis relinquunt; 'quam ubi elegeris,[2] certum imminentium ordinem: neque mala vel bona, quæ vulgus putet: multos, qui conflictari adversis videantur, beatos, ac plerosque, quanquam magnas per opes, miserrimos; si illi gravem fortunam constanter tolerent, hi prospera inconsulte utantur.'

antiquos Philosophos, et qui doctrinam eorum sectantur, in ea re *dissentientes videbis, multisque eam inditam esse persuasionem*, non principia nostri, non exitum, nec demum mortales prorsus Diis curæ esse: ideoque frequentissimis etiam adversis probos conflictari, prospera apud pejores esse. *Alii contra;* fatum quidem regere res omnes *existimant;* sed non per sidera errantia, verum per initia et vincula causarum naturalium: et quæ tamen libertatem eligendi vitæ genus *nobis concedunt:* quam ubi semel elegeris, tum fixam firmamque seriem esse rerum, quæ impendent ac futuræ sunt: neque prospera esse vel adversa illa, quæ populus existimet; et plerosque felices esse, qui improsperis exagitari putentur, si infestam illi sævientemque fortunam firmiter sustineant, et multos infelicissimos, licet immensis divitiis affluant, si secunda

1 Beroaldus et veteres, *creberrima et tristia.* Omnino emendandum, *creberrime tristia*, pronuntiat Freinshemius, suffragatur Ernestus. Jac. Gronovius tentat, *creberrima tristia.* Gronovium secutus est Cl. Lallemand. Plus veteris scripturæ et εὐφωνίας esse in *creberrime* existimo. *Brotier.*—2 Frustra tentat Ernestus, *quam ubi feceris*, vel *quam ubi decreris.* Haud ineleganter,

NOTÆ

'Fatum est sempiterna quædam, et indeclinabilis series rerum, et catena volvens semetipsa sese, et implicans per æternos consequentiæ ordines; ex quibus apta, connexaque est.'

[h] *Homines Diis curæ*] Plin. II. 7. 'Irridendum vero agere curam rerum humanarum illud quicquid est summum. Anne tam tristi, atque multiplici ministerio non pollui credamus, dubitemusve?' Sed in tenebris hæc ethnici jactabant.

[i] *Ideo creberrime*] Intellige, quasi scripsisset; et ideo creberrima tristia in bonos, læta apud deteriores esse.

[j] *Fatum quidem*] Alii sentiunt, fatum quidem ita convenire, seu se accommodare rebus mortalium, ut non ex vago cursu stellarum, huc et illuc velut incerto motu oberrantium id pendeat, sed ex principiis, et ex serie seu ordine causarum naturalium, invicem cohærentium (ibi *principia* et *causæ* fere unum et idem sunt); quæ causæ naturales nos ita nectunt, aut vinciunt, ut tamen nobis liberam vitæ electionem relinquant, quam tamen vitam ubi elegeris, jam certum instare ordinem eorum bonorum aut malorum, quæ tibi in vita contingere debent.

Ceterum plurimis[k] mortalium non eximitur,[3] [l] quin 'primo cujusque ortu ventura destinentur: sed quædam secus, quam dicta sint, cadere, fallaciis ignara dicentium:[m] ita corrumpi fidem artis, cujus clara documenta et[4] antiqua ætas et nostra[n] tulerit.' Quippe a filio ejusdem Thrasylli prædictum

ac florente fortuna imprudenter utantur. *Ceterum plerisque hominum* insita penitus opinio *non avellitur, quin* prima cujusque genitali hora, futura et *imminentia* disponantur: sed nonnulla accidere aliter, quam prædicta sint, fraude hominum, qui ignota docent; sic labefactari fidem scientiæ, cujus manifesta exempla, ac specimina, et prisca ætas et nostra exhibuerit. *Nam Neronis*

quam ubi elegeris; licet prius dictum, *electionem vitæ.* Idem.—3 Ita Ms. Flor. editiones veteres et recentiores. In paucis Rhenani et aliorum editionibus, *eximi.*—4 Ita Ms. Flor. editiones veteres et recentiores. In intermediis omissum, *et.*

NOTÆ

[k] *Ceterum plurimis*] Ceterum, quamvis fatum res mortalium non regat per vagas stellas; quamvis per principia, et nexus causarum cum suis effectibus, certus et immotus rerum ordo impendeat; attamen non eximitur plerisque mortalium hæc opinio; quin prima, seu cujusque genitali hora, futura destinentur omnibus; quin et prædici etiam possint, quacumque arte id fiat.

Sive regant astra vitam, sive tantum sequantur causas, aut sint ipsa inter causas, aut connexa cum causis, et simul indicent effectus. Quocumque modo, tamen destinantur res, præsciunturque a peritissimis Mathematicis. Sic imperium Tiberio prædixit Thrasyllus, sic Neroni ejusdem Thrasylli filius, qui, ut puto, et prædixit Agrippinæ, imperaturum filium, et occisurum matrem.

[l] *Non eximitur*] Id est, non obstant hæc, quin plerisque mortalium ventura futuraque destinentur, genitali hora.

[m] *Dicentium*] Hoc loco intelligit præcipue Mathematicos, qui ventura præsciunt. Attamen aliter quam per Chaldæos et Mathematicos imperium prædici potuit. Per varia ostenta, per aquilas, per aves alias, per arbores: sic gallina Liviæ, sic Lauretum Cæsarum ostentum fuit: sic arbor Vespasiani, quæ prostrata surrexit, et duravit usque ad finem Domitiani; per ipsos *haruspices*, qui talia ostenta interpretabantur.

Etiam per *Metoposcopos* Sueton. in Tito 2. de Britannico: 'Quo quidem tempore aiunt, Metoposcopum a Narcisso Claudii liberto adhibitum, ut Britannicum inspiceret, constantissime affirmasse, illum quidem nullo modo, ceterum Titum, qui tunc prope astabat, utique imperaturum.'

Per carmina vetusta, per sacerdotes, per vates fœminas, per oracula, per sortes, per somnia, per ipsa miracula: quid dicam? toto cœlo, totisque fatis monstrantibus principem, immo ipso consensu orbis, fama et opinione omnium mortalium, velut afflante numine. Reputa quid etiamnum agant Chaldæi, seu Magi apud Persarum Reges hodieque florentes.

[n] *Antiqua ætas et nostra*] Imperium prædixere Augusto Mathematici apud Apolloniam; et Agrippæ potentiam, et Tiberio Thrasyllus; idem Thrasyl-

Neronis imperium in tempore memorabitur,[o] ne nunc incepto longius abierim.

23. Iisdem Consulibus Asinii Galli mors[p] vulgatur, quem egestate cibi peremtum[q] haud dubium: sponte, vel necessitate, incertum habebatur: consultusque Cæsar, 'an sepeliri sineret,' non erubuit permittere,[r] ultroque incusare 'casus, qui reum abstulissent, antequam coram convinceretur.' Scilicet, medio triennio[s] defuerat tempus subeundi judicium

principatum a filio ejusdem Thrasylli præmonitum esse suo loco tradetur, ne nunc a proposito longius abscesserim.

Iisdem coss. crebrescit in vulgus mors Asinii Galli, quem inedia cibi confectum esse certo constabat; an ultro, an invitum, in ambiguo erat. Cum interrogatus esset Tiberius, an eum condi tumulo permitteret, *id concedere non puduit, ultroque increpare* fata, quæ sontem rapuissent, priusquam palam coargueretur. *Nimirum* toto *interposito triennio, haud fuerat spatium, quo consularis senex, et tot*

NOTÆ

lus et Caio Cæsari; Sylla Mathematicus necem eidem Caio. Principatum nemo Claudio prædixit: *in occulto habuit* fortuna talem dominum.

Filius Thrasylli Neroni principatum portendit, Augustus ipse et Tiberius Galbæ, Seleucus Mathematicus Othoni; apud Sueton. 4. Prædicta Vitellio ambigua multa et formidolosa, inter quæ et imperium, quo nihil gravius aut exitiabilius ei obtingere potuit. Sueton. 3. 'Genituram ejus prædictam a Mathematicis ita parentes exhorruerunt, ut magnopere semper contenderit pater, ne qua ei provincia vivo se committeretur, &c. interque istos Catta mulier vaticinabatur, cui velut oraculo acquiescebat.' Vespasiano Seleucus, teste Tacito, vel ut habet Sueton. 6. 'Unus ex nobilibus captivis Josephus, cum conjiceretur in vincula, constantissime asseveravit fore, ut ab eodem brevi solveretur, verum jam Imperatore.' Hoc vocabant, 'genesim imperatoriam habere.'

[o] *In tempore memorabitur*] Non est in libris, qui supersunt, id vaticinium, ne in Suetonio quidem. *Lipsius.* Hoc dixerat in fine Neronis, quod opus periit. Aliquid Dio, ubi de nece Agrippinæ, sed vatem non nominat.

[p] *Asinii Galli mors*] Quem eodem die et convivam Tiberii fuisse, et eo subornante damnatum narrat Dio. l. LVIII. in actis anni 782. Est ille qui filius Pollionis Asinii librum edidit, quo patrem Ciceroni comparavit: cui rescripsit Imperator Claudius. Suetonius in ejus vita, et Plinius in Epistolis. Agellius XVII. 1. Eusebius in Chronicis notat, 'Asinium Gallum diris suppliciis mactatum, anno ante Titi Livii mortem.' *Lipsius.*

[q] *Egestate cibi peremtum*] Anno uno ante T. Livii mortem. Eusebius. Græcus Poeta ait: λίμῳ δ' ἔχθιστον θανέειν. *Muretus.*

[r] *Non erubuit permittere*] Debuit erubescere, quod talia rogaretur, quod talia permitteret in viro clarissimo, consulari et consularium principe, ac patre, qui magis suspectus, aut superbus ut in bona causa, quam reus fuit, qui mortuus est, antequam reus peragere-tur: quod non leve argumentum innocentiæ fuit illius, et qui differretur in mortem: forte tamen ut diu moreretur, quæ nova Tiberii sævitia fuit.

[s] *Medio triennio*] Id est, a tempore

Consulari seni, tot Consularium parenti.[t] Drusus deinde extinguitur,[u] cum se miserandis alimentis, mandendo e cubili tomento,[v] nonum ad diem detinuisset. Tradidere quidam,[x] præscriptum[1] fuisse Macroni, si arma ab Sejano tentarentur, extractum custodia[y] juvenem, (nam in palatio attinebatur) ducem populo imponere: mox, quia[z] rumor ince-

consularium pater, convinci apud judices posset. Postea Drusus moritur, cum teterrimis cibis, nempe, *rodendo tomento lecti, per novem dies vitam tolerasset. Nonnulli memoravere, mandatum fuisse Macroni, si Sejanus arma auderet, liberatum carcere juvenem (nam in regia tenebatur) ducem multitudini exhibere: dein quid*

1 Perperam Rhenanus, *descriptum.* In Ms. Flor. et editionibus veteribus ac recentioribus, *præscriptum.* Brotier. Ursinus affert ex suo Codice, *præscriptum,* quod etsi interpolatum credam, sensus tamen postulare videtur: et sic noster I. 6. *Ryckius.*

NOTÆ

accusationis ad mortem.

[t] *Tot consularium parenti*] Plures enim filios habuit, qui consules. Vide ad finem libri tertii supra. *Lips.*

[u] *Drusus deinde extinguitur*] Ita capit interpres Gallicus, ut causam mortis Drusi tribuat huic rumori, qui 'incedebat, fore ut nurui, ac nepoti (Druso) conciliaretur' Tiberius. Sed 'sævitiam quam pœnitentiam maluit' ille. Unde exitium Drusi. 'Quin et invectus in defunctum,' &c. et Agrippinam ipsam statim occidit.

[v] *Mandendo e cubili tomento*] Stramine scilicet, sive palustribus arundinibus, quibus culcitæ vilium hominum infarciebantur. *Pichena.*

Tomento] Varro de lingua Latina IV. 'Posteaquam transierunt ad culcitas, quod in ea sagum, aut tomentum, aliudve calcabant, ab inculcando *culcita* dicta: ac quicquid insternebant, a sternendo *stragulum* appellabant.'

[x] *Tradidere quidam*] Describit mortem Drusi, et obiter memorat, præscriptum fuisse Macroni, illum vinculis eximere, et populo imponere, si arma moveret Sejanus: attamen quia interfecto Sejano, utpote infensissimo Germanici, et ejus familiæ hoste, fama increbuerat fore, ut Tiberius tandem nurui ac nepoti (Druso) conciliaretur, sævitiam maluit.

Quare mox occidit Drusum, negatis alimentis, et mortuo etiam vitia corporis exprobravit, ideoque et Agrippinæ necem statim conjunxit. Unde infert alibi Tacitus, sævitiam Tiberii non ex Sejano ortam, cum post ipsum continuata sit, immo et aucta.

[y] *Extractum custodia*] Sueton. lib. LXV. 'Sic quoque diffidens, tumultumque metuens, Drusum nepotem, quem vinculis adhuc Romæ continebat, solvi, si res posceret, ducemque constitui præceperat. Aptatis etiam navibus ad quascumque legiones meditabatur fugam, speculabundus ex altissima rupe identidem signa, quæ ne nuntii morarentur, tolli procul, ut quidque foret actum, mandaverat.'

[z] *Mox, quia*] Τὸ *mox* non debet explicari per *statim.* Namque secundo post cladem Sejani anno, videtur extinctus Drusus, ut patet ex sequentibus. Quod addit *præscriptum* fuisse *Macroni,* &c. hoc obiter annotat Tacitus, et ut innuat, quo loco tenere-

debat, 'fore, ut nurui ac nepoti conciliaretur Cæsar,' sævitiam quam pœnitentiam maluit.

24. Quin et invectus in defunctum, 'probra corporis,[a] exitiabilem in suos infensum Reipubl. animum' objecit: 'recitarique factorum dictorumque ejus descripta per dies' jussit: quo non aliud atrocius visum: astitisse tot per annos, qui vultum, gemitus, occultum etiam murmur exciperent: et potuisse avum audire, legere, in publicum promere, vix fides; nisi quod Actii Centurionis et Didymi liberti epistolæ servorum nomina præferebant, ut quis egredientem cubiculo Drusum pulsaverat, exterruerat: etiam sua verba Centurio, sævitiæ plena, tanquam egregium, vocesque deficientis adjecerat, quis primo (alienationem mentis simulans) quasi per dementiam, funesta Tiberio, mox, ubi exspes

crebrescebat fama, fore ut sibi reconciliaret nurum et nepotem Cæsar, *crudelitatem clementiæ ac pœnitentiæ prætulit.*

Quin et insectatus mortuum, exprobravit ei vitia naturæ seu dehonestamenta corporis, ac perniciosum in suos, infestumque Reipub. ingenium: legique *præcepit* factorum dictorumque ejus diurna commentaria: *quo non aliud immanius exhibitum est: assedisse per tot annos, qui* spectarent *faciem; suspiria, secretos etiam questus illius annotarent; et potuisse avum* talia *audire, legere, in vulgus edere vix credibile* erat; *nisi quod literis Actii centurionis et Didymi liberti inscripta legebantur vocabula servorum, ut quis exeuntem cubiculo Drusum verberaverat*, aut. *metu absterruerat. Addiderat etiam centurio dicta sua, plena immanitatis, ut* quid *præclarum et eximium, verbaque ultima expirantis* juvenis adjiciebat, *quibus primo deminutam et emotam sibi mentem fingens* Drusus, *veluti per insaniam,*

NOTÆ

tur Drusus.

Extinguitur] Anno Romæ 786. Christi 33. Vide notas c. 19. supra. *Tillemon.*

[a] *Probra corporis*] Potuit dici, quod olim Augustus de Tiberio, quem excusare tentabat, 'naturæ esse vitia, non animi,' apud Sueton. l. LXVIII. Sic pater Galbæ principis, cum appeteretur a fœmina, 'instanti ipsi vitium corporis, secreto posita veste, detexit,* ne quasi ignaram fallere videretur.' Sueton. Galba 3.

Sic Galba princeps habuit etiam vitium aliquod ejusmodi: 'Excreverat etiam in dexteriore latere ejus caro, propendebatque adeo, ut ægre fascia substringeretur.'

Probra] Intelligunt deformitatem aliquam corporis, sive appareret illa, sive etiam occulta foret, ut fieri potuit. Et nullum flagitium Drusi auditum, nisi ferocia aliqua ingenii in matrem, quasi faveret illa magis Neroni vetustissimo filio.

Quod ingenitum filiis et nepotibus M. Agrippæ, Postumo, ipsi Agrippinæ Germanici, et Caio Cæsari, qui impetum, et ἀδιατρεψίαν suam laudabat; quod et his omnibus exitio fuit.

Probra corporis] Id est vitia, seu dehonestamenta corporis naturalia, non flagitia.

vitæ fuit, meditatas, compositasque diras [b] imprecabatur: 'ut, quemadmodum nurum [c] filiumque [1] fratris et nepotes [2 d] domumque omnem cædibus complevisset, ita pœnas nomini generique majorum et posteris exsolveret.' Obturbabant [e] quidem Patres, specie detestandi: [f] sed penetrabat pavor et admiratio, callidum olim, et tegendis sceleribus obscurum, huc confidentiæ venisse, ut, tanquam demotis [3] parietibus, ostenderet nepotem sub verbere Centurionis, inter servorum ictus, extrema vitæ alimenta frustra orantem.

dira et exitiabilia Tiberio optabat: *deinde ubi spem omnem salutis abjecit, cogitatas, præceptasque animo imprecationes effundebat,* ut sicuti nurum *Agrippinam*, et filium fratris *Germanicum*, nepotesque, et omnem familiam cruore, et exitiis afflixisset, ita supplicia lueret debita genti nominique majorum, ac posteris. *Obstrepebant quidem senatores, quasi abominarentur* verba illa Drusi: *sed intrabat animos metus, ac stupor, cum viderent, vafrum olim, et occultandis flagitiis secretum* Tiberium, *eo impudentiæ processisse, ut velut aperto limine et claustris penatum amotis, ostentaret nepotem sub vite et flagello centurionis, et inter servilia verbera, frustra rogitantem cibos ultimos quibus vitam toleraret.*

1 Ita Ms. Flor. et optimæ editiones. In paucis omissum, *que*. Brotier.—2 Verbum excidisse opinatur Acidalius. Nihil periit, sed intelligendum, *oppressisset:* quod recte omissum, ut major sit orationis vis. *Idem.*—3 Bene Ernestus et recentiores. Ceteri, *dimotis*. Idem.

NOTÆ

[b] *Diras*] Nonius: '*Dirum* est triste et infestum, et quasi Deorum ira immissum,' &c. Virg. l. IV. 'Ultricesque sedent in limine Diræ.'

[c] *Nurum*] Τὸ *complevisset* proprie tantum referri possit ad ea, *domumque omnem.* Sed pro genio Taciti debet vis illius et significatus extendi ad *nurum, filiumque fratris, et nepotes;* quos omnes velut una strage et occidione interemerat Tiberius.

[d] *Filium fratris et nepotes*] Totam scenam describit Suetonius Tib. 54. 'Destitutus morte liberorum, maximos natu de Germanici filiis Neronem et Drusum P. C. commendavit, &c. Sed ut comperit, ineunte anno pro eorum quoque salute vota suscepta, egit cum senatu, non debere talia præmia tribui, nisi expertis et ætate provectis: atque ex eo patefacta interiore animi sui nota, omnium criminationibus obnoxios reddidit: variaque fraude inductos, ut concitarentur ad convicia, et concitati perderentur, accusavit per literas, amarissime congestis etiam probris, et judicatos hostes fame necavit.'

[e] *Obturbabant*] Sic Sueton. Claud. 46. 'Quanquam abominantibus qui audiebant,' cum nempe diceret se 'accessisse ad finem mortalitatis.'

[f] *Specie detestandi*] Non Tiberium aut sævitiam illius, neque enim id palam ausi essent patres, sed in speciem simulabant detestari se imprecationes, quas in Cæsarem effudit Drusus, cum vitæ exspes fuit.

25. Nondum is dolor exoleverat, cum de Agrippina[g] auditum, quam, interfecto Sejano, spe sustentatam, provixisse reor, et, postquam nihil de sævitia remittebatur, voluntate extinctam: nisi si, negatis alimentis, assimulatus est finis, qui videretur sponte sumtus. Enimvero Tiberius fœdissimis criminationibus exarsit, 'impudicitiam' arguens, 'et Asinium Gallum adulterum, ejusque morte ad tædium vitæ compulsam.' Sed Agrippina, æqui[1] impatiens,[h] dominandi avida, virilibus curis fœminarum vitia exuerat. 'Eodem die[i] defunctam, quo biennio ante Sejanus pœnas luisset,

Nondum mœror ille desierat, cum de Agrippina nuntiatum est, quam, oppresso Sejano, supervixisse, spe se aliquatenus *sustinentem, puto; at ubi nihil de atrocitate relaxabatur, sponte mortem sumsisse: nisi si subtractis cibis adumbrata mors est, quæ putaretur ultro quæsita. Quippe Tiberius turpissimis probris invectus est,* fœminæ libidinem *incusans,* et Asinium Gallum corruptorem; eoque extincto, vitam præ tædio ipsam exhorruisse. *Sed Agrippina æqui intolerans, et imperandi cupida, virilibus studiis fœmineas cupidines spreverat. Addidit Cæsar,* eodem die extinctam esse, quo biennio ante de Sejano supplicium sumtum

1 Optime dictum: nec tentandum cum Heinsio, *obsequii impatiens.* Brotier. Acidalius plane non verum credit *æqui impatiens*, putatque *regi* vel *jugi impatiens* legendum. Sed verum patet ex II. 42. 'Regibus æqua nedum infima insolita.' *Ryckius.*

NOTÆ

[g] *Cum de Agrippina*] Sueton. Tib. 53. 'Novissime calumniatus, modo ad statuam Augusti, modo ad exercitus confugere velle, Pandateriam relegavit: convitiantique oculum per centurionem verberibus excussit. Rursus mori inedia destinanti per vim ore deducto infulciri cibum jussit. Sed et perseverantem, atque ita absumtam criminosissime insectatus est, cum diem quoque natalem ejus inter nefastos referendum censuisset.'

[h] *Æqui impatiens*] Sic alibi *tolerandi nescia*, quasi diceret *obsequii impatiens*, dominandi avida, ut ipsi alibi exprobravit Tiberius Græco versu; 'Si non dominaris, filiola, injuriam te accipere existimas.' Sueton. Tib. 53.

Æqui impatiens] Id est, *plus quam civilia agitabat;* nec abs re, ut quæ esset neptis et filia Augusti, uxor Germanici Cæsaris, materque Cæsarum, seu Germanicorum. Non intra populi aut civium modum se continebat fœmina, alioquin ingenio ferox, superba et servitii impatiens, ipsa dominationem, ut sibi ac majoribus debitam, ardenter cupiebat, nixa virtute, nobilitate, totque filiis Cæsaribus.

[i] *Eodem die*] Sic multa sæpe eveniunt casu fortuito, quasi sapientia aliqua ordinante. Plut. l. VIII. Sympos. 'Non male jam de fortuna pronuntiavit, eam cum a sapientia differat plurimum, permulta hujus operum similia facere. Mentio etiam facta est hujus rei, quod Alexander Magnus et Diogenes Cynicus ille una eademque die e vivis excesse-

memoriæque id prodendum,' addidit Cæsar: jactavitque, 'quod non laqueo strangulata,[j] neque in gemonias projecta foret.' Actæ ob id grates,[k] decretumque, 'ut quintumdecimum[2] Kal.[l] Novembris, utriusque necis die, per omnes annos, donum Jovi[m] sacraretur.'

26. Haud multo post Cocceius Nerva,[n] continuus Prin-

esset; *adjecitque* id memoria dignum, tradendumque posteris: *imputavit etiam, celebravitque*, quod non laqueo elisæ fauces essent, neque ipsa in Gemonias unco tracta foret. *Propter id gratiæ relatæ sunt principi, statutumque*, ut quinto decimo Kal. Novembris, utriusque mortis die, quotannis donum Jovi dicaretur.

Haud multis interjectis diebus, Cocceius Nerva assiduus ac perpetuus comes *Cæ-*

2 Ita Ms. Flor. editiones veteres, Gronovius et Ernestus. Ceteri emendant, *quintodecimo:* quod haud valde improbandum, cum mox sequatur, *die.* A vetere scriptura, quæ æque Latina est, et forte magis Corneliana, minime discedendum censui. Infra Annal. XII. 69. 'tertium ante idus Octobris,' legitur. *Brotier.*

NOTÆ

runt. Convenit quoque, regem Attalum suis in natalitiis diem suum obiisse. Pompeium Magnum alii suo natali, alii pridie ejus, periisse apud Ægyptum aiebant.'

[j] *Jactavitque, quod non laqueo strangulata, &c.*] Suetonius 53. 'Imputavit etiam quod non laqueo,' &c.

Id verbum *imputare* sciant tirunculi, apud illius temporis scriptores, præsertim Tacitum, Senecam, Suetonium, Plinium, plerumque accipi pro beneficii loco ascribere; sive ut Terentius loquitur, postulare aliquid gratiæ apponi sibi.

Laqueo] Sueton. Tib. 53. 'Imputavit etiam, quod non laqueo strangulatam in Gemonias abjecerit,' &c.

Laqueo] Hoc genus mortis maxime exhorrebant veteres; quia carcer, carnifex, laqueus, unci, et laqueo vexatæ fauces, ac scalæ Gemoniæ imminebant, et tota infamia; et hinc exterriti quidam, venenum in ipsa curia hausere; alii approperavere sibi mortem, abruptis venis.

[k] *Actæ ob id grates*] Non Diis, ut putabat vir eruditus, sed principi, ob clementiam scilicet, quod non laqueo strangulari Agrippinam, nec in Gemonias projici jussisset.

Clarissime id Suetonius Tib. 53. 'Imputavit etiam, quod non laqueo strangulatam in Gemonias abjecerit, proque tali clementia decretum interponi passus est, quo sibi gratiæ agerentur.' *Freinshemius.*

[l] *Quintumdecimum Kal.*] Diem sextum decimum mensis Octobris.

[m] *Donum Jovi*] Hoc ludibrium, idque exitiabile habuerunt illa tempora, ut quoties clade et cæde aliqua insigni afflictaretur Respub. toties grates dominanti, et dona Diis sacrarentur. Jam ab Augusto grassabatur ea adulatio, teste Dione, l. LIII. 'Omnis senatus damnari Cornelium judicio, et exilio pelli, confiscari opes ipsius, et tribui Augusto, et sacra fieri, et gratias Diis agi ab ipsis Patribus decreverat.'

[n] *Cocceius Nerva*] Causam mortis cognosces ex Dione. *Muretus.*

Nerva continuus principis] Celeber

cipis, omnis Divini humanique juris sciens, integro statu, corpore illæso, moriendi consilium cepit. Quod ut Tiberio cognitum, assidere,[o] causas requirere, addere preces, fateri postremo, 'grave conscientiæ,[p] grave famæ suæ, si proximus amicorum, nullis moriendi rationibus, vitam fugeret.' Aversatus sermonem Nerva, abstinentiam cibi conjunxit. Ferebant gnari cogitationum ejus, quanto propius mala Reipubl. viseret, ira et metu, dum integer, dum intentatus,[q] honestum finem voluisse.[r] Ceterum Agrippinæ pernicies, quod vix credibile, Plancinam traxit. Nupta olim Cn. Pisoni, et palam[s] læta morte[t] Germanici, cum Piso caderet,

saris, omnium divinarum humanarumque legum peritus, statu incolumi, corpore illibato, vita concedere statuit. Quod ubi Cæsari compertum fuit, *frequens adesse, causas postulare, adjicere preces, testari demum*, triste et adversum conscientiæ, infestum existimationi suæ fore, si intimus familiarium, nullis moriendi causis vitam aversaretur. *Aspernatus alloquium Nerva, inediam continuavit. Vulgabant scientes cogitationum illius*, eum *quanto propius Reipub. calamitates inspiceret*, tanto magis *decorum exitum optasse, dolore et formidine, dum incolumis, dum intactus atque inviolatus* esset. *Porro Agrippinæ exitium, (quod vix inveniat fidem) Plancinam* simul *abripuit. Uxor olim* ipsa *Cn. Pisonis, et aperte gaudium promserat de nece Germanici; et cum Piso subverteretur, protecta fuerat*

NOTÆ

juris auctor, de quo Pomponius: 'Hic etiam Nerva Cæsari familiarissimus fuit.' Consul fuit cum Vibio Rufino anno 775. *Lipsius.*

Nerva] Dio LVIII. 'Nervaque consuetudinem Tiberii præterea non ferens, causæ aliæ, tum quod a Cæsare latas leges de contractibus is renovaturus erat, velut occasiones angustæ fidei et multorum tumultuum præbituras, multum hortante Tiberio, ut animum suum explicaret, nullo dato responso, vitam abstinentia finivit; qua re motus Tiberius rem fœnerariam temperavit.'

[o] *Assidere*] Horatius: 'Quod si quis casus lecto te affixit, habes qui Assideat, fomenta paret,' &c.

[p] *Grave conscientiæ*] Conscientia est, quod scit intra se unus quispiam, aut cum altero. Id *grave* conscientiæ illius propria suspicione esse potuit, quamvis nullius culpæ sibi conscius esset; *grave* et famæ suæ, suspicionibus vulgi, quasi causam tali morti dedisset. Nam atrox fama in omnia facta principum; etiam et male consulta imputantur ipsis, de quibus sæpe nunquam cogitarunt; sæpe etiam et fortuita.

[q] *Dum intentatus*] Dum illacessitus accusatoribus delatoribusque; dum a sævitia principis inviolatus et intactus fuit.

[r] *Voluisse*] Anno Romæ conditæ 786. Christi 33. Vide notas c. 19. *Tillemonius.*

[s] *Palam*] Nonius: '*Lætari* et *gaudere* distant: ait Cic. Tusc. l. IV. Atque ut *confidere* decet, *timere* non decet, sic quidem *gaudere* decet, *lætari* non decet, &c. *Gaudium* in sapiente et in rebus bonis semper est, *lætitia* etiam in malis, et turpibus rebus esse potest.'

[t] *Læta morte*] Satis amplum et gra-

precibus[u] Augustæ, nec minus inimicitiis Agrippinæ defensa erat: ut odium et gratia desiere, jus valuit; petitaque criminibus haud ignotis, sua manu, sera magis quam immerita supplicia persolvit.

27. Tot luctibus funesta civitate, pars mœroris fuit, quod Julia, Drusi filia,[v] quondam Neronis uxor,[w] denupsit[x] in domum Rubellii Blandi, cujus avum, Tiburtem,[y] Equitem

precibus Liviæ *Augustæ, nec minus odiis Agrippinæ: ubi offensio et favor exolevere, jus polluit; et postulata criminibus haud incognitis,* tandem *sua dextra, tardas magis quam immeritas pœnas luit.*

Tot funeribus oppleta mœstaque civitate, pars doloris fuit, quod Julia Druso Tiberii filio *genita, olim Neroni nupta, degeneri matrimonio transiit in familiam Rubellii Blandi, cujus avum Tiburtem equitem Rom.* fuisse *plerique* adhuc *recordaban-*

NOTÆ

ve crimen exultasse de exitio Cæsaris, ut patet de isto equite Rom. qui supra in Drusi mortem composuerat versus, quasi sic optasset illam, et lætaretur.

[u] *Precibus*] Eo curatius intendit preces Augusta, eo vehementius intentiusque servavit Plancinam, quo magis infestam sciebat Agrippinam et Plancinæ et sibi.

[v] *Julia Drusi filia*] *Drusi*, qui filius fuerat Tiberii.

Julia] Liviæ seu Juliæ plures in hac historia. *Livia* Augusta, etiam *Julia* dicta est, post adoptionem Augusti. *Livia* seu *Livilla* filia Drusi majoris, qui Tiberii frater; hæc soror Germanici et Claudii, nupsit Druso Tiberii filio; et corrupta ad stuprum et veneficium a Sejano, cui mox promissa erat, qua spe deceptus ille, dein et occisus est.

Livia, seu *Livilla*, filia Germanici, quæ et *Julia* etiam Suetonio Claud. 29. ut Livia Augusta: 'Juliasque, alteram Drusi, alteram Germanici filiam, crimine incerto, nec defensione ulla data, occidit.' Hanc *Juliam* enixa erat Agrippina apud Lesbum, cum esset in Oriente. Hanc antea vocaverat *Livillam* Suetonius Calig. 7.

Julia] Filia Drusi, qui Tiberio genitus. Hæc primum nupsit Neroni vetustissimo filio Germanici, dein eo extincto, denupsit in domum Rubellii Blandi, unde ortus Plautius ille, qui Neronis scelere occisus est in Oriente. Et ipsa occisa est a Claudio, dolo Messallinæ.

Drusi filia] Drusi nempe junioris, qui Tiberii filius. Tres Drusi insignes, nempe Drusus frater Tiberii, Antoniæ minoris maritus, Drusus filius Tiberii, et Drusus Germanico genitus, qui a Tiberio occisus est.

[w] *Neronis uxor*] Qui Germanici filius natu major.

[x] *Denupsit*] Extra cognationem suam nupsit. *Mur.* Immo quia in ignobilem domum transiit.

[y] *Cujus avum Tiburtem*] At pater ejus tamen consularis, de quo l. III. 'Solus Lepido e consularibus Rubellius Blandus assensit.' Consul suffectus fuit anno 771.

Tiburtem] Tibur, urbs Latinorum populorum ad Anienem fluvium, in Latio provincia: hodie *Tivoli*, urbs Campaniæ Romanæ, ad fluvium *Teverone*, in statu Ecclesiastico. *Tillemonius.*

Romanum, plerique meminerant. Extremo anni mors Ælii Lamiæ[z] funere censorio celebrata, qui, administrandæ Syriæ imagine[a] tandem exsolutus, urbi præfuerat. Genus illi decorum; vivida senectus; et non permissa provincia dignationem addiderat. Exin, Flacco Pomponio[b] Syriæ Proprætore defuncto,[c] recitantur Cæsaris literæ, quis incusabat, 'egregium quemque, et regendis exercitibus idoneum, abnuere id munus: seque ea necessitudine ad preces cogi, per quas Consularium aliqui capessere provincias adigerentur:' oblitus Arruntium, ne in Hispaniam pergeret, decimum jam annum attineri.[d] Obiit eodem anno et M. Lepidus, de cu-

tur. Sub exitum anni mors Ælii Lamiæ, exequiis censoriis frequentata est; is regendæ Syriæ simulacro tandem exemtus, Urbi præfectus fuerat. Stirps atque origo illi honesta, vigens senectus; et non concessa provincia, novum decus ipsi *adjecerat. Dein Flacco Pomponio proprætore Syriæ extincto, legitur epistola principis, qua arguebat* optimum quemque, et regendis legionibus parem, id muneris recusare: et se ea necessitate ad preces adigi, per quas nonnulli consularium suscipere provincias compellerentur: *haud satis memor, Arruntium jam a decem annis præpediri, ne in Hispaniam proficisceretur. Eodem anno decessit Manius Lepidus, de*

NOTÆ

[z] *Mors Ælii Lamiæ*] Dio: 'Pisonem præfectum urbis mortuum sepultura publica honoravit Tiberius, et Lucium Lamiam pro ipso delegit, quem olim Syriæ impositum Romæ tamen retinuit.'

[a] *Syriæ imagine*] Si qui suspectati ob virtutis nobilitatisve famam, non mittebantur in provinciam, cui præfecti erant. Attamen veluti decus seu speciem honoris habebant administrabantque, licet absentes, provinciam per suos legatos.

Etiam *salarium* accipiebant a principe, velut ituri, et quasi solatium *non permissæ provinciæ.* Tacitus passim, et in vita Agricolæ.

[b] *Flacco Pomponio*] De eodem Suetonius c. 42. Tib. 'Postea princeps, in ipsa publicorum morum correctione, cum Pomponio Flacco et L. Pisone noctem continuumque biduum epulando potandoque consumsit: quorum alteri Syriam provinciam, alteri præfecturam urbis confestim detulit.'

[c] *Defuncto*] Non provincia, sed vita; præfectos provinciarum non mutavit fere Tiberius, nisi morte.

[d] *Attineri*] Huc respexit Suetonius Tib. 41. 'Regressus in insulam (Capreas) Reipub. quidem curam usque adeo abjecit, ut, &c. Hispaniam et Syriam per aliquot annos sine consularibus legatis habuerit.'

Huc etiam spectabat idem Sueton. Tib. 63. 'Unum et alterum consulares, oblatis provinciis, non ausus a se dimittere, usque adeo detinuit, donec successores post aliquot annos præsentibus daret, cum interim manente officii titulo, etiam delegaret plurima, assidueque illi per legatos et adjutores suos exequenda curarent.'

Sed ista disciplina remissa nocuit Reipub. quod innuit Sueton. Tib. 41. Reipub. curam ita abjecit, ut 'Gallias a Germanis vastari neglexerit, magno dedecore imperii, nec minori discrimine:' dum nempe arma ipsis

jus moderatione atque sapientia in prioribus libris satis collocavi:[1] neque nobilitas diutius demonstranda est: quippe Æmilium genus fœcundum bonorum civium, et qui eadem familia, corruptis moribus, illustri tamen fortuna egere.

28. Paullo Fabio, L. Vitellio Coss.[e] post longum sæculorum ambitum, avis phœnix[f] in Ægyptum[g] venit, præbuitque materiem doctissimis indigenarum[h] et Græcorum, multa

cujus modestia prudentiaque in superiori volumine satis memoravi: neque claritudo illius fusius ostendenda est; nam Æmilia gens ferax egregiorum civium, et qui ex eadem stirpe, flagitiosis moribus fuerunt, *insignes tamen opibus* vitam *egere.*

Paullo Fabio, L. Vitellio Coss. post immensam ætatum seriem, ales Phœnix in Ægyptum advolavit; deditque occasionem peritissimis Ægyptiorum et Græcorum,

1 Mallet Muretus *commemoravi.* Nihil mutandum. *Brotier.*

NOTÆ

legatis non permittit; aut ipsi legati magis metuunt principem quam hostem. Vide etiam Sueton. Galba 6.

[e] *Paullo Fabio, L. Vitellio Coss.*] Dio, Solinus, Plinius, biennio posterius venisse eum volunt, Q. Plautio, Sex. Papinio Coss. Vereor ut stare sententia Taciti possit, contra tot testes.

Nota autem ex Dione hos ipsos Consules post celebrata decennalia Tiberii pœna affectos, quod tacuit noster. Ex quo non vane dixerim, narrationi huic annali deesse quædam. Non enim Consulum supplicium certe omisisset. *Lipsius.*

Paullo Fabio, L. Vitellio Coss.] Dio lib. LVIII. biennio serius Sex. Papinio, Q. Plautio Coss. Idem Solinus et Plinius. Ego Tacitum in re fabulosa non ita curiosum fuisse arbitror; falsum autem est, quod Lipsius ex Dione notat, hos consules supplicio affectos esse.

Non tacuisset hoc Tacitus, Dio fusius explicasset: constatque hunc Vitellium, Auli, qui imperavit, patrem, Caligulæ et Claudii temporibus superstitem fuisse. Vide Sueton. in Vitellio: et hic ipse Vitellius postea præfuit Syriæ, ut infra dicetur. *Muretus.*

[f] *Avis phœnix*] Multa èt præclara de hac ave extant apud veteres. Herodot. in Euterpe. Martial. lib. v. 'Qualiter Assyrios revocant incendia nidos, Una decem quoties sæcula vixit avis.' Lactantius: 'Quæ postquam vitæ jam mille peregerit annos.' Vide Plinium x. 2. Melam lib. III. Solinum cap. 46. Ovidium xv. Metamorph. Philostrat. lib. III. de vita Apollonii. Ambros. lib. v. hexamer. cap. 23.

Phœnix] Anno Romæ conditæ 787. Christi 34. Vide notas cap. 19. supra. *Tillemonius.*

[g] *Ægyptum*] Ægyptus, regio Africæ ad mare Mediterraneum et Rubrum: hodie nomen antiquum retinet apud Europæos: ab indigenis Coptis, seu veris Ægyptiis, dicitur *Massr*, a Turcis *Missir*, et a Judæis *Eretz Misraim*: paret summo Turcarum imperatori. Ex relatione Vansleb, &c. *Tillemon.*

[h] *Indigenarum*] Ægyptii nempe,

super eo miraculo disserendi: de quibus congruunt, et plura ambigua, sed cognitu non absurda, promere libet. Sacrum Soli id animal, et ore ac distinctu[i] pinnarum[1] a ceteris avibus diversum, consentiunt, qui formam ejus definiere.[2] De numero annorum varia traduntur: maxime vulgatum quingentorum spatium:[j] sunt, qui asseverent, mille quadringentos sexaginta unum interjici;[3k] prioresque alites[l]

dicendi plurima de hoc prodigio. Placet ea tradere, de quibus inter se *conveniunt, et* simul *pleraque incerta, attamen scitu non indigna. Dicatam Soli volucrem illam, et capite, ac varietate pennarum a ceteris alitibus diversam esse, consensu tradunt, qui speciem ejus descripsere. De ætate ejus et quamdiu vivat, diversa memorantur; ut plurimum sentiunt, quingentos eam annos durare: sunt qui affirment annos mille quadringentos et sexaginta unum*, inter natalem ultimamque diem alitis *interponi.* Adjungunt etiam illi, *antiquiorem alitem venisse primum, regnan-*

1 Ita libri omnes editi. Mallet Pichena, *colore ac distinctu pinnarum.* Nulla mutandi necessitas. *Brotier.*—2 Ita libri omnes editi. In Ms. Flor. *Deffinere.* Unde perperam tentat Pichena, *effinxere.* Bipontini addunt, melius forte fuerit *depinxere.* Melius quidem correctione Pichenæ, non item lectione vulgata. B. C. II. VI. 65. *Idem.*—3 In quibusdam editionibus legitur, sua-

NOTÆ

forte et ceteri Asiatici transmarinique sapientiæ doctores.

[i] *Et ore ac distinctu*] Haud mutem: nam os ei etiam eximium, 'cristis faciem caputque (ait Plinius) plumeo apice cohonestantibus.' *Lips.*

[j] *Quingentorum spatium*] Eo illud Senecæ ad Lucilium, Epist. 42. 'Phœnix semel anno quingentesimo nascitur.' At vero Philostrato lib. III. Apollonii: 'Annos DC. vixit Phœnix,' et apud Plinium x. 2. DCIX. vel ut alii legunt DCLX. *Vertranius.*

[k] *Mille quadringentos sexaginta unum interjici*] Nimis exacta supputatio. Corruptum puto illud *unum*, et fortasse restituendum *annos*, nisi potius credendum sit, majus latere vulnus, ac præeunte Mureto legendum, *mille quadringentos sexaginta, unum in terris.*

Nam verisimile est, hoc etiam addidisse Tacitum, unum tantum in terris Phœnicem, ut Plinius x. 2. 'unum in toto orbe.' Sed cum de tempore solum hic agatur, alienum fortasse videri poterit, de Phœnicis unitate. *Pich.* Frustra reponant hic, *unum in terris:* nam de ætate Phœnicis hic tantum agitur.

Recte *unum.* Mille quadringenti sexaginta unus anni, numerus est anni magni canicularis apud Ægyptios. Censorinus de anno magno Ægyptiorum: 'eoque fit ut anno millesimo quadringentesimo primo ad idem revolvatur principium.'

Hæc magna periodus annorum Ægyptiorum, qua caniculæ ortus, a quo annum suum auspicabantur, ad idem principium revolvebatur.

Firmicus pro anno maximo accepit, quem solis et lunæ et quinque planetarum orbes conficiunt, cum ad idem signum omnes referuntur unde profecti fuerant.

Ita enim in præfatione operis scribit: 'Quantis etiam conversionibus major ille, quem ferunt, perficeretur annus, qui quinque has stellas, lunam etiam ac solem locis suis originibusque restituit, qui mille quadringentorum et sexaginta et unius anni

Sesostride primum,[4] post Amaside[5] dominantibus, dein Ptolemæo,[m] qui ex Macedonibus[n] tertius regnavit, in civitatem, cui Heliopolis[o] nomen, advolavisse, multo ceterarum volucrum comitatu, novam faciem mirantium. Sed antiquitas quidem obscura: inter Ptolemæum ac Tiberium minus ducenti quinquaginta anni fuerunt: unde nonnulli falsum

te Sesostride, dein Amaside, postea Ptolemæo, qui Macedonum tertius imperavit, visamque in urbe, quæ vocatur Heliopolis, stipatam plurimo ceterarum alitum agmine, inusitatam formam contemplantium. Sed certe vetustas incerta et occulta: inter Ptolemæum, ac Tiberium, vix ducenti quinquaginta anni fluxerunt: unde

dente Mureto, *sunt qui asseverent, mille quadringentos sexaginta: unum in terris*, id est, *unum in terris* esse phœnicem. Sic præposteris emendationibus adulterantur veterum scripta. Ait Tacitus quosdam asseverare Phœnicem vivere annos mille quadringentos sexaginta unum: idem ferme tradit Plinius, x. 2. 'cum hujus alitis vita magni conversionem anni fieri prodidit Manilius, iterumque significationes tempestatum et siderum easdem reverti.' Quæ quidem de Cyclo solis per Cyclum lunæ multiplicato, et periodo annorum 532. perperam interpretatur Cl. Harduinus. Hic enim agitur de magni anni conversione, in qua post annos Ægyptios 1460. Julianos vero 1461. primus dies mensis Thoth ad idem caniculæ principium revolvitur. Ab eo deflexerat quotannis horis sex, quia Ægyptii civilem annum habebant dierum 365. sine ullo interkalari. Illa est celeberrima magni anni conversio, et quasi reparatio Zodiaci, *ἀποκατάστασις τοῦ Ζωδιακοῦ*, quam ave Soli sacra et ex se renascente adumbrabant, unde nata apud Ægyptios Phœnicis fabula. De hac periodo sothiaca, seu caniculari, plurima habet Petavius in Auctuario de Doctr. Temp. v. 6. et seq. et Marshamus in Canone Ægypt. p. 9. et 295. Phœnicem adhuc vivaciorem tradit Ægyptius Chæremon apud Tzetzem, Chiliad. v. 395. *Ὡς δ' ὁ Αἰγύπτιος ἱερογραμματεὺς Χαιρήμων Ἔδειξεν ἐν διδάγμασι τῶν ἱερῶν γραμμάτων, Ὁ Φοῖνιξ ἓξ τοῖς ἔτεσι καὶ ἑπτακισχιλίοις Θνήσκει, παραγενόμενος ἐν τόποις τοῖς Αἰγύπτου*: 'Ut autem Ægyptius sacer scriba Chæremon Ostendit in disciplinis sacrarum literarum, Phœnix sex annis et septem millibus Moritur, cum fuerit in locis Ægypti.' *Brotier.*—4 Corrupte in Ms. Flor. *prioresque aliter esse: Soside primum.* Ita quoque Beroaldus et veteres. Merito Muretus ac recentiores emendarunt, *prioresque alites Sesostride primum.* Male tentat Jac. Gronovius, *Sesoside.* Idem.—5 Ita libri omnes. Frustra tentat Cl. Perizonius, *Anysi*, vel *Anyside.* Brotier.

NOTÆ

circuitu terminaretur.' *Salmasius.*

[l] *Prioresque alites*] Cave interpreteris in plurali. Sic de re unica et nobilissima loqui amat Tacitus. Sic solem *Deos* vocat infra. Et unica in toto orbe, et tota natura Phœnix apparet, ut sol unicus est. Nec sub unius principis dominatione videri plures tales *alites* potuerunt.

[m] *Dein Ptolemæo*] Hic fuit Ptolemæus Euergetes.

[n] *Macedonibus*] Macedonia, provincia Græciæ regionis, ad mare Ægæum et Adriaticum: hodie *Macedoine*, et pars major *Albaniæ* provinciæ, in Turcico imperio Europæo. *Tillemon.*

[o] *Heliopolis*] Urbs Heliopolites Nomi, in Augustamnica Secunda Ægypti inferioris provincia: hodie *Matarea* villa, ad orientem Cairi urbs in Æ-

hunc phœnicem, neque Arabum e terris credidere, nihilque usurpavisse ex his, quæ vetus memoria firmavit: confecto quippe annorum numero, ubi mors propinquet, suis in terris[6] struere nidum, eique vim genitalem affundere, ex qua fœtum oriri: et primam adulto curam sepeliendi patris: neque id temere, sed sublato myrrhæ pondere,[p] tentatoque per longum iter,[7] [q] ubi par oneri, par meatui sit, subire[8] patrium corpus,[r] inque Solis aram[s] perferre atque adolere.[9] [t] Hæc

quidam existimavere, fictitium istum phœnicem; neque advolasse *e regionibus Arabum, nihilque factitasse eorum, quæ priscis monumentis prodita sunt. Namque exacto suæ ætatis spatio, ubi mors instat, suis in regionibus ædificare nidum, eique virtutem seminalem afflare, ex qua pullus nascitur ; et, postquam adolevit, primum studium* esse ipsi *struendi rogum patri ; neque id fortuito aut inconsulto, sed sublato myrrhæ fasciculo, explorataque per immensum tractum via, ubi sufficit ponderi,* ubi *sufficit volatui, attollere humeris corpus paternum, et in solis aram*

—6 Emendat Heinsius, *surculis e thuris*, vel *surculis thureis*. Satis ingeniose : sed minime probabiliter. *Suis in terris*, id est, *in Arabum terris*. Brotier. —7 Mallet Heinsius *itinere*. Nihil mutaverim. *Idem.*—8 Pessime emendat Salmasius, *subicere*, quod antiquitus dictum pro, *subjicere*. *Subire patrium corpus*, ut recte explicat Cl. Ernestus, est 'dorso efferre:' haud aliter Virgilius Æneid. IV. 599. 'Quem subiisse humeris confectum ætate parentem.' De hoc quoque usu vide Artemidorum, Oneirocritic. IV. 49. nonnulla et nova de Phœnice effutientem. *Idem.*—9 Frustra tentat Cl. Ryckius, *atque*

NOTÆ

gypto hodierna, sub Turcis. *Tillemonius.*

[p] *Sublato myrrhæ pondere*] Ferendo onus, quod tamen necessarium fuit struendo rogo paterno, sensim assuescit ponderi et itineri, ut tandem subire *patrium* corpus valeat, sufficiatque viæ simul et oneri.

[q] *Tentatoque per longum iter*] Id est, cum prius tentaverit: sic sæpe historici loquuntur: Sallustius, Livius, et Tacitus.

[r] *Subire patrium corpus*] Improprie loquitur Tacitus. Nam ea demum onera subeuntur, quæ imponuntur, dorso vel capite vel humeris gestantur: Virg. 'Ipse subibo humeris, nec me labor iste gravabit.'

At phœnix rogum suum in pilæ formam conglobatum pedibus defert, non dorso, cui rei ineptum verbum est *subire*. Scribendum puto: *Subicere patrium corpus*. Et si attendis, verum fateberis.

In myrrhæ pondere certo, vires suas experitur phœnix pullus. Ubi videt, parem se esse illi oneri ferendo, exenterat illud ovum e myrrha factum, et in locum excavatum subjicit cineres patrios, qui nihil ad illud pondus addunt, in quo vires suas primo expertus est. Nam quod e myrrhæ ovo extractum est, compensat pondus corporis quod subjicitur.

Sic autem Herodotus: 'Solet vero sic deferre primum myrrhæ ovum, fingit, quantum ferre potest, postea vero tentat ferendo onus; ubi vero expertus est, exenterat ovum, et patrem in ipso componit,' &c. Vide reliqua. Legendum etiam in Tacito: *inque Solis aram perferre, neque adolere.*

incerta[u] et fabulosis aucta. Ceterum aspici aliquando in Ægypto eam volucrem non ambigitur.

29. At Romæ, cæde continua,[1] Pomponius Labeo, quem præfuisse Mœsiæ[v] retuli, per abruptas venas sanguinem effudit; æmulataque est conjux Paxæa: nam promtas ejusmodi mortes metus carnificis faciebat: et quia damnati, publicatis bonis, sepultura prohibebantur:[w] eorum,

evehere atque incendere. Hæc dubia et fabularum inanibus in majus composita sunt. *Ceterum spectari quandoque eam alitem in Ægypto non dubitatur.*

Sed in urbe cædibus perpetuis, Pomponius Labeo, quem impositum fuisse Mœsiæ memoravi, per abscissas venas cruorem emisit, et illum *imitata est uxor Paxea. Quippe formido tortoris accelerabat ejusmodi neces; et quia damnati, opibus publice venditis et confiscatis, sepultura arcebantur; illorum qui mortem occupabant,*

avolare: quomodo Phœnix patrium corpus adolere possit non imaginatur. Neque id imaginandum: inter tot fabulas quid scriptum sit quæritur. *Brotier.*

1 Bene. Nec tentandum, *cædes continua*, vel *continuæ.* Idem.

NOTÆ

Non ut quidam legunt, *atque adolere:* neque enim adolet ibi in ara, aut accendit cineres, et rogum patrium, sed hic relinquit ac consecrat. *Salmasius.*

[s] *Solis aram*] Ignota nobis illa *ara Solis*, nisi forte ædificata sit apud eandem urbem Heliopolim a rege Mithra, qui primus mortalium obeliscos erexit, ac Soli dicavit.

Ara Solis] Quia Soli dicata erat, ut et ipsa urbs. Eam aram extensis alis ad Solem incendebat phœnix: *ara* dicta olim *Asa*, quod esset proprie *foculus* qui manu portabatur, ut *ignitabulum*, *ἐσχάρα*. Forte fuit urbs, templum, et *ara Solis* eodem loco.

[t] *Adolere*] Subit patrium corpus, et ad Solis aram perfert, ut in illa ara Solis id adolere possit. Frustra, *neque adolere*, sic inepte loqueretur Tac. Neque hæc fabula ad Herodoti formam exigenda.

[u] *Hæc incerta*] Ut quæ mendaciis et fabularum inanibus figmentis similia sint. Plin. VII. 48. ubi de longinquitate vitæ: 'Hesiodus, &c. cornici 9. nostras attribuit ætates, quadruplum ejus cervis, id triplicatum corvis. Et reliqua fabulosius in Phœnice ac Nymphis.'

[v] *Quem præfuisse Mœsiæ*] Et Macedoniæ. Dio, utrique *Mysiæ*. Octo autem annos ibi fuerat.

Mœsiæ] Mœsia, aut Mysia, provincia, vel pars Illyrici orientis: hodie hic sunt partes provinciarum *Dalmatiæ*, *Albaniæ*, *Serviæ*, et *Bulgariæ*, sub Turcico imperio Europæo, magna ex parte. *Tillemonius.*

[w] *Sepultura prohibebantur*] Sepultura luctuque affinium prohiberi, nisi magnorum scelerum damnatos (puta parricidii, perduellionis, itemque suspendiosos) non moris apud priscos. Invaluit sub Tyrannis.

Ideoque quasi novum, in Tiberii sævitia Sueton. notat cap. 61. 'Interdictum, ne capite damnatos propinqui lugerent:' itemque: 'Nemo punitorum non in Gemonias abjectus, uncoque tractus.' Qui autem tracti, Tiberis eis sepultura.

Idem in publicatione bonorum fuit,

qui de se statuebant,[x] humabantur corpora, manebant testamenta,[y] pretium festinandi.[z] Sed Cæsar, missis ad Senatum

corpora sepeliebantur, valebant supremæ tabulæ, hoc fuit *præmium properandi. Sed Tiberius, compositis ad Patres epistolis, scribebat*, in usu fuisse apud ve-

NOTÆ

quæ apud antiquos in crimine perduellionis et hostilitatis tantum exercita, et fortasse parricidis. Ita Sp. Melii 'bona contacta pretiis regni mercandi, vendere atque in publicum redigere quæstores jussi,' ait Livius. Ita Ciceronis damnati a Clodio, M. Lepidi a senatu publica facta, quia secutus Antonii sectam. Primus publicationem ad omnia crimina (publica intelligo) traxit Cæsar, qui, ut Suetonius ait, 'Pœnas facinorum auxit: et cum locupletes eo facilius scelere se obligarent, quod integris patrimoniis exulabant, parricidas, (ut Cicero scribit) bonis omnibus, reliquos dimidia parte multavit.'

Tenuit ea lex sub Augusto; qui tamen, cum multis divitibus vel dimidia pars nimiæ essent opes, et in ipso exilio causa luxus, sanxit ut iis omnibus, quibus aqua et igni interdictum (id est, jurisconsultorum verbo, deportatis), non plus possidere liceret quingentis millibus nummum. Dio LVI.

Intenditque iterum sævitiam eam Tiberius, lata lege, qua, interdictis aqua et igni, ademta omnis testamenti factio. Idem Dio LVII.

Quam legem interpretans Caius l. VIII. Qui test. fac. possunt: 'Si cui aqua et igni interdictum sit,' inquit, 'ejus nec illud testamentum valet, quod ante fecerit, nec id quod postea. Bona quoque quæ tunc habuit, cum damnaretur, publicabuntur.' *Lips.*

[x] *Qui de se statuebant*] Non mirum, quia ne damnati quidem illi, nec peracti rei. Dio hæc omnia exprimere voluit, in actis anni 784. 'Omnium corpora projiciebantur in forum, dein et in fluvium trahebantur, nempe ut liberi illorum hæreditatem non exciperent.' Sic intelligendus Dio. Ideo enim abjecta corpora tractaque, ne liberi succedere in bona possent, quæ jam publica, utpote damnatorum palam punitorumque. Bona ergo manebant, si quis prævenisset damnationem, et testamenta rata erant.

Sed quid in præmiis accusatorum? nihilo secius dari solere, ostendit Taciti locus supra, l. IV. 'Et quia Cornutus sua manu ceciderat, actum de præmiis accusatorum abolendis, si quis majestatis postulatus, ante perfectum judicium se ipse vita privavisset: ibaturque in eam sententiam, ni durius contraque morem suum palam pro accusatoribus Cæsar, irritas leges, et Remp. in præcipiti conquestus esset. Sic delatores, genus hominum publico exitio repertum, per præmia eliciebantur.'

Dari non solere, innuit Seneca in narranda Cremutii morte, quæ sub hoc Tiberii tempus. 'Cognito consilio ejus,' inquit, 'publica voluptas erat, quod e faucibus avidissimorum luporum eriperetur præda. Accusatores adeunt Consulum tribunalia, queruntur Cordum mori, ut interpellarent, quod coëgerant. Adeo illis Cordus videbatur effugere. Magna res erat in quæstione, an morte rei prohiberentur.' Nec satis scio, quomodo in concordiam reducam eos locos. Sub Claudio et Nerone forte aliud fuerit; et Senecam deceperit mos sui ævi. *Lips.*

[y] *Manebant testamenta*] Et tamen nihil incertius ea re apud Tacitum

literis, disseruit, 'morem fuisse majoribus, quotiens dirimerent amicitias,[a] interdicere domo, eumque finem gratiæ ponere: id se repetivisse in Labeone: atque illum, quia male administratæ provinciæ aliorumque criminum urgebatur,[1] culpam invidia velavisse: frustra conterrita uxore,

teres, quoties amicitiam alicui renuntiarent, prohibere illum penatibus, eumque finem gratiæ statuere: id se renovasse in Labeone: atque illum, quia male gestæ provinciæ, aliorumque flagitiorum reus premebatur, crimen odio et livore occultavisse; perperam ac temere perculsa consternataque ip-

1 Ita libri omnes. Nec emendandum, *arguebatur*. Brotier.

NOTÆ

psum. Nam antea l. IV. 'Palam pro accusatoribus Cæsar,' &c. Et si *testamenta manebant*, ubi præda delatorum? an frustrabantur hiantes sinus? Immo fructum sceleris atrociter efflagitabant et 'per præmia eliciebantur delatores,' inquit Tacitus.

Certe hic nulla difficultas, quandoquidem nondum delatores invaserant Labeonem, ut patet ex his Taciti verbis: 'Cæsar, &c. disseruit morem fuisse majoribus, quotiens dirimerent amicitias, interdicere domo.'

Unde patet tantum ei renuntiatam esse amicitiam a Cæsare, et nondum ab ullis accusatoribus correptum Labeonem, statim mortem occupasse, ut testamentum maneret, corpus humaretur, *pretium festinandi.*

Puto, illorum qui accusati fuerant, ut infra Scaurus Mamercus, et qui tamen damnationem anteibant, opes liberis manebant, ita tamen ut quarta pars in præmium accusatorum cederet. At bona illorum, qui accusati simul et damnati fuerant, publicabantur; ita ut pars fisco, pars accusatoribus cederet; et horum etiam corpora sepultura prohibebantur.

[z] *Pretium festinandi*] Idem pretium festinandi haud dubie occupavit infra 38. Fulcinius Trio, qui licet accusatus, tamen testamentum condidit: 'ingruentes accusatores haud perpessus, supremis tabulis multa et atrocia in Macronem ac præcipuos libertorum Cæsaris composuit.'

Sic Vibulenus Agrippa, eques Rom. festinare voluit, cum 'in ipsa curia depromtum sinu venenum hausit,' nempe ut damnationem anteiret, et sic forte accusatores eluderet, exemplo Labeonis.

'Galba et duo Blæsi,' nondum ab accusatoribus lacessiti, 'voluntario exitu cecidere; Galba tristibus Cæsaris literis, provinciam sortiri prohibitus;' Blæsi, quia destinata ipsis sacerdotia in alios contulerat Tiberius.

Et hoc 'signum mortis intellexere' sic, nempe, ut spem mortemque et fisci delatorumque sinus hiantes eluderent; sic et Cremutius Cordus apud Senecam, 'canes frustratur hiantes.'

[a] *Amicitias*] Renuntiabant amicitiæ, vel infelicium, vel infensorum. Sic Amasis Rex olim præsumens animo Polycratis ruinam, ex successu continuo felicitatis, ut minus doleret, misit, qui sodalitati et amicitiæ renuntiaret.

[a] *Amicitias*] Privatim, et etiam publice, legatos ad Persem Macedonum regem, nempe ad amicitiam renun-

quam, etsi nocentem,[b] periculi tamen expertem fuisse.' Mamercus dein Scaurus[c] rursum postulatur, insignis nobilitate et orandis causis, vita probrosus. Nihil hunc amicitia Sejani, sed labefecit[2] haud minus validum ad exitia Macronis odium, qui easdem artes occultius exercebat: detuleratque argumentum tragœdiæ,[d] a Scauro scriptæ, additis versibus, qui in Tiberium flecterentur. Verum ab Servilio et Cornelio,[e] accusatoribus, 'adulterium Liviæ, Magorum

sins conjuge, quam, etsi non culpa immunem, tamen discrimine carituram fuisse. *Exin Mamercus Scaurus iterum accusatur, illustris claritudine stirpis, et facundia, vita scelerosus. Nihil hunc perculit Sejani gratia, sed inimicitia Macronis, perinde pollens in perniciem, et qui easdem fraudes callidius usurpabat; objeceratque argumentum tragœdiæ a Scauro compositæ, adjectis carminibus, quæ velut adversus Tiberium dicta intelligerentur. Verum Servilius et Cornelius delatores objiciebant* illi stuprum Livillæ, et immolationes nefandas. *Scaurus, ut priscos*

2 Mallet Ernestus, *labefecit, sed.* Nihil mutandum. *Idem.*

NOTÆ

tiandam a senatu populoque Rom. missos, tradit Livius l. XLII. Sic et 'hospitium renuntiatum' docet Cicero l. III. in Verrem.

[b] *Etsi nocentem*] Vertit clariss. Harlæus, *et si nocens fuisset.* Non dubitat Tac. de mulieris culpa in persona Tiberii: dicit igitur clare, fuisse ream; et quamvis ream, tamen a periculo eam exemturum fuisse, pronuntiat Tiberius.

[c] *Mamercus dein Scaurus*] Male hic a Dione, Μάρκος. De probrosa ejus vita, lege Senecam l. IV. de benef. c. 31. aut potius non lege impuritatem hominis et ἄῤῥητον μῖξιν. Notat eum brevi stigmate Tertullianus de Pallio: 'Dabo catharticum impuritati Scauri, et aleæ Curii, et vinolentiæ Antonii.' *Lips.*

[d] *Argumentum tragœdiæ*] Cui nomen Atreus fuit. Versus qui in Tiberium flecti videbatur, ex Euripide: Τὰς τῶν κρατούντων ἀμαθίας χρεὼν φέρειν: hoc est, 'dominantium imperitiam tolerandam esse.' Adi Dionem. *Lips.*

Tragœdiæ] Sueton. Tib. LXI. 'Omne crimen pro capitali receptum, etiam paucorum simpliciumque verborum. Objectum est poëtæ, quod in tragœdia Agamemnonem probris lacessisset,' &c. Sic etiam Caius Suet. XXVII. 'Atellanæ poëtam, ob ambigui joci versiculum, media Amphitheatri arena igni cremavit.' Contra Vespasianus apud Suet. XIII. 'Amicorum libertatem, causidicorum figuras, ac philosophorum contumaciam lenissime tulit.' Tales figuras vocant, *obliqua dicta*, σκώμματα, ὑπονοίας, ὑπογραφὰς, quas princeps sæpe et facile ἀντιμυκτηρίζει et linguam lancea facile ulciscitur. Sic Domitianus 'occidit Helvidium filium, quod quasi scenico exodio, sub persona Paridis et Œnones, divortium suum cum uxore taxasset.'

[e] *Ab Servilio et Cornelio*] Cornelio fuit cognomen Thusci. Seneca pater Suasoria II. 'Thuscus ille, qui Scaurum Mamercum, in quo Scaurorum familia extincta est, majestatis reum fecerat, homo quam improbi animi, tam infelicis ingenii.' *Lips.*

sacra'[n] objectabantur. Scaurus, ut dignum veteribus Æmiliis, damnationem anteit; hortante Sextia[3] uxore, quæ incitamentum mortis et particeps fuit.

30. Ac tamen accusatores, si facultas incideret, pœnis afficiebantur: ut Servilius Corneliusque, perdito Scauro famosi, quia pecuniam a Vario Ligure, omittendæ delationis, ceperant, in insulas, interdicto igni atque aqua, demoti sunt. Et Abudius Ruso, functus Ædilitate,[f] dum Lentulo Gætulico, sub quo legioni præfuerat,[g] periculum facessit, 'quod is Sejani filium generum destinasset,' ultro damnatur, atque urbe exigitur. Gætulicus[h] ea

Æmilios decuit, judicium antevertit, incitante Sexitia conjuge, quæ hortatrix necis simul et comes fuit.

Attamen delatores, cum se dabat occasio, pœnas luebant: ut Servilius et Cornelius, subverso Scauro infames, quia pecuniam acceperant a Vario Ligure, ut accusationem desererent, igni et aqua prohibiti, et in insulas deportati sunt. Et Abudius Rufo, qui ædilitatem gesserat, dum Lentulum Gætulicum, sub quo legionem curaverat, criminibus appetit, quod is Sejani filio socerum se destinasset, *ipsemet*

3 *Sexitia* vulgo. Mallet Lipsius, *Sextia.* In nominibus facilis conjectura, et error.

NOTÆ

[n] *Magorum sacra*] Fiebant quædam immolationes nefandæ, et quasi mysteria Diis inferis admodum detestabilia et impia, quibus inquirebant in caput et salutem principis, quibus, Diis ipsis et Manibus devovebant animas hominum quos perditos vellent. Sic de Germanico Tac. supra. Male vertunt vernacule, *des Mages.*

Nam id genus hominum apud Orientem sapientia et bonis artibus præditum: neque Diis inferis operabantur, sed ex naturalibus causis futura præmonebant. Hic *sacrificia magica* intelligi debent, quæ prorsus nefaria et abominanda etiam apud Ethnicos censebantur.

[f] *Functus Ædilitate*] Ædilis; mox tamen præfuerat legioni legatus, quod prætoriæ dignitatis fuit, ad quam tamen nondum evectus erat; sed decus illud, ut et consulatum per malas delationum artes assequi properabat. Sed malum in caput recidit: senatu motus est, et omni dignitate spoliatus: hoc meruit.

[g] *Legioni præfuerat*] Curabat Gætulicus legiones in superiori Germania, harum legionum unius legatus fuit Abudius ille accusator.

Sub quo legioni præfuerat] In Germania inferiori erat exercitus, quandoque quatuor legionum; in superiori par vis militum, et auxilia pari robore: quilibet exercitus habuit suum legatum, qui universis copiis in sua quisque provincia præesset; at quælibet legio habuit specialem legatum, cujus generis fuit iste *Ligur.*

Aliquando etiam dux fuit, qui summæ rei præesset, nempe utrique exercitui et utrique Germaniæ; sic Drusus, sic Tiberius, et mox Germanicus præfuere sub Augusto. Sed Tiberius post Germanicum, tantam uni homini potestatem committere non ausus est.

[h] *Gætulicus*] Vocabula sumere a

tempestate superioris Germaniæ[i] legiones curabat, mirumque amorem assecutus erat; effusæ clementiæ, modicus severitate,[1] et proximo quoque[j] exercitui, per L. Apronium[k] socerum, non ingratus: unde fama constans, ausum mittere ad Cæsarem literas, 'Affinitatem sibi cum Sejano haud sponte, sed consilio Tiberii, cœptam: perinde se, quam Tiberium, falli potuisse: neque errorem eundem illi sine fraude, aliis exitio habendum: sibi fidem integram, et, si nullis insidiis peteretur, mansuram: successorem non aliter, quam indicium mortis,[l] accepturum: firmarent velut fœdus,

punitur, et civitate ejicitur. Gætulicus eo tempore superioris Germaniæ legionibus præerat, et omnium animos sibi mire conciliarat, pronus ut cum maxime in clementiam, et severitate temperans, et propinquis etiam legionibus inferioris Germaniæ *haud invisus* erat, *ob L. Apronium socerum* suum. *Unde certus rumor invaluit, ausum* ipsum *componere literas ad Tiberium*, necessitudinem sibi cum Sejano, non voluntate *sua*, sed auctore Tiberio, inceptam; juxta se, ac principem, decipi potuisse: neque culpam eandem illi sine noxa esse, aliis in perniciem verti debere. Sibi obsequium perpetuum et immotum, et, si nulla fraus sibi pararetur, in officio duraturum; successorem non secus ac signum exitii ac necis recepturum: paciscerentur inter se quasi fœdus, quo Cæsar aliarum

1 Muretus frustra tentat, *severitatis*. Brotier.

NOTÆ

debellatis gentibus raro licuit ævo principum. Attamen Suet. de Claudio XXIV. 'Gabinio Secundo Chaucis, gente Germanica, superatis, Chaucius cognomen usurpare concessit.'

[i] *Superioris Germaniæ*] Germania Superior, provincia Belgicæ regionis ad Rhenum fluvium, in Gallia. Hic nunc sunt Dioceses Archiepiscopatus Moguntini, vulgo *Mayence*, et Episcopatuum Wormaciensis, *Wormbs*, Spirensis, *Spire*, et Argentoratensis, *Strasbourg*; vel Alsatia fere omnis, pars orientalior Lotharingiæ, *Lorraine*, *&c.* pars major Palatinatus Rheni, parsque Electoratus Moguntini, *Mayence*, *&c.* in circulis Rheni Superioris et Inferioris. *Tillemon.*

[j] *Proximo quoque*] Intellige, *proximo etiam exercitui*, nempe aliis legionibus Rom. quæ in inferiori Germania per castra castellaque dispositæ erant.

[k] *Per L. Apronium*] Velleius ait, fuisse 'participem operum Julii Postumi viri consularis, et Dalmatiæ præpositi: et in illa militia eos, quos consecutus est, honores meruisse excellenti virtute.' Socer fuit Cn. Lentuli Gætulici filii 'clari sane ingenii, et adolescentis ad omnium virtutum exempla geniti;' ut refert idem Velleius, triumphalia obtinuit in Germania; dein fuit consul cum Caio principe.

[l] *Indicium mortis*] Videtur *indicium mortis* pro indicta morte, vel indictione mortis dixisse. *Gronov.*

Indicium mortis] Id est *signum mortis* quasi mori sic juberetur: sic infra Blæsi, qui sacerdotio privati, 'quod signum mortis intellexere.' Quamvis

quo Princeps ceterarum rerum potiretur, ipse provinciam retineret.' Hæc, mira quanquam, fidem ex eo trahebant, quod unus omnium Sejani affinium[m] incolumis multaque gratia mansit: reputante Tiberio publicum sibi odium, extremam ætatem, magisque fama, quam vi, stare res suas.

31. C. Cestio, M. Servilio[n] Coss. nobiles Parthi[o] in urbem venere, ignaro rege Artabano. Is, metu Germanici[p] fidus Romanis, æquabilis in suos, mox superbiam in nos, sævitiam in populares sumsit; fretus bellis, quæ secunda adversum circumjectas nationes exercuerat, et senectutem Tiberii, ut inermem,[q] despiciens, avidusque Armeniæ,[r] cui,

rerum imperium obtineret, ipse Germaniam suam haberet. *Id tametsi insolens videatur, ex eo* tamen *fidem habebat, quod solus ille omnium Sejani propinquorum intentatus et illæsus, plurimaque auctoritate floruit: considerante Tiberio, publicam sibi invidiam offensionemque, et exactam fere ætatem, magisque opinione et existimatione hominum, quam vi* dominationis, *opes suas niti.*

C. Cestio, M. Servilio Coss. primores Parthi Romam advenere, inscio rege Artabano. Is timore Germanici fidem retinuerat in Romanos, æquitatem in suos; dein arrogantiam in nos, immanitatem in suos usurpavit; elatus fidensque bellis, quæ prospere gesserat adversus finitimas gentes, et spernens senectam Tiberii, velut imbel-

NOTÆ

præcise mori non juberentur, tamen id sic interpretabantur.

Indicium mortis] Vertunt *imperium mortis;* sed præcise mors non imperabatur, sed indicabatur seu demonstrabatur, quasi necessaria, ob offensionem principis. Erat signum mortis, seu vitæ relinquendæ indicium, non imperium.

Si amicitia, si domo Cæsaris interdicerentur proceres illi, vitam velut exosam invisamque horrebant, et mortem sibi indictam, ac velut tacito jussu imperatam sibi intelligebant; sic interpretabantur. Quis talium vivere optet invito aut infesto dominante? Et distingue sedulo inter *indicatam* mortem et *indictam. Indicta* mors et imperata idem est; at non sic de *indicata*, aut *indicio* mortis, dici potest.

[m] *Affinium*] Nondum re ipsa Sejani affinis Gætulicus, sed tantum spe, destinatione, forte pacto et promissis; talia festinantur etiam ante ætatem. Nondum nubilis erat Sejani filia, cum periit.

[n] *C. Cestio, M. Servilio*] Anno Romæ conditæ 788. Christi 35. Vide notas cap. 28. *Tillemon.*

[o] *Nobiles Parthi*] Nobilitas apud Tac. sæpius intelligitur de sanguine regio. Attamen hic locum habere non putem. Neque enim verisimile est, principes ipsos regiæ stirpis legatos venisse, nisi forte ex materno genere ortos.

Parthi] Populi Parthiæ: vide notas II. 1.

[p] *Metu Germanici*] Germanicus Artaxiæ regium diadema imposuerat.

[q] *Senectutem Tiberii, ut inermem*] Hoc est, liberis carentem. Alias enim in senectute non magis inermis erat Tiberius, quam ætate adhuc vigente: quamvis enim ipse bellis inhabilis esset, tamen perinde consiliis superesse poterat.

Sed de liberis accipiendum esse, ostendit etiam Galbæ oratio ad Piso-

defuncto Rege Artaxia,[s] Arsacen, liberorum suorum veterrimum, imposuit,[1] addita contumelia,[t] et missis, qui 'gazam,[u] a Vonone[v] relictam in Syria[w] Ciliciaque,'[x] reposcerent, simul 'veteres Persarum[y] ac Macedonum[z] terminos,'

lem; et inhians Armeniæ, cui, extincto rege Artaxia, præfecit Arsacem filiorum suorum natu maximum, adjecto convitio, et missis qui repeterent thesaurum quem Vonones reliquerat in Syria et Cilicia; *atque etiam* priscos fines

1 Cl. Ernestus censet emendandum, *imposuerat*. Nihil mutaverim. Summa enim temporum varietas apud optimos scriptores occurrit. *Brotier.*

NOTÆ

nem H. I. 16. 'Audita adoptione desinam videri senex.' Egregie huc facit Psalmus 126. in quo liberi comparantur *sagittis in manu viri fortis.* Freinsh.

Per *inermem* intellige imbellem. Nam Tiberius senex fama priore nitebatur, non re ipsa: libidinibus emollitus bella dedidicerat: malis artibus utebatur potius, nec armis vincebat: habebat exercitus, legiones validas; nec proprie inermis, sed imbellis ejus senecta fuit.

[r] *Armeniæ*] Armenia Major, regio Asiæ, versus Pontum Euxinum et mare Caspium: hodie pars major *Turcomaniæ*, sub imperio Turcarum Asiatico, et pars quædam provinciarum *Iran* et *Schirwan* sub Rege Persiæ. Apud multos nomen antiquum etiam retinet, et vocatur *Armenie* et *Ermenik:* ex Chartis Sansonis, &c. *Tillemon.*

[s] *Rege Artaxia*] Qui antea *Zeno* vocabatur, regis Pontici Polemonis filius: sup. l. II.

[t] *Addita contumelia*] Sueton. Tib. 66. 'Quin et Artabani Parthorum regis laceratus est literis, parricidia et cædes et ignaviam et luxuriam objicientis, monentisque ut voluntaria morte maximo justissimoque civium odio quam primum satisfaceret.'

[u] *Gazam*] Sueton. Tib. 49. 'Sed et Vononem regem Parthorum, qui pulsus a suis, quasi in fidem populi Rom. cum ingenti gaza Antiochiam se receperat, spoliatum perfidia et occisum,' constat.

[v] *A Vonone*] Filio Phraatis, supra.

[w] *Syria*] Regio Asiæ ad mare Syriacum, partem maris Mediterranei; hodie *Syrie* vel *Sourie* et *Soristan*, regio imperii Turcici Asiatici. *Tillemon.*

In Syria] Nempe Antiochiæ manserat; hinc odio Pisonis et postulante rege Parthorum amotus erat Pompeiopolim in Cilicia. Haud procul hinc specie venandi cum fugere conaretur, occisus est ab evocato Remmio, et gazam ibi reliquit, quam invasit talium avidus Tiberius; ideoque et occidit, si credimus Suetonio.

Nec talia negligunt dominantes, ut patet de annulo, quem ex Bithynia ad Trajanum misit Plinius, quia nempe ferret imaginem regis Parthici; et quam leve id præ gaza Vononis!

[x] *Cilicia*] Provincia Asiæ minoris peninsulæ in latere Meridionali: hodie pars *Caramaniæ* provinciæ, vel pars præfecturæ *Cypri* insulæ, in parte Meridionali Natoliæ regionis, sub Turcico imperio Asiatico: ex Chartis Sansonis, &c. *Tillemon.*

[y] *Persarum*] Persis tribus modis est consideranda: primo *Persarum*

seque 'invasurum possessa Cyro,[a] et post Alexandro,'[b] per vaniloquentiam ac minas jaciebat. Sed Parthis mittendi secretos nuntios validissimus auctor fuit Sinnaces, insigni familia, ac perinde opibus, et proximus huic Abdus, ademtæ virilitatis: non despectum[c] id apud barbaros, ultro-

Persarum ac Macedonum postularent, *et per ostentationem inanesque minas jactabat*, occupaturum se quæ olim obtinuerat Cyrus, dein Alexander. *Sed potentissimus hortator Sinnaces, consultorque Parthis fuit clam mittendi legatos* in Urbem; *is nobili prosapia, et juxta clarus divitiis, et secundus ab illo Abdus spado. Non spretum aut vile id* genus hominum *apud Parthos; facileque auctori-*

NOTÆ

sive *Parthorum* imperium, regio est Asiæ ad Oceanum Indicum: hodie *Persia* regnum sub rege Persiæ, nec non *Diarbeck* regio late sumta in Turcico imperio Asiatico, majorque pars regionis *Mauvaralnharæ* in magna Tartaria, et forte pars quædam imperii Magni *Mogolis* ad Septentrionem et Occidentem, in India.

Secundo modo *Persis*, regio est imperii Persarum supradicti: hodie provinciæ *Chusistan*, *Fars*, *Kirman*, et *Mekeran* in regno Persiæ hodierno.

Tertio modo *Persis* regnum vel provincia Persidis regionis: hodie sola est provincia *Fars* jam memorata. His omnibus addi potest *Monarchia Persarum*, de qua infra verbo *Cyro*. Tillemon.

[z] *Macedonum*] Vide notas cap. 28. supra. Auctor intelligit etiam *Monarchiam Græcorum* sub Alexandro Magno, de qua infra verbo *Alexandro* agemus. *Tillemonius*.

[a] *Cyro*] Cyrus hujus nominis primus, et Cambysis filius, *Medorum* imperium transtulit in *Persas*, unde *Monarchia Persarum*, partem occidentalem Asiæ devicit, veluti *Asiam Minorem*, *Assyriam* late sumtam, *Syriam*, *&c.*

Hic nunc sunt regnum *Persiæ* hodiernum, aliquid *Tartariæ magnæ*, &c. imperiumque *Turcicum Asiaticum*. Sub Dario, Hydaspis filio, rege Persarum, hæc *Monarchia* aucta fuit, et in viginti *Satrapias*, sive majores præfecturas divisa, ut patet ex Herodoto l. III. Vide Chartas Geographicas a Petro Duval delineatas ad Herodotum. *Tillemonius*.

[b] *Alexandro*] Intelligit *Monarchiam Græcorum*, id est, regiones ab Alexandro Magno rege Macedonum devictas; hujus imperium extensum fuit per Europam, Asiam, et Africam.

In Europa ab ipso possessa sunt *Illyrici* late sumti pars orientalis, et *Græcia* omnis; in Asia vero habuit *Asiam minorem* peninsulam, cum Insulis adjacentibus, *Armeniam*, *Assyriam* late sumtam, *Syriam*, *Persarum* imperium, partem *Indiæ* ad occidentem Gangis fluvii, ut plurimum; in Africa tenebat *Ægyptum* et *Libyam*.

Hodie in eo tractu sunt, pars major imperii *Turcici Europæi*, *Turquia Asiatica*, regnum *Persiæ* hodiernum, cum parte quadam *Tartariæ magnæ*, et parte occidentali imperii Magni *Mogolis* in India, nec non pars orientalis *Africæ Turcicæ*. Tillemonius.

[c] *Non despectum*] Ex instituto Cyri apud Xenophontem l. VII. qui custodiam curamque sui corporis solis commisit Eunuchis: et intimam aulam ex hoc semiviro genere constituit, quasi fidissimo. Itaque deinceps in honore fuit. Sed et Persæ primi privasse viro creduntur. Stephanus de urbibus: Σπάδα, οὐδετέρως, κώμη Περσική, ἐν ᾗ πρώτῃ εὐνουχισμὸς γέγονεν.

que[d] potentiam habet. Ii, ascitis et aliis primoribus, quia neminem gentis Arsacidarum summæ rei imponere poterant, interfectis ab Artabano plerisque, aut nondum adultis, Phrahaten, Regis Phrahatis filium, Roma poscebant: 'Nomine tantum[e] et auctore opus,[f] ut sponte Cæsaris, ut[2] genus Arsacis ripam apud Euphratis[g] cerneretur.'

tatem adipiscitur. Ii, adjunctis etiam aliis proceribus, quia neminem illi *stirpis Arsacidarum ad imperium promovere poterant, occisis plerisque ab Artabano, aut nondum per ætatem idoneis; ex Urbe petebant Phrahatem filium regis Phrahatis.* Tantummodo opus *esse* fama, nomine, auctore; *tantum opus esse*, ut voluntate Cæsaris proles Arsacis apud littus Euphratis conspiceretur.

2 Abest *ut* in Homer. et Brotier.

NOTÆ

Petronius: 'Persarum ritu, male pubescentibus annis, Surripuere viros, exsectaque viscera ferro In Venerem fregere.' Alii ad Semiramim referunt, ut Ammianus. Utramque famam posuit Claudianus in Eutropium lib. I. 'seu prima Semiramis astu Assyriis mentita virum, ne vocis acutæ Mollities, levesque genæ se prodere possent, Hos sibi conjunxit similes: seu Persica ferro Luxuries vetuit nasci lanuginis umbram.' Ubi scriptum etiam *Parthica* nullo vitio, quia populi ii tunc confusi. *Lipsius.*

Non despectum] Certe Spado Sejani magno venditus in Urbe, teste Plin. VII. 39. 'Sed hoc pretium belli non hominis fuit, tam hercule, quam libidinis, non formæ Pæzontem e spadonibus Sejani III. M. D. mercante Lutorio Prisco. Quam quidem injuriam lucrifecit ille, mercatus in luctum civitatis, quoniam arguere nulli vacabat.'

Non despectum] Neque etiam Romæ. Suet. Claud. 28. 'Libertorum præcipue suspexit Posiden spadonem, quem etiam Britannico triumpho, inter militares viros, hasta pura donavit.' Titus etiam multos spadones habuit, puto, more Orientalium regum. Sueton. 7. suspecta ejus 'libido propter exoletorum et spadonum greges.' Curt. l. III. 'Spadonum grex haud sane illis gentibus vilis;' orientales intelligit.

[d] *Ultroque*] Munia Reipubl. et provinciæ majores talibus demandantur ultro, quia spem successoris et prolem non habent, nec multa, aut nobili familia, nec affinitatibus fulciuntur.

[e] *Nomine tantum*] Nomine tantum Cæsaris et Phrahatis opus esse.

[f] *Opus*] Sic intellige: *Nomine tantum et auctore opus esse, et tantum opus esse sponte, seu voluntate Cæsaris, ut genus Arsacis ripam apud Euphratis cerneretur.* Nomen Arsacis requirebatur, et auctoritas Cæsaris tantum.

[g] *Euphratis*] Euphrates, fluvius Armeniæ, Asiæ minoris, Syriæ, Assyriæ, Arabiæ desertæ, &c. regionum; in Persicum sinum cum Tigri fluvio defertur. Hodie Franci vocant *Euphrate*, et a Turcis nominatur *Morat-Sou.*

Labitur per Turcomaniam, seu Ar-

32. Cupitum id Tiberio: ornat Phrahaten, accingitque paternum ad fastigium: destinata retinens, consiliis et astu res externas moliri, arma procul habere.[h] Interea, cognitis insidiis, Artabanus tardari[i] metu, modo cupidine vindictæ inardescere: et barbaris cunctatio, servilis: statim exequi, Regium videtur. Valuit tamen utilitas, ut Abdum, specie amicitiæ vocatum ad epulas, lento veneno illigaret; Sinnacen dissimulatione ac donis, simul per negotia, moraretur. Et Phrahates apud Syriam, dum, omisso cultu Romano,[j] cui per tot annos insueverat,[k] instituta Parthorum insumit,[1]

Lætum optatumque id Tiberio erat. Igitur instruit Phrahatem paratu regio, ornatque opibus ad imperium patris recuperandum, placitis consiliis insistens, nempe *ingenio, arte, et calliditate res extraneas regere et agitare, et bellum longe amandare. Interim comperta fraude* popularium, *Artabanus modo retineri formidine, modo cupiditate ultionis incendi; et barbaris cunctanter agere turpe, promte expedire regium existimatur. Attamen præpolluit utilitas, ut tardo veneno irretiret Abdum, cum eum prætextu amicitiæ ad convivium invitasset, et Sinnacem retineret dolo ac muneribus, atque etiam per munia ministeriaque. Et Phrahates in Syria, dum relicto more Rom. cui tot annis insueverat, cultum habitumque et artes Par-*

1 Ita Ms. Flor. editiones veteres et recentiores. In Lipsianis editionibus, *sumit.* Pichena, *resumit.* Nescio quid duri sonant, *insueverat, instituta.. insumit.* Mallem, *resumit.* Sed a veteri scriptura haud facile discedendum. *Brotier.*

NOTÆ

meniam hodiernam, Natoliam, Souriam, Diarbeck, et Beriaram, seu Arabiam desertam; regiones imperii Turcici Asiatici, &c.

Ubi vero conjungitur cum fluvio Tigri, ambo vocantur *Schat-el-Arab* ab Arabibus hodiernis, et deinde in sinum Balsoræ se exonerant. *Tillemonius.*

[h] *Arma procul habere*] Intelligunt, quasi nullum habere bellum vellet. Verus sensus est, voluisse habere bellum in terris procul amotis, et extra ipsius imperii fines, et per Regulos inter se commissos fieri, non per Romanos ipsos, qui tantum discordias sererent inter Barbaros.

Sueton. Tib. 37. ‘Hostiles motus, nulla postea expeditione suscepta, per legatos composuit: nec per eos quidem, nisi cunctanter et necessario. Reges infestos, suspectosque comminationibus magis, et querelis, quam vi repressit.’ Potuit addi et *criminationibus.*

[i] *Tardari*] Intellige, *modo tardari metu, modo cupidine vindictæ* accendi: *τὸ modo,* duobus locis respondet.

[j] *Omisso cultu Romano*] Habuere suam superbiam, suum luxum Parthi; sed tamen mollior cultus Romanorum; nam lectica et molli strato vecti; cum Parthi venatu perpetui, et in equis semper insiderent, et longe aliter ipsa convivia disponerent ac ipsi Romani.

[k] *Insueverat*] Athen. 12. ‘Alcibiades in Ionia dicitur luxuriosior Ionibus fuisse; Thebis, corporis exercitatione ac labore, quam ipsi The-

patriis moribus impar, morbo absumtus est. Sed non Tiberius omisit incepta. Tiridaten, sanguinis ejusdem, æmulum Artabano, reciperandæque Armeniæ Iberum[l] Mithridaten deligit, conciliatque fratri Pharasmani, qui gentile imperium[m] obtinebat: et cunctis, quæ apud Orientem parabantur, L. Vitellium præfecit:[n] eo de homine, haud sum ignarus, sinistram in urbe famam, pleraque fœda memorari: ceterum, regendis provinciis prisca virtute egit. Unde regressus, et formidine C. Cæsaris, familiaritate Claudii, turpe in servi-

thorum resumit, patriis institutis haud sufficiens, adversa valetudine extinctus est. Sed Tiberius destinata non deseruit: assumit Tiridatem stirpis ejusdem, rivalem Artabani, et Iberum Mithridatem ad recipiendam Armeniam, et in concordiam reducit cum fratre Pharasmane, qui paterni regni potiebatur, (Iberum nempe;) *et cunctis quæ ad Orientem struebantur, L. Vitellium imposuit. Non me fallit de eo viro malum in civitate rumorem increbuisse, multaque inhonesta vulgari; sed in administrandis provinciis antiqua disciplina egit. Unde reversus et metu Caligulæ, et amicitia Claudii, fœdam in servitutem abreptus ac degener, specimen ac docu-*

NOTÆ

bani, magis Bœotius: in Thessalia, equis alendis et fræno regendo Alevadis equestri illa disciplina peritior; Spartæ cum ad patientiam et animi securi tranquillitatem se componeret, Lacedæmonios vicisse; meri potu superasse Thraces:' et infra, 'Exemplo Pausaniæ Medorum se moribus Alcibiades accommodavit, et tantisper dum apud Pharnabasum est commoratus, linguam Persicam didicit, ut et Themistocles.'

[l] *Iberum*] Iberia regio Asiæ ad montem Caucasum, et ad Cyrum fluvium prope Armeniam majorem: hodie regna *Carduel* et *Zacheti* in Georgia regione: ex Chartis Gulielmi Sansonis. *Tillemonius.*

[m] *Gentile imperium*] Qui haberet regnum suæ gentis, Iberorum nempe, vel suæ familiæ, et avitum imperium. Forte utrumque intelligit Tacitus.

[n] *L. Vitellium præfecit*] Eum ipsum, qui proxime consul fuerat.

L. Vitellium] Sueton. Vitell. 2. 'Cum Claudio principe, duos insuper ordinarios consulatus censuramque gessit. Curam quoque imperii sustinuit, absente eo, expeditione Britannica: vir innocens et industrius, sed amore Libertinæ perinfamis, cujus etiam salivis melle commistis, nec clam quidem aut raro, sed quotidie ac palam, arterias et fauces pro remedio fovebat. Idem miri in adulando ingenii, primus C. Cæsarem adorari, ut Deum instituit: cum reversus ex Syria non aliter adire ausus esset, quam capite velato, circumvertensque se, deinde procumbens. Claudium uxoribus libertisque addictum, ne qua non arte demereretur, pro maximo munere a Messallina petiit, ut sibi pedes præberet excalceandos: detractumque socculum dextrum, inter togam tunicasque gestavit assidue, nonnunquam osculabundus. Narcissi quoque et Pallantis imagines aureas inter Lares coluit. Hujus et illa vox est, SÆPE FACIAS, cum seculares ludos edenti Claudio gratularetur.'

tium mutatus, exemplar apud posteros[o] adulatorii dedecoris habetur: cesseruntque prima postremis, et bona juventæ senectus flagitiosa obliteravit.

33. At ex Regulis, prior Mithridates Pharasmanen perpulit, dolo[p] et vi conatus suos juvare: repertique corruptores ministros Arsacis[q] multo auro ad scelus[r] cogunt:[s] simul Iberi[t] magnis copiis Armeniam irrumpunt, et urbe[1] Artaxata[u] potiuntur. Quæ postquam Artabano cognita, filium Oroden[v] ultorem parat, datque Parthorum[2] copias, mittit,

mentum assentatorii probri fuisse *apud posteros existimatur, et superiora* tempora *ultimis cessere, bonasque juventutis artes abolevit senectus ignominiosa.*

Et ex regibus primus Mithridates suasit Pharasmani, ut fraude simul et vi cœpta sua promoveret; et inventi sunt *qui pellicerent ministros Arsacis, magnoque pretio ad crimen impellerent: eodemque tempore, Iberi ingenti exercitu Armeniam, invadunt, et civitatem Artaxatam occupant. Quæ ubi comperta* sunt *Artabano, filium Orodem vindicem accingit, traditque Parthorum exercitum,* et *mittit, qui*

1 Mallet Lipsius, *urbem Artaxata.* Recte utrumque. At prius in omnibus libris occurrit. *Brotier.*—2 In Ms. Flor. *dat Parthorumque:* quod immerito defendit Jac. Gronovius. Ernestus vero existimat emendandum, *datque Parthorum copias, qui auxilia mercede facerent.* Omnino infeliciter. Nihil peccat

NOTÆ

[o] *Exemplar apud posteros*] Seneca l. IV. Natur. Quæst. c. 1. 'Alius adulatione clam utetur, alius ex aperto palam, rusticitate simulata, quasi simplicitas illa, non ars sit. Plancus artifex ante Vitellium maximus, aiebat, non esse occulte, nec ex dissimulato blandiendum.'

Vitellii hujus mirum in adulando ingenium, etiam Suetonius celebrat, c. 2. in Vitellio, et Dio LVIII. Plancus autem, in Seneca, est is, qui apud Fulviam Antonii magnus; de cujus adulatoris moribus Appianus lib. III. Civil. *Lipsius.*

[p] *Dolo*] Nempe, ut ministros Arsacis auro corrumperet, adigeretque ad regem veneno interficiendum; quod et peractum est.

[q] *Arsacis*] Vocabantur, fundatoris sui nomine, *Arsaces,* ut principes Romani *Cæsares* et *Augusti* appellabantur.

[r] *Multo auro ad scelus*] Quod scelus haud dubie perpetratum est, et scelere illo extinctus veneno Arsaces, cujus nulla amplius mentio in historia; nec Parthis imposuisset Orodem natu minorem filium Artabanus, si provixisset Arsaces. Potuisset tamen eum Medis imponere. Sed Tac. voce *cogunt,* loqui videtur, tanquam de facto scelere.

[s] *Ad scelus cogunt*] Ad interficiendum veneno Arsacen: *cogunt,* id est, corrumpunt, et multo auro adigunt.

[t] *Iberi*] Vide notas c. 32. supra.

Armeniam] Vide notas c. 32.

[u] *Artaxata*] Urbs Armeniæ majoris: hodie *Karasbag,* urbs provinciæ *Iran,* seu *Karasbag* in regno Persiæ: ex Chartis Gulielmi Sansonis. *Tillemonius.*

[v] *Filium Oroden*] Omnis hæc historia apud Josephum, XVIII. 8.

qui auxilia mercede facerent. Contra Pharasmanes adjungere Albanos,[w] accire[3] Sarmatas;[x] quorum sceptuchi,[4] [y] utrimque donis acceptis,[z] more gentico, diversa induere. Sed Iberi, locorum potentes, Caspia via Sarmatam[a] in Armenios raptim effundunt: at qui Parthis adventabant,[b] facile arcebantur: cum alios incessus hostis clausisset; unum reliquum, mare inter[c] et extremos Albanorum montes, æstas[5]

copias auxiliares pretio conducerent. Contra Pharasmanes asciscere Albanos, assumere Sarmatas; quorum Reguli muneribus hinc et illinc sumtis, pro more nationis, diversis partibus accessere. At Iberi locis validi, Caspio itinere Sauromatas in Armenios quam celerrime immittunt. At qui pro Parthis adveniebant, non ægre prohibebantur, cum hostis alios aditus occupasset; et æstas prohiberet unum illum, *qui supererat,* ingressum *inter pelagus, et postrema Albanorum juga; quia vada*

in vulgata scriptura, *datque Parthorum copias, mittit qui auxilia mercede conducerent.* Artabanus, non modo filium suum Orodem ultorem parat, eique dat Parthorum copias, sed mittit qui Sceptuchos aliosque Sarmatas auxiliares mercede conducerent. *Brotier.*—3 Beroaldus ac veteres, *accipere Sarmatas.* Olim scriptum fuisse, *acciere Sarmatas*, conjiciebat Lipsius. J. Frid. Gronovius, quem recentiores sunt secuti, *accire.* Nec certe unquam scripsit Tacitus, *accipere Sarmatas...utrimque donis acceptis.* Idem.—4 Beroaldus et Rhenanus edidere *Sceptuchi:* Lipsius, Pichena, Freinshemius *Sceptruchi.* Verior tamen priorum scriptura: Græcis enim *σκηπτοῦχος* placuit a *σκῆπτρον*, omissa canina. *Ryckius.*—5 Ita veteres et recentiores editiones. In intermediis, *æstus.*

NOTÆ

[w] *Albanos*] Albania, regio Asiæ ad mare Caspium: hodie pars major provinciæ *Scirwan*, in regno Persiæ, ad mare *Tabristan*, sive *Kulsum*. Tillemonius.

[x] *Sarmatas*] Sarmatia, supple Asiatica, regio Asiæ ad Septentrionem et Occidentem: hodie pars *Moscoviæ*, in Europa hodierna. *Tillemonius.*

[y] *Quorum sceptuchi*] Sceptrigeri, ut ita dicam, id est, *principes, reges;* sic et Homero dicti, quod *sceptrum gererent.*

[z] *Utrimque donis acceptis*] Non iidem Sarmatæ dona utrimque accepere, sic fraus et scelus foret: sed diversi hinc et inde; ita ut qui in partibus Iberorum militarent, dona Iberorum acciperent, alii dona Parthorum, hi nempe qui ab ipsis starent: nam Sarmatarum natio multa et late extensa; diversi diversas partes induebant.

[a] *Caspia via Sarmatam*] Seneca Thyeste: ‘Aut qui Caspia fortibus recludunt juga Sarmatis.’

Caspia] Caspium mare Asiæ, alluens Sarmatiam Asiaticam, Scythiam, Persarum imperium, et Albaniam: hodie *Tabristan*, &c. inter Moscoviam, magnam Tartariam, Persiæ regnum, &c. *Tillemonius.*

[b] *At qui Parthis adventabant*] Nempe Sarmatæ, qui diversa, ut dixit, more gentis, induerant: ut et hodie faciunt Tartari, qui ea loca tenent. *Lipsius.*

[c] *Mare inter, &c.*] Mare nempe Caspium: et res ita habet. Extremi fines Albanorum, versus Sarmatiam, Caspium mare tangunt. Ad illud usque, perpetuis fere montibus a Sarmatis separantur: ergo aditus in Al-

impediret:[d] quia flatibus Etesiarum[e] implentur vada; hybernus Auster[f] revolvit fluctus, pulsoque introrsus freto, brevia littorum nudantur.

34. Interim Oroden, sociorum inopem, auctus auxilio Pharasmanes vocare ad pugnam, et detrectantem incessere, adequitare castris,[g] infensare pabula: ac sæpe, in modum[1]

obruuntur aquis, spirantibus Etesiis; at contra *per hyemem Auster repellit undas, revolutoque interius mari,* repulsis undis, *brevia æstuariorum patent atque emergunt.*

Interea Pharasmanes copiis et subsidiis validus, provocare ad prælium Orodem, auxiliis egentem, et abnuentem pugnæ *lacessere, adequitare munimentis, prohibere ac corrumpere pabula; ac sæpius instar obsidionis, disposito milite circumdabat;*

1 Libri omnes præter Cl. Lallemand editionem, *modum obsidii.* Addendum, *in;* et ob sequentem literam *m* excidisse recte monuere Muretus, Acidalius, Ernestus, et alii. *Brotier.*

NOTÆ

baniam, per littoris ejus oram, et plana vicina.

Sed hæc quoque, inquit, clausa tunc Sarmatis: quia ab Oriente Etesiæ flabant, et undas fluctusque in plana impellebant, atque ita restagnabant. Transitus autem Sarmatis non alius in Armeniam, quam per Albanos, per illud littus. *Lipsius.*

[d] *Æstas impediret*] Quia tunc reflant a mari, et a Septentrione *Etesiæ* venti, et fluctus in vada propellunt, ac hyeme flans Auster a meridie, repellit eosdem fluctus interius, sicque vada nudat aperitque.

Æstas impediret] Undarum nempe, quasi reciprocatione.

[e] *Etesiarum*] Plin. II. 47. 'Ardentissimo autem æstatis tempore exoritur Caniculæ sidus, sole primam partem Leonis ingrediente: qui dies quindecim ante Augusti Kalendas est. Hujus exortum diebus octo ferme aquilones antecedunt, quos Prodromos appellant. Post biduum autem exortus, iidem aquilones constantius perflant diebus quadraginta, quos Etesias vocant. Molliri eis creditur Solis vapor geminatus ardore sideris: nec ulli ventorum magis stati sunt. Post eos rursus Austri frequentes,' &c.

Idem infra: 'Etesiæ noctu desinunt fere, et a tertia diei hora oriuntur. In Hispania et Asia ab oriente flatus est eorum, in Ponto ab aquilone, reliquis in partibus a meridie. Spirant autem et a bruma cum vocantur Ornithiæ, sed leniores et paucis diebus.'

Etesiarum] Venti flantes tempore Caniculæ per spatium quadraginta dierum.

Etesiarum] Flant ab Occidente in tractu nostro: hodie Oceani nautæ vocant, *Oüest quart au Nord-Oüest,* et a nautis maris Mediterranei *quarta de Ponente verso Mæstro:* ex Brietii parallell. Geogr. *Tillemonius.*

[f] *Auster*] Ventus a Meridie flans; nautæ Oceani vocant *Sud,* et in mari Mediterraneo *Ostro* dicitur. *Tillemonius.*

[g] *Castris*] Nam Persæ 'castra muniunt.' Veg. III. 10. 'Persæ imitantes Romanos, ductis fossis castra constituunt: et quia arenosa sunt prope omnia, saccos quos inanes portant ex

obsidii, stationibus cingebat; donec Parthi, contumeliarum insolentes, circumsisterent Regem, poscerent prælium. Atque illis sola in equite vis:[h] Pharasmanes et pedite valebat. Nam Iberi Albanique,[i] saltuosos locos incolentes, duritiæ patientiæque magis insuevere. Feruntque 'se Thessalis ortos,[j] qua tempestate Jason,[k] post avectam Medeam, genitosque ex ea liberos, inanem mox Regiam Æetæ vacuosque Colchos[l] repetivit.' Multaque de nomine ejus,[m] et

donec Parthi conviciorum intolerantes, circumstarent Regem, flagitarent pugnam: atque illi solo equitatu validi erant: *Pharasmanes etiam pedestri agmine pollebat. Quippe Iberi et Albani, arduos et saltibus infestos locos habitantes, labori et tolerantiæ magis assuevere. Jactantque* se Thessalis genitos, quo tempore Jason, post raptam Medeam, susceptosque ex ea filios, ad vacuam mox domum Æetæ inanesque Colchos remeavit. *Plurimaque de vocabulo ejus* prædicant, *et*

NOTÆ

pulverulenta, quæ effoditur, terra complent, eorumque cumulo aggerem faciunt.' Id forte posteriori ævo et tempore Vegetii usurparunt Persæ: de Parthis olim nihil tale reperio.

[h] *Sola in equite vis*] Hic suo Marte addit interpres Gall. de peditatu, qui nullus apud Parthos, et de quo nulla etiam mentio apud Tacitum.

[i] *Albanique*] Solin. c. 20. 'In ora gentes, qui posteros se Jasonis credi volunt, albo crine nascuntur, canitiem habent, auspicium capillorum: ergo capillorum color genti nomen dedit. Glauca inest oculis pupilla: ideo nocte, plus quam die, cernunt.'

[j] *Thessalis ortos*] Strabo l. XI. qui de Oraculo item Phryxi, et vetita arietis cæde, his verbis: 'In regione Moschica est Leucotheæ templum, Phryxi simulacrum, et oraculum illius, ubi aries non immolatur.'

At aliter Justinus, qui hos ad Orientem Albanos deducit ex Italia, ab Albano monte. Ejus verba l. XLII. 'Cum Albanis fœdus percussit Jason, qui Herculem ex Italia ab Albano monte, cum Geryone extincto, armenta ejus per Italiam duceret, secuti dicuntur: quique memores Italicæ originis, exercitum Cn. Pompeii, bello Mithridatico, fratres salutavere. *Lipsius.*

Thessalis] Thessalia, provincia Græciæ regionis, ad mare Ægæum: hodie nomen antiquum retinet, et a quibusdam vocatur *Janna.* Provincia est Præfecturæ Romeliæ ad Archipelagum, in Turcico imperio Europæo. *Tillemon.*

[k] *Qua tempestate Jason*] De Argonautarum expeditione, totaque hac fabula Apollonius, Val. Flaccus, et Ovidius, Seneca, et Euripides legendi, et Apollodorus in Bibliotheca.

[l] *Vacuosque Colchos*] Rege destitutos.

Colchos] Colchis, regio Asiæ ad Pontum Euxinum. Hodie regnum *Odisci*, seu *Mingrelia*, parsque regnorum *Guriel* et *Imereti*, in Georgia regione. *Tillemonius.*

[m] *Multaque de nomine ejus*] Id capio, loca sive templa de nomine ejus dici. Ita Strabo: 'Jasonem cum Armenio Thessalo, profectum usque ad mare Caspium: Ὡς, inquit, μαρτυρεῖ τά τε Ἰασόνεια, καὶ ἄλλα ὑπομνήματα: 'Sicut testantur Jasonea, et alia monumenta.' *Jasonea* acceperim sacella, aut templa Jasonis honori.

Justinus XLII. 'Jasoni totus fere Oriens ut conditori, divinos honores

oraculum Phryxi celebrant: nec quisquam ariete[n] sacrificaverit, credito, vexisse Phryxum: sive id animal, seu navis insigne fuit.[o] Ceterum, directa utrimque acie, Parthus 'Imperium Orientis, claritudinem Arsacidarum; contraque ignobilem[p] Iberum mercenario milite,'[2] disserebat: Pharasmanes, 'integros semet a Parthico dominatu: quanto majora peterent, plus decoris victores, aut, si terga darent, flagitii atque periculi laturos:' simul horridam suorum aciem, picta auro Medorum agmina; hinc viros, inde prædam ostendere.

35. Enimvero apud Sarmatas[q] non una vox Ducis: se

oraculum Phryxi extollunt; et nemo mactato *ariete rem divinam fecerit, quia putant detulisse Phryxum: sive id pecus* revèra, *seu vexillum signumque navigii* fuit. *Ceterum instructo hinc et illinc ad pugnam exercitu, Parthus ostentabat* principatum Orientis, nobilitatem Arsacidarum: contraque inglorium Iberum, qui copiis mercede conductis bellum gereret. *Pharasmanes* memorabat, immunes ipsos a Parthorum imperio; quanto ampliora aggrederentur, plus gloriæ victores *adepturos;* at si fugam capesserent, plus probri atque discriminis habituros: *etiam atrox suorum agmen, micantem auro Persarum,* seu Parthorum, *aciem: hinc militares viros, inde opes ostentabat.*

Et sane inter Sarmatas, non una vox imperantis; sese quisque hortantur, ne

2 Mallet Acidalius, *mercenarium militem:* probatque Ernestus. Non spernendum, si veteres libri suffragarentur. *Brotier.*

NOTÆ

templaque constituit.' Quem etiam vide super hoc reditu in Colchos, Medea rursum assumta, ut hic noster tetigit. *Lipsius.*

[n] *Nec quisquam ariete*] Mirum quod arietem non mactent isti, ob amorem et per religionem; at Parthi equum, cui maxime dediti sunt, amni Euphrati, ut Deo immolent.

[o] *Sive id animal, seu navis insigne fuit*] Sic de Minotauro, sic de tauro qui Europam avexit, sic de equo Trojano fabulantur. Vide Strabonem l. II. et de Durateo equo Servium, in Æn. II. *Muretus.*

[p] *Ignobilem*] Ex se ignobilis Iberus præ Parthis, et præterea ignobilis etiam quod *mercenario milite* uteretur.

[q] *Sarmatas*] Mela l. III, 4. 'Gens habitu armisque Parthicæ proxima; verum ut cœli asperioris, ita ingenii; non se urbibus tenet, et ne statis quidem sedibus; ut invitavere pabula, ut cedens et sequens hostis exigit, ita res opesque secum trahens. Semper castra habitat, bellatrix, libera, indomita, et usque eo immanis atque atrox, ut fœminæ etiam cum viris bella ineant: atque ut habiles sint, natis statim dextra aduritur mamma, ut inde expedita in ictus manu quæ exeritur, virile fiat pectus. Arcus tendere, equitare, venari, puellaria pensa sunt: ferire hostem, adultarum stipendium est: adeo ut non percussisse pro flagitio habeatur, sitque eis pœna virginitas.'

quisque stimulant, 'ne pugnam per sagittas inirent; impetu et cominus præveniendum.' Variæ[r] hinc bellantium species; cum Parthus, sequi vel fugere pari arte suetus, distraheret[s] turmas, spatium ictibus quæreret: Sarmatæ, omisso arcu, quo brevius valent,[t] contis gladiisque ruerent; modo equestris[u] prælii more, frontis et tergi vices:[v] ali-

prælium a sagittis inciperent, potius insultu cominus et complexu armorum prævertendum hostem esse. *Hinc diversa pugnantium facies, cum Parthus prosequi, vel abscedere pari calliditate solitus, equitem diduceret, et locum telis vibrandis captaret; Sarmatæ relictis sagittis, quibus ad breve tempus rigent, cum hastis et ensibus irrumperent; modo ad instar equestris pugnæ, frontem vicissim et terga da-*

Apud Sarmatas] Quasi id in more fuisse describit, apud eos, ut se quisque stimularet, sibi quisque dux et hortator esset in præliis.

Sarmatas] Sarmatia Asiatica, regio Asiæ ad Occidentem, et ad Oceanum Septentrionalem, Mare Caspium, et Pontum Euxinum. Hodie pars orientalis *Moscoviæ*, in Europa hodierna. *Tillemonius.*

[r] *Variæ*] Quia Parthi eminus arcu et sagittis pugnare parabant. At Sarmatæ, omisso arcu, cominus contis gladiisque rem agebant.

[s] *Distraheret*] Nempe Parthus separabat dividebatque turmas equitum suorum; et sic spatium, quo sagittæ volarent in hostem, sibi faciebat. Sarmatæ vero denso agmine et conferti cominus ruebant in prælium, ut sic Parthis sagittandi spatium adimerent.

[t] *Omisso arcu, quo brevius valent*] Non enim diu solebant arcu præliari, sed brevi temporis spatio, primis scilicet congressibus. *Pichena.*

Lucem huic et aliis Taciti locis, in quibus de Sarmatarum armatura, et pugnandi ratione agitur, fœnerari possunt hæc Tuberonis Dalmatæ, accuratissimi prudentissimique scriptoris. 'Sarmatæ,' inquit, 'et his finitimi, Thracesque, atque Illyrici, quoniam corpora ferreo munimento tegere non solent, paucique admodum loricis ex annulis utuntur, magis agilitate, quam vi aperta, pugnant in equis. Nec corpore erecto, uti cataphractis mos est equitibus, adversam cuspidem excipiunt: verum subducunt sese occurrenti spiculo, aut umbone equestris scuti illud repellunt: nec sinunt in scutum, quod per se operis levitate ac duritia ictum vix recipit, ferrum adigi. Quippe illæ gentes clypeos nervis decussatim conscissis, atque in fila redactis, addito vitro contuso ac glutino, corio insuper injecto, ita muniunt, ut fere ferro impenetrabiles reddant. Circumactis itaque equis, consultoque lanceis projectis, gladios stringunt.' l. XXI. Historiar. sui temporis. *Boxhornius.*

Quo brevius valent] Puta, quam Parthi; hi enim ex propinquo invalidi; quæ res P. Ventidio de illis victoriam dedit. Frontinus Stratag. II, 2. 'Adeo se admovit, ut sagittas, quibus ex longinquo usus est, cominus applicitus eluderet.'

Florus l. IV. 9. 'Passus est hostem castris succedere, donec absumto jactus spatio, adimeret usum sagittarum.' Valerius Flaccus Argon. l. II. 'Jam brevis et telo volucris non utilis aër.' *Gronov.*

[u] *Modo equestris*] Veg. III. 16. 'Scire dux debet, contra quos gru-

quando, ut conferta acies, corporibus et pulsu armorum pellerent, pellerentur. Jamque et Albani Iberique prensare, detrudere, ancipitem pugnam hostibus facere. Quos super eques,[w] et a propioribus vulneribus pedites afflictabant. Inter quæ Pharasmanes Orodesque, dum strenuis adsunt, aut dubitantibus subveniunt, conspicui, eoque gnari, clamore, telis, equis concurrunt: instantius Pharasmanes: nam vulnus per galeam adegit; nec iterare valuit, prælatus equo, et fortissimis satellitum protegentibus saucium. Fama tamen occisi, falso credita,[1] exterruit Parthos, victoriamque concessere.

36. Mox Artabanus tota mole regni ultum iit:[x] peritia[2] locorum ab Iberis melius pugnatum: nec ideo abscedebat,

rent; invicem sequerentur, dein rursus cederent; *quandoque ut densum agmen, corporibus et nisu armorum deturbarent loco, deturbarenturque. Jamque etiam Albani et Iberi prehendere, deturbare, dubium et ambiguum certamen hostibus exhibere; quos super* evecti *equites, et opportunioribus ictibus pedites prosternebant. Interea Pharasmanes et Orodes, dum vigentibus opitulantur, aut laborantibus succurrunt, spectabiles, ideoque noti, voce, equis, armis simul congrediuntur: vehementius Pharasmanes, quippe vulnus intulit* Orodi *per cassidem, nec ingeminare ictum potuit, abreptus equo, et validissimis custodum vulneratum* principem *tutantibus. Rumor tamen interfecti* Orodis, *falso vulgatus, pavorem Parthis impressit, et* illi *victoriam* Iberis *cessere.*

Dein Artabanus totis regni viribus vindicatum ibat: notitia locorum certarunt

1 Tentat Lipsius, *dedita* vel *didita*. Nihil mutandum. Adhuc infra Hist. IV. 34. 'credita per utrumque exercitum fama.' *Brotier.*

2 *Ultum iit: peritia.* Optime emendavit Lipsius. Corrupte in veteribus editionibus, *ultimi id peritia.* Idem.

NOTÆ

mos, hoc est, globos hostium, quos equites oporteat poni. Nam nescio qua occulta ratione, immo pæne divina, alii contra alios dimicant melius; et qui fortiores vicerant, ab inferioribus sæpe vincuntur.'

[v] *Frontis et tergi vices*] A Sallustio est, qui in historiis: 'More equestris prælii, sumtis tergis, atque redditis.' Et in Jugurtha: 'Quibus illi freti, non uti equestri prælio solet, sequi, dein cedere; sed aversis equis concurrere, implicare, ac perturbare aciem.' *Frontis et tergi vices*, id est, alternæ mutationes, modo frontis, modo tergi: supple, *erant.*

Frontis et tergi vices] Ut in equestri prælio, modo terga vertebant, modo frontem offerebant. Sallust. fragm. 'More equestris prælii, sumtis tergis atque redditis, et egressi ad faciliores ictus, loco cedebant.'

Vices] Hoc fuit in more apud Parthos, nempe ut hostem distraherent turbarentque, si longius insequeretur. Tum spatium sumebant ad hostes sagittis conficiendos; et fuga illorum anceps et ambigua fuit. Nam statim vices erant; ut tergum, ita et facile faciem vertebant.

[w] *Quos super eques*] In quos et super quos sublimis invehebatur eques,

ni, contractis legionibus, Vitellius, et subdito rumore, tanquam Mesopotamiam[y] invasurus, metum Romani belli fecisset. Tum omissa Armenia, versæque Artabani res; illiciente Vitellio, 'desererent Regem, sævum in pace, et adversis præliorum exitiosum.' Igitur Sinnaces, quem antea infensum memoravi, patrem Abdagesen aliosque occultos consilii,[1] [a] et tunc continuis cladibus[b] promtiores, ad defectionem trahit: affluentibus paulatim, qui, metu magis, quam benevolentia, subjecti, repertis auctoribus

Iberi felicius: nec propterea Rex *absistebat, nisi Vitellius convocatis legionibus, et sparsa fama, velut irrupturus* esset *in Mesopotamiam, Romani belli timorem incussisset. Tum relicta Armenia, mutataque est Artabani fortuna; solicitante Vitellio,* ut deficerent a rege, qui esset atrox in pace, et improsperis bellis perniciosus. *Itaque Sinnaces, quem prius* ipsi *infestum* fuisse *tradidi, in consilium adhibet parentem Abdagesem, aliosque secretos* societatis conscios, *et tunc assiduis cladibus proniores ad exuendam fidem impellit; sese sensim adjungentibus, qui timore magis quam amore obsequentes, ubi extitere duces, animum erexerant. Nec*

1 Male Ms. Flor. et editiones veteres, *occultos consilit.* Lipsius et alii *consulit.* Infeliciter emendabat Illustr. Huetius, *occulto consulit.* Vere, *occultos consilii.* Brotier. Ms. *consilit:* quomodo ediderunt Beroaldus et Rhenanus: pro quo Freinshemius putat fuisse, *consilii,* ut mihi videtur *εὐστόχως.* Sequentia enim, 'et tunc continuis cladibus promtiores,' id firmant: et sic loquitur IV. 7. 'non occultus odii.' *Ryckius.*

NOTÆ

et simul eos propioribus vulneribus sternebant pedites.

[x] *Tota mole regni ultum iit*] Recte *ultum iit.* Tacitus sæpe ita loqui amat: l. IV. 'Neque dux Romanus ultum iit:' l. XII. 'eamque injuriam excidio ipsius ultum iturum:' et l. XV. in princip. 'Spretum Arsacidarum fastigium ire ultum volens:' et eod. lib. 'contumelias ultum ibat.'

Clara etiam, licet brevis, mihi videtur ista narratio. Ait enim Artabanum tota mole regni venisse, ut ultionem sumeret ex Iberis; eos peritia locorum victores fuisse. Is nec ideo abscedebat, nisi metu Vitellii coactus fuisset. *Pich.*

[y] *Mesopotamiam*] Mesopotamia, regnum vel provincia Assyriæ regionis, aliquando in Persarum sive Parthorum imperio: hodie *Diarbeck,* regio imperii Turcici Asiatici. *Tillem.*

[a] *Aliosque occultos consilii*] Vulgo *consulit;* at vir doctissimus vult, *occultis colligit.* Puto fuisse *occultos consilii* H. II. 83. H. IV. 21. et volunt hoc sequentia, 'et tunc continuis cladibus promtiores.' Adhuc occultaverant consilium suum, sed cladibus regis elato animo, proferunt. *Freinsh.* Vulgo improbant *τὸ consulit,* sed quidni *consulat* patrem Sinnaces? et quem potius *consulat* quam patrem, et occultos conscios defectionis? Vide quanti momenti fuerit filio, talem patrem consulere, de quo sic infra Tac. 'Et columen patrium Abdageses gazam et paratus regios adjicit.'

[b] *Continuis cladibus*] Regis nempe, qui amiserat bello Arsacem Orodemque filios, et ipsemet victus acie ab Iberis fuerat.

sustulerant animum. Nec jam aliud Artabano reliquum, quam, si qui externorum corpori custodes aderant, suis quisque sedibus extorres, quis neque boni intellectus, neque mali cura, sed mercede aluntur, ministri[c] sceleribus. His assumtis, in longinqua et contermina Scythiæ[d] fugam maturavit, spe auxilii (quia Hyrcanis[e] Carmaniisque[f] per affinitatem[g] innexus erat); atque interim posse Parthos, absentium æquos,[h] præsentibus mobiles, ad pœnitentiam mutari.

37. At Vitellius, profugo Artabano, et flexis ad novum Regem popularium animis, hortatus Tiridaten, 'parata capessere,' robur legionum sociorumque ripam ad Euphratis ducit. Sacrificantibus,[i] cum hic more Romano suovetauri-

jam aliud Artabano supererat, quam si qui extraneorum custodes tuendo lateri aderant, sua quisque regione et penatibus exules, quibus neque boni neque mali solicitudo ulla, sed pretio aluntur, scelerum satellites. His sibi adjunctis, fugam celeravit in amota procul et finitima Scythiæ loca, *spe suppetiarum; quia Hyrcanis et Carmanis necessitudine conjunctus erat; atque interea posse Parthos absentibus favorabiles, præsentibus mutabiles, ad* revocandum ipsum *pœnitentia flecti.*

Sed Vitellius, averso in fugam Artabano, et pronis ad novum regem Parthorum animis, cum admonuisset Tiridatem, ut præsentia et quam haberet in manibus occasionem amplecteretur, *ducit ad littus Euphratis lectissimum agmen legionum et auxiliarium. Rem divinam facientibus, cum hic ritu Rom. Suovetaurilia*

NOTÆ

[c] *Ministri*] Pretio et mercede conducti ad scelera aluntur.

[d] *Scythiæ*] Scythia, regio Asiæ in latere Septentrionali: hodie pars orientalior *Moscoviæ*, et major pars *Tartariæ Magnæ*. Tillemon.

[e] *Hyrcanis*] Hyrcania, regnum vel provincia Parthiæ regionis, ad mare Caspium, in Persarum seu Parthorum imperio: hodie pars major provinciæ *Tabristan*, in regno Persiæ. *Tillemon.*

[f] *Carmaniisque*] Carmania, regnum vel provincia Persidis regionis, in Persarum seu Parthorum imperio: hodie *Kirman*, provincia regni Persiæ ad Oceanum. *Tillemon.*

[g] *Per affinitatem*] Affinitas illa non publica et quæ ad imperium spectaret, sed ad familiam Artabani: apud Hyrcanos educatus ille, et Hyrcani ditionis erant Parthicæ, forte et Caramani etiam tributarii. Forte materno genere hinc ortus Artabanus.

Per affinitatem] Ipse 'apud Scythas educatus;' infra 42. et ab eis contraxit auxilia, quorum vi restitueretur in imperium.

[h] *Parthos, absentium æquos*] Prorsus idem consilii datum, et successu simili, Regi Chilperico, ratione item pari, in Francia. Vide Aimoinum I. 7. *Lipsius.*

[i] *Sacrificantibus*] Dionys. lib. IV. 'Peracto censu jussit cives omnes in Campo, qui omnium ante urbem est maximus, cum armis adesse. Ibi equitibus turmatim dispositis, et peditibus in aciem directis, velitibus-

lia daret, ille equum[j] placando amni[k] adornasset, nuntiavere accolæ, ‘Euphraten nulla imbrium vi,[l] sponte et immensum attolli; simul albentibus spumis, in modum diadematis,[m]

mactaret, ille equum apparavisset propitiando flumini; renuntiant indigenæ, Euphratem, nulla pluviarum affluente copia, suapte sponte et maxime intumescere; atque etiam spumantibus undis in speciem diadematis insignisque

NOTÆ

que per suos item ordines digestis, lustravit eos tauro, ariete, hirco. Eas hostias ter circum castra duci jussas mactavit obtinenti campum Marti.'

[j] *Suovetaurilia daret, ille equum*] De Suovetaurilibus dico ad l. IV. Histor. De Equo sic se res habet. Solennis Persarum victima Soli, *equus.* Justinus: ‘Solem unum esse Deum Persæ credunt, et equos eidem Deo sacratos ferunt.' Xenophon lib. IV. de Cyri expeditione: ‘Et quem ceperat, equum vetustiorem præbet (Xenophon) præfecto oppidi, qui eum nutriverat, ut illum sacrificaret; quia accepit equum istum sacrum esse Soli, veritus ne moreretur.' Et lib. VIII. de Cyri institutione: ‘Primum quidem ducebantur Jovi tauri pulcherrimi quatuor, et post illos equi, victimæ mactandæ Soli.' Idemque Pausaniæ in Laconicis notatum.

At de amne, nihil nobis lectum. Sed et aliis gentibus victima *equus.* Apud Romanos Marti. Festus in *Equus:* et apud Mysios: Florus: ‘Illi statim ante aciem, immolato equo concepere votum,' &c.

Suovetaurilia daret] Plutarch. de Lucullo: ‘Sacrificavit et Euphrati amni taurum, quod sacrificium fit felicis transitus gratia.' Vox usitata Xenophonti, et Thucydidi. Livius l. I. ‘Instructum exercitum omnem Suovetaurilibus lustravit.' Dionysius lib. IV. eadem de re: *καθαρμὸν αὐτὸν ἐποιήσατο, ταύρῳ καὶ κριῷ καὶ τράγῳ.* Lego *κάπρῳ.* Et addidit durare ad suam usque ætatem.

Asconius in Divinat. ‘Iidem completo quinquennio urbem lustrabant, et Solitaurilia sacrificia, (lego *Suovetaurilia*) de sue, ove, tauro faciebant.' Tacitus Histor. lib. IV. ‘Tum Helvidius Priscus Prætor, præeunte Plauto Æliano Pontifice, lustrata bove (lego *sue, ove,*) taurisque area, et super cespitem redditis extis.' *Muret.*

[k] *Placando amni*] Hesiod.: ‘Nec unquam perennium fluviorum limpidam aquam pedibus transito, priusquam oraveris, aspiciens pulchra flumina, manus lotus aqua limpida. Qui fluvium transierit, malitia manus illotus, ei succensent Dii, et damna dant in posterum.'

[l] *Nulla vi imbrium*] Nulla procella, nullo nimbo, aut pluvia e cœlo lapsa.

[m] *In modum diadematis*] Ad diadematis formam aspicit: quam, si vacat, a me cape. Diadema commune olim insigne regum, non aliud quam fascia tenuis, cingens caput.

Seneca: ‘Vides illum Scythiæ Sarmatiæve regem, insigni capitis decorum? si vis illum æstimare, totumque scire, qualis sit, fasciam solve; multum mali sub illa latet.'

Florus l. III. ‘Ipse veste purpurea argenteoque baculo, et regium in morem fronte redimita.' Atque ea fascia alba. Tacitus hic: ‘Albentibus spumis, in modum diadematis.' Plinius: ‘Regibus apum in fronte macula, quodam diademate candicans.' Ab hac causa, ‘quidam e turba (apud Suetonium in Julio, cap.

sinuare orbes; auspicium prosperi[1] transgressus.' Quidam callidius interpretabantur, 'initia conatus secunda, neque diuturna: quia eorum, quæ terra cœlove portenderetur, certior fides; fluminum instabilis natura simul ostenderet omina raperetque.' Sed ponte navibus effecto, tramissoque exercitu, primus Ornospades multis equitum millibus in castra venit: exul quondam, et Tiberio, cum Dalmaticum[n] bellum conficeret, haud inglorius auxiliator,[o] eoque civitate Romana[p] donatus: mox, repetita amicitia Regis, multo

regii, volutare circulos, omen fausti trajectus. *Nonnulli subtilius conjectabant,* principia initi consilii fore prospera, sed brevia: quia tutius et certius creditur iis, quæ solo aut cœlo præsagirentur, at fluviorum mobilis indoles simul ostenta monstraret, auferretque. *Sed ponte navigiis exstructo, et trajectis copiis, primus Ornospades, ingenti equitum agmine, in castra adventat; extorris sedibus patriis olim, et Tiberio, cum Dalmaticum bellum patraret, haud ignobilis adjutor, ideoque in civitatem Rom. ascriptus. Deinde reconciliatus Regi, et plu-*

1 Bene Rhenanus et recentiores. Male Beroaldus et veteres, *prospere.*

NOTÆ

79.) statuæ Cæsaris coronam lauream candida fascia præligatam imposuit:' quasi diadema illi attribuens.

Et apud Valerium vi. 2. Pompeio 'candida fascia crus alligatum habenti, Favonius, 'non refert,' inquit, 'qua in parte corporis diadema.''

Apud Persas paulo aliter, quibus nec omnino candidum diadema, nec capiti nudo circumplexum, sed Cidari sive Thiariæ. Xenophon lib. viii. 'Habebat Cyrus diadema circum Thiaram, uti et cognati ejus idem insigne ferebant.' Curtius l. iii. 'Cidarim Persæ vocabant regium capitis insigne: hoc cœrulea fascia distincta albo circuibat.' *Lipsius.*

[n] *Dalmaticum*] Dalmatia, aliquando Illyrici proprie dicti provincia, deinde *Illyricum* proprie dictum sub *Dalmatiæ* nomine innotuit. In ea parte nunc sunt pars plurima *Dalmatiæ, Croatiæ,* et *Bosniæ,* atque fere dimidia pars *Serviæ,* et aliquid *Istriæ* et *Carniolæ.* Hæ provinciæ parent Turcis, Alemannis, et Rebuspublicis Venetæ et Ragusiensi. *Tillemon.*

[o] *Auxiliator*] Vertunt, quasi auxiliares copias multas secum adduxisset ad id bellum; quod falsum puto. Talia quippe auxilia barbarorum semper sprevere Romani, nec unquam sibi miscuere, nisi socios et obsequii patientes.

Venit igitur Ornospades cum ministris et amicis, seu clientibus nobilioribus, et suo corpore juvit certavitque in præliis. Sic Epiphanes Rex pro Othone, quia imperio inserviebat. Sic alii reges et sceptuchi in commilitium asciti, sed non immixti armis Romanis, alibi utiles erant, separati. Vespasianus quadraginta millia equitum recusavit a Parthis oblatos. Auxilia neque barbaris dabant, neque accipiebant; ea majestas imperii fuit.

[p] *Civitate Rom.*] Vertunt, quasi id

apud eum honore, præfectus campis, qui Euphrate[q] et Tigre,[r] inclytis amnibus, circumflui, Mesopotamiæ[s] nomen acceperunt. Neque multo post Sinnaces auget copias: et columen partium Abdageses gazam et paratus Regios[t] adjicit.[2] Vitellius, ostentasse Romana arma satis ratus, monet Tiridaten primoresque: hunc, 'Phrahatis avi et altoris Cæsaris,[u] quæ utrobique pulchra, meminerit:' illos, 'obse-

rimo apud illum decore, impositus est regioni illi, *quam Euphrates et Tigris, clara flumina, circumfluunt*, et quæ hinc *Mesopotamiæ vocabulum sumsit. Et paulo post Sinnaces auget exercitum, simul et robur partium Abdageses opes et apparatum fortunæ principalis circumdat principi. Vitellius satis* esse *existimans, Romanas legiones ostendisse, hortatur Tiridatem proceresque; hunc* ut recordetur Phrahatis avi *sui*, et educatoris Cæsaris; quæ utrimque præclara erant: *illos,*

Brotier.—2 Veteres editores, *adicit*, nimio vetustatis studio. *Idem.*

NOTÆ

præmii et stipendii loco recepisset: quod de stipendio dicunt, sperno: id tantum per honorem ei tributum. Quasi vero potuisset, pro jure suo dicere, se invicem daturum civitatem suam (quod olim Atheniensibus dictum) Romanis: utrimque vis par, et fere reverentia.

Id illi, quasi per summum decus, exhibitum, dum ibi maneret; ne sine patria, ne sine civitate esset; simul et equestre fastigium addebatur talibus viris, et Regibus ipsis sociis quandoque appositi equites Romani, quasi custodes aut comites per honorem. Sic Arminius, decus suæ Germaniæ, sub Augusto civitate et equestri fastigio exornatus erat.

[q] *Euphrate*] Vide notas sup. c. 31.

[r] *Tigre*] Tigris, fluvius Assyriæ regionis late sumtæ, in Persicum sinum labitur cum Euphrate fluvio: hodie vocamus *Tigre*, est in *Diarbeck* regione late sumta imperii Turcici Asiatici. *Tillemon.*

[s] *Mesopotamiæ*] Mesopotamia, provincia Assyriæ regionis late sumtæ: hodie *Diarbeck*, provincia imperii Turcici Asiatici. *Tillemon.*

[t] *Paratus Regios*] Vertunt, quasi Abdageses secum advexisset gazam et opes ipsius Artabani: quasi vero Abdageses ipse non haberet paratum regium et gazam regi parem! Et certe Artabanus pecuniam suam et concubinas arce quadam clauserat: an et Junius Blæsus, qui paratum principalem circumdedit Vitellio ex Germania redeunti ad imperium capiendum, alium paratum quam suum circumdabat? Vide Tac. hist. II. 59.

Paratus Regios] Hi non erant regis Artabani, ut nec *servi* illi, quos libertus Neronis, Galbæ in Hispania addiderat, erant Neronis. Erant ipsius forte liberti, idque in decus novi principis Galbæ fecerat. Sueton. Galb. 10. 'Et servi, quos a liberto Neronis ad fraudem præparatos muneri acceperat,' &c.

[u] *Altoris Cæsaris*] Intelligam Augustum, cui datus obses ab avo Phraate Tiridates, et educatus Romæ fuerat.

quium in Regem, reverentiam in nos, decus quisque suum et fidem retinerent:'[3] exin cum legionibus in Syriam[v] remeavit.

38. Quæ duabus æstatibus gesta, conjunxi, quo requiesceret animus a domesticis malis. Non enim Tiberium, quanquam triennio post cædem Sejani, quæ ceteros mollire solent, tempus, preces, satias mitigabant, quin incerta, vel abolita,[w] pro gravissimis et recentibus puniret. Eo metu Fulcinius Trio, ingruentes accusatores haud perpessus,[x] supremis tabulis[y] multa et atrocia in Macronem, ac præci-

ut fidem erga Regem, observantiam in nos, dignitatem quisque suam, et constantiam *in officio* tenerent: *dein cum legionibus in Syriam revertit.*

Quæ duabus æstatibus acta sunt, simul contexui, quo respiraret animus ab intestinis ærumnis. Quippe neque tempus, neque preces, aut cædium *satietas, quæ omnes lenire solent, placabant Tiberium, licet triennio post necem Sejani; quin dubia, ambigua, vel etiam obliterata pœnis afficeret, tanquam atrocissima, et nova* essent. *Eo pavore, Fulcinius Trio imminentes irruentesque delatores haud tolerans, plurima et immania testamento* suo *inscripsit adversus Macronem et nobilissi-*

3 Ita Ms. Flor. editiones veteres et recentiores. In quibusdam intermediis, *retineret.*

NOTÆ

[v] *Syriam*] Vide notas sup. cap. 31.

[w] *Vel abolita*] Venia, tempore, aut etiam judiciis.

[x] *Haud perpessus*] Satis elicitur ex his Taciti verbis Trionem sibi manus attulisse, quia nempe ingruentes accusatores non est perpessus; quia supremas tabulas confecit, et quia illius testamentum ab hæredibus occultatum fuit.

Quomodo illud occultarunt hæredes, nisi jam ipse defunctus esset? ita fessus Tac. in scribendo tot similes cædes, mortesque, ut vix ipsi verba suppetant, quibus similia mala memoret; hinc quasi ea transcurrit, et veluti raptim exequitur.

Sic lib. XII. 59. de Statilio Tauro: 'Nec ille diutius falsum accusatorem indigna sorte perpessus, vim vitæ suæ attulit, ante sententiam senatus.'

[y] *Supremis tabulis*] Quæ testamentorum licentia adeo recepta erat, ut plerique, ingeniorum petulantiam, non alio velo exercerent. Ita Fabricius Veiento, 'multa et probrosa in patres, et sacerdotes composuit, iis libris, quibus nomen codicillorum dederat,' ait Tacitus l. XIV.

Et ab hac mente, in Augusto Suetonius c. 56. 'Jocis quoque quorundam invidiosis aut petulantibus lacessitus, contradixit edicto. Et tamen de inhibenda testamentorum licentia, ne Senatus quicquam constitueret, intercessit.'

Exempla hujus libertatis in extrema tabula habebis in Tacito plura. Et hæc autem, et quæ sequuntur, tantum non ad verbum convertit Dio: addito Trionem interfecisse seipsum.

Quod nescio an intelligi satis habuerit Tacitus; an expressum ab eo per ignaviam describentium excide-

puos libertorum Cæsaris, composuit, ipsi 'fluxam[2] senio mentem, et continuo abscessu[a] velut exilium' objectando. Quæ, ab hæredibus occultata, recitari Tiberius jussit: patientiam libertatis[b] alienæ ostentans, et contemtor suæ infamiæ, an scelerum Sejani diu nescius, mox quoquo[1] modo dicta vulgari malebat,[c] veritatisque, cui adulatio officit, per probra saltem gnarus fieri. Iisdem diebus Granius Martianus, Senator, a C. Gracchο majestatis postulatus, vim vitæ suæ attulit: Tatiusque[2] Gratianus, Prætura functus, lege eadem extremum ad supplicium damnatus.

39. Nec dispares Trebellieni Rufi[d] et Sextii Paconiani

mos libertorum Tiberii; ipsi Tiberio *objectabat* debilem deminutamque mentem præ senecta, et perpetuam absentiam quasi exilium incusabat. *Quæ per hæredes suppressa, legi Tiberius præcepit, sive tolerantiam libertatis alienæ præferret, suumque dedecus sperneret, sive flagitiorum Sejani diu ignarus, postea quacumque ratione prolata* essent, *publicari mallet, et per opprobria et convicia saltem ediscere veritatem, quam assentatio dissimulat tegitque. Eodem tempore Granius Martianus senator majestatis accusatus a C. Graccho, sibi mortem intulit; et Tatius Gratianus, qui præturam obierat, eadem quæstione ultimo supplicio affectus est.*

Nec dissimili exitu periere Trebellienus Rufus et Sextius Paconianus. Quippe

1 Sic Ms. Flor. editiones veteres et recentiores. In paucis intermediis, *quoque modo*.—2 Ita libri omnes editi. In Ms. Flor. *Tarius*.

NOTÆ

rit. *Lipsius.*

Satis expressit, cum ait Tac. ipsum supremas tabulas sic condidisse.

[2] *Fluxam*] Sic Suet. Tib. 52. de Druso Tiberii filio: 'Drusus animi fluxioris, remissiorisque vitæ erat.'

[a] *Continuo abscessu*] Objectabat illi fluxam ex senecta mentem, et ex continuo abscessu exilium. Imminutæ mentis ob senium, dici potuit Tiberius, quemadmodum et exul ob continuam absentiam.

[b] *Patientiam libertatis*] Teste Sueton. Tib. 28. Initio imperii 'adversus convicia malosque rumores, et famosa de se ac suis carmina firmus ac patiens, subinde jactabat, in civitate libera linguam mentemque liberas esse debere, &c. Extat et sermo ejus in senatu percivilis: Si quidem locutus aliter fuerit, dabo operam, ut rationem factorum meorum dictorumque reddam: si perseveraverit invicem eum odero.' Sed ut tempora, ita et animo varius Tiberius, initio metuens et modestus, mox mutavit in deterius.

[c] *Vulgari malebat*] Sic et Suet. Tib. 66. 'Urebant insuper anxiam mentem varia undique convicia, nullo non damnatorum omne probri genus coram, vel per libellos in orchestra positos, ingerente. Quibus quidem diversissime afficiebatur: modo, ut præ pudore ignota et celata cuncta cuperet: nonnunquam eadem contemneret, et proferret ultro, atque vulgaret.'

[d] *Trebellieni Rufi*] Illius, qui prætura functus, tutor a Senatu liberis

exitus. Nam Trebellienus sua manu cecidit; Paconianus in carcere, ob carmina illic in Principem factitata,[e] strangulatus est. Hæc Tiberius non mari, ut olim, divisus, neque per longinquos nuntios accipiebat, sed urbem juxta;[f] eodem ut die, vel noctis[g] interjectu, literis Consulum rescriberet: quasi aspiciens undantem per domos sanguinem, aut manus carnificum. Fine anni Poppæus Sabinus concessit vita,[h] modicus originis, Principum amicitia Consulatum ac triumphale decus adeptus: maximisque provinciis[i] per quatuor

Trebellienus sua se manu confecit; Paconiano in custodia publica, ob versus illic in Cæsarem compositos, laqueo fauces elisæ sunt. Ea Tiberius non pelago, ut quondam, separatus ab urbe, *neque per advenientes procul tabellarios audiebat, sed prope civitatem;* ita *ut eodem die, vel una nocte interposita, epistolis consulum responderet: velut intuens oculis* suis *fluctuantes cruore domos, aut violentiam tortorum. Exeunte anno Poppæus Sabinus mortem obiit, is non admodum clara stirpe, tamen gratia imperitantium consularem triumphalemque honorem assecutus est, amplissi-*

NOTÆ

Cotyis Thraciæ regis datus fuit l. II. supra. *Lipsius.*

[e] *Ob carmina illic in Principem factitata*] Video esse, qui transponant, *ob carmina in principem factitata, illic strangulatus est.* Quasi carmina extra carcerem facta. Fallunt, fallunturque.

Ante triennium enim hic Paconianus in carcere fuit, et quia indicium professus erat, retentus, donec carmina exitium illi maturavere. Lege initium libri hujus. *Lipsius.*

[f] *Urbem juxta*] Tusculi, aut in Albano. Dio.

[g] *Vel noctis*] Vel intra ejusdem diei, vel intra unius noctis spatium.

[h] *Concessit vita*] Miti obitu, et suo fato obiit Poppæus. Sic et Dio: 'Miti obitu defunctus est, priusquam ullius criminis accusaretur.'

Quod notat, quia raro id hisce temporibus, præsertim homini consulari et triumphali contigit. Sed ratio in promtu apud Tac. 'Nullam ob eximiam artem,' &c. Propterea neglectus est, et vixit. Nec capiendus Dio, quasi post ea Sabinus crimen habuerit, aut accusatus sit. Id est, obiit illacessitus et intentatus delatoribus, quod rarum illo ævo et in viro triumphali. Hæc est mens Dionis.

[i] *Maximisque provinciis*] Intelligit præcipue Mœsiam, Macedoniam et Achaiam, quas rexit Sabinus, sed intelligi etiam possunt aliæ provinciæ minores, et demandata illi bella, præcipue adversus Thraces, quibus domitis, *insignia triumphalia* obtinuit.

Nec opus, ut Tacitus omnes provincias memoret, quibus initio impositus est Poppæus, forte etiam tum imperante Augusto. Sensim aucta illius fama auctoritasque, nec prodidisse de illo pretium fuit, nisi cum altius evectus est, et præsertim cum inter triumphales et consulares numerari cœpit.

Potuitque sic Sabinus maxima munia gerere per quatuor et viginti annos. Congruitque Dio, qui dicit toto Tiberii principatu floruisse; at imperavit Tiberius fere tantundem temporis.

et viginti annos[j] impositus; nullam ob eximiam artem, sed quod par negotiis, neque supra erat.

40. Q.[1] Plautius, Sex. Papinius Coss. sequuntur. Eo anno, * neque quod L. Aruseius[k] morte affecti forent, assuetudine malorum, ut atrox, advertebatur, sed exterruit, quod Vibulenus[2] Agrippa, Eques Romanus, cum perorassent accusatores, in ipsa curia depromtum sinu venenum[l] hausit; prolapsusque ac moribundus, festinatis lictorum manibus in carcerem raptus est, faucesque[m] jam exanimis laqueo vex-

misque provinciis præfuerat per quatuor et viginti annos, nullam ob insignem industriam; sed quia neque infra, neque supra munia sibi demandata erat.

Q. Plautius, Sex. Papinius consulatum adepti erant. Eo anno, *neque quod iste vel iste, *neque quod L. Aruseius, necati forent, annotabatur tanquam quid immane ob crebras perpetuasque cædes: sed pavorem injecit, quod Vibulenus Agrippa eques Rom. cum eum accusassent delatores, in ipso senatu eductum sinu virus absorpsit; cadensque et fere expirans, properis viatorum manibus in custodiam detrusus*

1 In editionibus veteribus, *Quintius Plautius.*—2 Dioni, LVIII. p. 634. Ὀυΐουϊλλιος Ἀγρίππας, forte pro Οὐϊβουλῆνος. *Brotier.*

NOTÆ

[j] *Per quatuor et viginti annos*] At Tiberius tres et viginti tantum annos imperavit. Præterea his ipsis provinciis Pomponius Labeo, sub Tiberio, octo annos præfuerat, ut paulo ante in hoc libro vidimus. Quare de hoc loco amplius deliberandum censeo. Dio ait toto prope Tiberii principatu. *Muret.* Intelligit Tac. non tantum rexisse illum Mœsiam et Achaiam aut Macedoniam, sed et alias provincias maximas.

[k] *Neque quod L. Aruseius*] Suspicabar: *Neque quod L. Aruseii morte affecti forent, ass. m. ut atrox advertebat.* Particulam, *neque,* tolero. Videtur enim compendium in sermone, significans: *non dico alia, sed neque.*

Lucios autem *Aruseios*, intelligo patrem una cum filio. Idque erat exemplum non inter vulgaria ponendum, et quod invidiam conflare posset. *Lipsius.*

Hic damnatorum aliquot desunt nomina: sic scripsisse capio. Neque quod talis et talis civis (quorum nomina hic adscripserat) *neque quod L. Aruseius, morte affecti forent,* &c. *advertebatur.*

Advertebat est, convertebat in se, ac movebat hominum oculos, et linguas, aut saltem arcanas iracundias. Ut l. II. ' Octo aquilæ, petere sylvas, et intrare visæ, advertere imperatorem.' Et sic belle eadem vox, eadem inclinatione ad utrumque verbum subauditur. *Advertebat* homines, ut *exterruit* homines. *Gronov.*

[l] *Depromtum sinu venenum*] Ita depromsit sinu, ut clam hauriret, neque animadversum est, exitium sumsisse, nisi cum prolapsus ac moribundus palam conspectus est.

[m] *Faucesque*] Sueton. Tib. 61. ' Citati ad causam dicendam, partim se domi vulneraverunt, certi damnationis, et ad vexationem ignominiamque vitandam: partim in media curia venenum hauserunt, et tamen colligatis vulneribus, ac semianimes palpitan-

atæ. Ne Tigranes[n] quidem, Armenia quondam potitus, ac tunc reus, nomine Regio supplicia civium[o] effugit. At C.

est, gulaque jam exsanguis hominis *fune carnificis excruciata est. Ne Tigranes quidem, qui Armeniæ olim imperarat, ac tum in crimine, titulo regio civium pœnas*

NOTÆ

tesque in carcerem rapti. Nemo punitorum non et in Gemonias abjectus uncoque tractus.'

[n] *Tigranes*] Mirum est quod de illo sileat Suetonius, cum alios Reges a Tiberio afflictos memorat, Tib. 37. Maroboduum, Thrascypolim, Archelaum Cappadocem, &c.

Unde inferre audeo, Tigranem illum,quicumque sit, non esse evocatum a Tiberio, nec ejus jussu vectum Romam, sed jam olim fuisse perductum, jussu ipsius Augusti, et sic servatum diu. Unde et inferre licet, esse eundem ipsum, qui a Caio olim ejectus Armenia, nempe Glaphyræ filium ipsum. Alioqui meminisset Suetonius illius, inter alios reges delusos Tiberii artibus.

Tigranes] Quisnam fuerit ille Tigranes, qui quondam Armenia potitus sit, non satis compertum. In indice Lipsii ad Tacitum, idem ille Tigranes esse fertur, qui nunc punitur Romæ, cum illo Tigrane, qui sub Augusto Armeniam invaserat, et a Caio Cæsare Augusti filio ejectus erat.

At id falsum esse colligunt ex Josepho qui l. XVIII. Antiq. cap. 7. sic tradit: ' Alexander Herodis regis filius, qui a patre necatus est, Alexandrum et Tigranem filios suscepit e Glaphyra Archelai, Cappadocum regis, filia. Ex his Tigranes apud Armenios regnans, cum apud Romanos accusatus esset, sine liberis obiit.'

Itaque iste potius Tigranes fuerit de quo hic Tac. nempe Alexandri et Glaphyræ filius, tanto magis quod ille accusatus est Romæ et periit, teste Josepho.

Attamen iste Tigranes Glaphyra genitus junior tum fuit ex eodem Josepho l. XVII. c. 1. nempe anno 752: quo ille Tigranes ex Artavasdis stirpe ortus Armeniam invaserat, et a Caio ejectus erat. Sic fere *Henricus Noris*, vir doctissimus, in Cenotaphiis Lucii et Caii Cæsarum Pisanis nuper Venetiæ editis.

Sed videtur posse inferri ex verbis Taciti, Tigranem de quo hic, non fuisse reum præcise; quia obtinuisset Armeniam, sed alia causa. Quod cadit in alium Tigranem ab illo, qui olim ejectus a Caio Cæs.; nam ille reus quod occupasset regnum, non consulto Augusto. Igitur iste reus factus sub Tiberio fuerit.

Rem tamen incertam reddit Sueton. cum enumerat omnes reges dolo et artibus Tiberii subversos, nulla mentione facta Tigranis illius; nisi forte et ille Tigranes, de quo hic, Romam vectus fit, jam ante principatum Tiberii, et inter custodias Cæsaris diu habitus, et forte in ipsa urbe, aliquo novo crimine accusatus, tandem civium supplicio perierit.

[o] *Supplicia civium*] Perpetuo opponit Tacitus *regium* dominatum, conditioni seu sorti *civili:* nam *cives* æquo jure gaudere, pariter legibus subjecti, et pari omnes jure esse debent, nec unus supra alterum effertur.

At *regium* fastigium supra leges, supra magistratus, supra mortales omnes eminet, nec parem tolerat: *dominus* est, vel magis leni civilique nomine *princeps*, non *civis* proprie, nisi modestia et amore. Princeps in ordinem cogit *cives*, nemo illum.

Galba,[p] Consularis, et duo Blæsi[3][q] voluntario exitu cecidere: Galba, tristibus Cæsaris literis provinciam sortiri, prohibitus; Blæsis sacerdotia, integra eorum domo destinata, convulsa distulerat: tunc, ut vacua,[r] contulit in alios: quod signum mortis intellexere; et executi sunt. Et Æmilia[s] Lepida, quam juveni Druso nuptam retuli,[t] crebris criminibus maritum insecuta, quanquam intestabilis,[u] tamen

vitare potuit. At C. Galba consularis, et duo Blæsii, spontanea morte interiere: Galba, morosa trucique Tiberii epistola, sorte obtinere provinciam vetitus; sacerdotii dignitates, quas promiserat Blæsiis, stante et illæsa eorum familia, dein, concussa ipsa, prolataverat: tunc ut inani domo, in alios transtulit; quod indicium exitii acceperunt et executi sunt. Et Æmilia Lepida, quam juveni Druso datam uxorem memoravi, et quæ multis repetitisque criminationibus virum insectata fuerat, *licet*

3 Veteres editiones, *duo Blæsii.* At cum mox in Ms. Flor. *Blæsis* legatur, et hæc ad Junii Blæsi domum referenda videantur, merito Ryckius et recentiores emendavere, *duo Blæsi.* Idem.

NOTÆ

[p] *C. Galba*] De quo Sueton. 4. ' Pater consulatu functus, &c. ex Achaica liberos Caium et Servium procreavit. Quorum major Caius attritis facultatibus, urbe cessit: prohibitusque a Tiberio sortiri anno suo proconsulatum (Asiæ vel Africæ) voluntaria morte obiit.' Frater hic Servii Galbæ, qui mox imperavit.

[q] *Duo Blæsi*] Sic scripserim pro vulgato *duo Blæsii* quos, ex eo, quod de convulsa eorum domo subjicit, credam fuisse filios Blæsi triumphalis, et qui Sejani avunculus fuit: cujusque tangit exitum sup. v. 7. *Freinshemius.*

Sic lego, et mox *Blæsis.* Nam haud dubie subversa est illorum domus cum Sejano, cujus exitium simul et Blæsos traxit. Puto, hi filii erant Blæsi consularis, et insignia triumphalia adepti in Africa; qui avunculus Sejani, et haud dubie illi sociati cum Sejano consilii participes, saltem in patre, vel quopiam alio propinquo.

[r] *Tunc, ut vacua*] Tò *vacua* possit referri ad domum, vel ad sacerdotia. Itaque integra domo Blæsorum, destinaverat ipsis Tiberius sacerdotia, quæ dein, convulsa illa, distulerat, dein vacua domo, in alios contulerat. Vel sacerdotia illa, quasi vacarent, et nullius essent, contulit in alios. Rectius tamen id de *vacua* domo intellexeris: nam hæc *integra, convulsa,* et *vacua* opponit invicem.

[s] *Æmilia*] Juven. 6. ' Credis amorem, Tu tibi tunc, curruca, places, fletumque labellis Exsorbes; quæ scripta, et quot lecture tabellas, Si tibi Zelotypæ retegantur scrinia mœchæ?'

Æmilia Lepida] Attamen, teste Sueton. Othone 2. sororem Othonis, qui mox princeps, desponderat Drusus. De patre Othonis, ' tulit et filiam, quam nondum nubilem Druso Germanici filio despondit.' Sponsam eam forte, non uxorem habuit et satius existimavit Tiberius, ut Drusus duceret uxorem jam affinem sibi ex Lepidorum familia. Julia neptis Augusti in hanc domum denupserat.

[t] *Retuli*] In libris qui perierunt.

[u] *Intestabilis*] Ἄτιμος, infamis. V. c. 51.

impunita agebat, dum superfuit pater Lepidus; post a delatoribus corripitur ob servum adulterum: nec dubitabatur de flagitio: ergo, omissa defensione, finem vitæ sibi posuit.

41. Per idem tempus Clitarum natio,[v] Cappadoci[1] Archelao subjecta,[x] quia nostrum in modum deferre census, pati tributa[y] adigebatur, in juga Tauri[z] montis abscessit: loco-

detestabilis, tamen impune agitabat, dum vixit parens Lepidus; dein eam invadunt accusatores ob adulterium cum servo, nec ambigebatur de scelere. Itaque deserto vadimonio, sibi mortem ipsa conscivit.

Eadem tempestate Clitarum gens, subdita Cappadoci Archelao, quia cogebatur pendere tributa et solvere vectigalia nostro more, in verticem Tauri montis se recepit;

1 Perperam Beroaldus aliique veteres, *Citarum natio Cappadociæ Archelao.* In Ms. Flor. *Cappadoci.* Recte quoque Lipsius et recentiores emendavere, *Clitarum,* ex Annal. XII. 55. Infeliciter vero corrigebat eruditus Norisius cenotaph. Pis. Dissert. II. 10. p. 309. *Calitarum.* Brotier.

NOTÆ

[v] *Clitarum natio*] Iidem *Clitæ* Cilices, non Cappadoces dicuntur ab eodem Tacito l. XII. 'Nec multo post agrestium Cilicum nationes, quibus Clitarum cognomentum est.' Ideo hic legerim: *Clitarum natio Cappadoci Archelao subjecta.*

Nam Cilicia cognomento Trachea proprios reges habuit usque ad tempora Vespasiani. Cave enim de Archelao acceperis Cappadocum rege, qui pridem mortuus, et cujus regnum in provinciam redactum.

Nescio tamen an hic Archelaus ejus filius fuerit: ideo Cappadox dictus. Postea a Pichena monitum, in scripto sic etiam esse. *Lipsius.*

Clitarum] Forsan *Cetis,* tractus vel regio minor Ciliciæ provinciæ, prope Taurum montem et Cappadociam provinciam; in Asia minore, ex Ptolemæo l. v. c. 8. *Tillemon.* Duplex Cilicia, *Aspera* et *Campestris.* Asperæ pars erant *Clitæ;* hinc *agrestes* dicti.

[x] *Archelao subjecta*] Filio ejus Archelai, qui Rex Cappadocum evocatus Romam literis Tiberii, ibi mortuus erat, C. Cæcilio, L. Pomponio Coss. ut vidimus l. II. Ejus regnum in formam provinciæ redactum erat Tiberio Cæsare III. Germanico II. Coss. *Muretus.*

[y] *Tributa*] Asconius tria pensitationum genera apud antiquos fuisse dicit, *canonem, oblationem, indictionem;* ut sit hodie *Canon,* quod *domanium* dicitur, ut portoria, vectigalia, et hujusmodi. *Oblatio,* quæ *auxilia* nunc dicimus, ut octava vini heminatim divenditi, et vicesima ejus, quod cuppatim culeatimque venit, reliquarumque mercium; quæque a solidariis negotiatoribus venduntur, quos *grossarios* appellant; quæque a minutariis et venditatoribus, qui et *propolæ* dicuntur, hoc est, non sua vendentes, sed a negotiatoribus emtitata pluris postea venditantes. *Indictio* est quam *taleam* vocant; antiqui *collationem* vocabant. *Budæus.*

[z] *Tauri*] Taurus, mons Asiæ maximus, a Lycia, ubi incipit ad occidentem, usque ad extremos Seres in orientem provectus, sed varia, pro

rumque ingenio sese contra imbelles Regis copias tutabatur: donec M. Trebellius, Legatus, a Vitellio, Præside Syriæ,[a] cum quatuor millibus legionariorum et delectis auxiliis missus, duos colles, quos barbari insederant (minori *Cadra*, alteri *Davara* nomen est), operibus circumdedit; et erumpere ausos ferro, ceteros siti, ad deditionem coëgit. At Tiridates, volentibus Parthis, Nicephorium[b] et Anthemusiada,[c] ceterasque urbes, quæ Macedonibus sitæ Græca vocabula usurpant, Halumque et Artemitam,[d] Parthica oppida, recepit, certantibus gaudio, qui Artabanum, Scythas[e] inter eductum, ob sævitiam execrati, come Tiridatis ingenium, Romanas per artes, sperabant.

42. Plurimum adulationis Seleucenses[f] induere, civitas

et locorum natura sese defendebat adversus exercitum Regis parum firmum; donec M. Trebellius legatus, missus a Vitellio rectore Syriæ, cum quatuor millibus legionariorum et validissimis sociorum, laboribus cinxit duo juga montium, quæ barbari occuparant (inferius Cadra, alterum Davara vocatur), et prorumpere ausos, armis, alios aquæ penuria, ad se fidei Rom. permittendum compulit. At Tiridates, sponte Parthorum, recuperavit *Nicephorium et Anthemusiada, ceteraque oppida, quæ a Macedonibus structa, Græca nomina retinent; Halumque etiam et Artemitam, Parthicas urbes, recepit, præ lætitia contendentibus, qui ob immanitatem detestati Artabanum, inter Scythas enutritum, pollicebantur sibi mitem Tiridatis indolem, ob Romanos mores, quibus erat institutus.*

Multum assentationis usurpavere Seleucenses, urbs opulenta, cincta mœnibus, neque

NOTÆ

locorum diversitate, nomina assumens. In Cilicia, et quibusdam aliis Asiæ minoris regionibus, proprie *Taurus* vocatur, et apud Europæos hodie dicitur *Taur.* Est in parte meridionali Natoliæ regionis, sub Turcico imperio Asiatico. Qui plura desiderat, videat diction. Geogr. Ortelii et Ferrarii. *Tillemon.*

[a] *Syriæ*] Vide notas supra cap. 31.

[b] *Nicephorium*] Vel Nicephorion, urbs Tingines tractus, in Mesopotamia provincia, et ad Euphratem fluvium: hodie *Rika* vel *Raga*, aut prope urbs est præfecturæ *Rikæ*, in regione *Diarbeck*, sub Turcico imperio Asiatico. *Tillemon.*

[c] *Anthemusiada*] Anthemus, urbs Anthemusiæ tractus, in Mesopotamia provincia, circa Euphratem fluvium: ex tabula Sansonis, et Carta ph. La Rue. *Tillemon.*

[d] *Artemitam*] Artemita, urbs Apolloniates tractus, in Assyria provincia: hodie forsan *Arzcem* seu *Araseng*, villa aut burgus provinciæ *Erak Atzem*, in regno Persiæ: ex Chartis Sansonis. *Tillemon.*

[e] *Scythas*] Vide notas supra cap. 36.

[f] *Seleucenses*] Seleucia, urbs Achaaritidis tractus in Mesopotamia provincia, et ad Tigrim fluvium. Hodie *Enbar*, villa aut burgus præfecturæ *Bagdet*, et provinciæ *Diarbeck* ad meridiem, sub Turcico imperio Asiatico. *Tillemon.*

potens, septa muris, neque in barbarum[g] corrupta, sed conditoris Seleuci retinens.[h] Trecenti, opibus aut sapientia delecti, ut Senatus: sua populo vis: et, quoties concordes agunt, spernitur Parthus; ubi dissensere, dum sibi quisque contra æmulos subsidium vocant, accitus in partem, adversum omnes valescit. Id nuper acciderat, Artabano regnante, qui plebem primoribus tradidit ex suo usu: nam populi imperium juxta libertatem; paucorum dominatio[i] Regiæ libidini propior est. Tum adventantem Tiridaten extollunt veterum Regum honoribus, et quos recens ætas largius invenit: simul probra in Artabanum fundebant, 'materna[1] origine Arsacidem,[j] cetera degenerem.' Tiridates

in mores extraneos labefacta, sed fundatoris Seleuci memor. Trecenti divitiis aut prudentia asciti, instar senatus: sua multitudini auctoritas, et quoties inter se consentiunt, temnitur Parthus; ubi discordes agitant, dum sibi singuli adversus infensos opem implorant, vocatus adversus factionem alteram, in universos præpollet. Id novissime contigerat, Artabano imperante, qui populum proceribus permisit e re sua: quippe dominatio plebis ad libertatem prope accedit; *paucorum potentia regiæ voluntati libitoque similior est. Tum advenientem Tiridatem celebrant ornantque, et priscorum principum honoribus, et* his *quos nupera ætas effusius reperit: simul et contumeliis Artabanum insectabantur,* materno genere Arsacidem, cetera igno-

1 Assentior Freinshemio *paterna* reponendum censenti pro *materna*. Primo, quia II. 3. *Arsacidarum e sanguine* dicitur. Secundo quia oppositio non satis constat, quod fuerit per matrem ex gente *Arsacidarum*, sed degener. Tertio quia matres apud Parthos neque dabant neque auferebant nobilitatem, ut patet in Vologese ex pellice Græca nato XII. 44. Quarto quia nemo apud Parthos assumebatur in regnum, nisi *Arsacides*, per patrem, VI. 31. *Ryckius.*

NOTÆ

[g] *Neque in barbarum*] Licet vicina barbaris civitas, tamen neque mores, neque linguam, aut ritus illorum induit.

[h] *Conditoris Seleuci retinens*] Seleuci Nicatoris. Prius vocabatur *Olbia* et *Hyria*. Muret.

[i] *Paucorum dominatio*] Oligarchiam Græci vocant.

[j] *Materna origine Arsacidem*] Potius crediderim esse legendum, *paterna origine*. Vix enim est, ut alium regnare passuri fuerint Parthi; at de materni generis inæqualitate, nihil sane apud eos novum. Notatur eo modo etiam Vologeses a nostro: inf. XII. 44. 'Materna origine, ex pellice Græca ortus.'

Fuit ergo Artabanus Arsacides familia, hoc est, *paterno genere*. Certe et descendentes ejus Arsacidæ vocantur XII. 10. XII. 14. Sed quod dixi Parthos non fuisse toleraturos cujusquam imperium, nisi Arsacidæ, tangit noster VI. 31. ubi dicit Roma petivisse regem, 'quia neminem nisi gentis Arsacidarum summæ rei imponere poterant;' et mox addit, opus esse ad movendos nempe Parthorum animos, 'ut genus Arsacis ripam apud Euphratis cerneretur.'

Strabo quoque confirmat l. XVI.

rem Seleucensem populo permittit. Mox, consultans, 'quonam die solennia Regni capesseret,' literas Phrahatis et Hieronis, qui validissimas præfecturas obtinebant, accipit, 'brevem moram' precantium. Placitumque, 'opperiri viros præpollentes:' atque interim Ctesiphon, sedes imperii,[k] petita: sed, ubi diem ex die prolatabant, multis coram et approbantibus, Surena, patrio more,[l] Tiridaten insigni Regio evinxit.

bilem. *Tiridates Remp. Seleucensem plebi tradit. Exin deliberanti,* quonam die inauguratus insignia regni indueret, *afferuntur epistolæ Phrahatis et Hieronis, qui amplissimas Satrapias regebant;* breve tempus *postulabant ipsi. Et placuit* expectare viros potentissimos: *atque interim Ctesiphontem arcem dominationis se confert: sed postquam diem ex die trahebant, coram plurimis et assentientibus, Surena Parthico ritu Tiridatem regio diademate redimivit.*

NOTÆ

dum asserit Phraatem suæ securitatis causa, et ut noster ait, 'fidei popularium diffisum,' filios suos obsides Augusto tradidisse: quod intelligeret, his amotis, neminem sibi esse metuendum; quia Parthi Arsacidarum ita amantes essent, ut alios reges nollent.

Non autem satis sibi cavisset, filiis amotis, si pro Arsacidis, et propterea regni capacibus, habuissent etiam eos, qui domum istam materno genere contingerent: facile enim intellectu est, eorum tum plurimos in regno remansisse.

Materna origine] Vel id dictum per contemtum et falso, ut alia multa jactantur in principes invisos; quamvis revera esset ille, et paterna et materna origine Arsacides.

Vel forte etiam imperio Parthorum succedebant materno genere Arsacidæ; ne nempe deficeret gens summo fastigio destinata, ita tamen ut isti longe nobilitate impares censerentur.

[k] *Ctesiphon, sedes imperii*] Ut Herodianus ait: 'Ibi erat regia Parthorum.' Ea urbs, sive pagus potius, vicinus Seleuciæ. Strabo: 'Prope est vicus magnus qui vocatur Ctesiphon; ibi hyemem agebant Parthorum reges.' Plinius: 'Ctesiphontem juxta tertium ab ea lapidem in Chalonitide condidere Parthi.' Et conditorem ejus Vardanem regem facit Amm. l. XXIII.

Solinus 60. 'in æmulationem urbis hujus (Babylonis nempe) Ctesiphontem Parthi condiderunt.'

Ctesiphon] Urbs Chalonitidis tractus, in Assyria provincia, et ad Tigrim fluvium. Hodie *Bagdet*, urbs præfecturæ cognominis, in *Diarbeck* provincia imperii Turcici Asiatici. *Tillemonius.*

[l] *Surena, patrio more*] Surenas Parthorum esse magistratus magnæ dignitatis nemo ambigit; quippe qui a rege proximum locum tenerent. Ammianus l. XXIV. 'Surena post regem promeritæ dignitatis.' Et alibi vocat 'dignitatis secundæ post regem.'

Et a Surena caput Crassi ad Orodem Parthorum regem transmissum est, quem Strabo vocat imperatorem Parthorum. *Aurelius.*

Surena] Qui forte nomen officii, quod tamen certæ familiæ annexum fuit, aut certe hæreditarium, forte sic concedente rege. De eo sic Appianus:

'Neque Surena ex vulgo popula-

43. Ac, si statim interiora ceterasque nationes petivisset, oppressa cunctantium dubitatio,[1] et omnes in unum cedebant: assidendo castellum, in quod pecuniam et pellices Artabanus contulerat, dedit spatium exuendi pacta. Nam Phrahates et Hiero, et, si qui alii delectum capiendo diademati diem haud[2] concelebraverant, pars metu, quidam invidia in Abdagesen, qui tum aula et novo Rege potiebatur, ad Artabanum vertere. Isque in Hyrcanis[m] repertus est, illuvie obsitus,[n] et alimenta arcu expediens: ac primo, tanquam dolus pararetur, territus; ubi data fides, 'reddendæ dominationi venisse,' allevatur animum, et, 'quæ repentina mutatio?' exquirit. Tum Hiero 'pueritiam Tiridatis' increpat; 'neque penes Arsacidem imperium, sed inane nomen apud imbellem externa mollitia, vim in Abdagesis domo.'

Et, si confestim ad interiora regni *aliasque gentes pervasisset, dubitantium cunctatio occupata foret, et cuncti in unum concedebant: at obsidendo arcem, in quam Artabanus clauserat gazam et concubinas, præbuit tempus deserendæ fidei. Quippe Phrahates, et Hiero, et ceteri qui ad constitutum solemnibus regni capessendis diem haud interfuerant, alii formidine, nonnulli æmulatione in Abdagesem, qui tum aulam, et novum regem in sua potestate habuit, ad Artabanum flectere* cœperunt. *Isque apud Hyrcanos inventus est, pædore et squallore deformis, victumque venatu quærens: atque initio, veluti fraus strueretur, metu perculsus est: at postquam data dextra testati sunt,* restituendo imperio adventasse se, *spe erigitur, et percunctatur,* quæ subita vicissitudo? *Tum Hiero* juvenilem ætatem Tiridatis *incusat;* neque in potestate Arsacidis regnum esse, sed vanam *imperii* speciem esse penes imbellem extranea ignavia; *reipsa* potentiam haberi in Abdagesis familia.

1 Mallet Freinshemius, *oppressa cunctantium dubitatione, omnes in unum cedebant.* Eleganter quidem. Nihil tamen mutaverim: nec displicet vulgata scriptura. *Brotier.*—2 Ms. Flor. et veteres editiones corrupte, *haci concelebraverant.* Bene Pichena, *haud.* Rhenanus, *non.* Idem.

NOTÆ

rium; sed opibus, genere et gloria secundus erat a rege, magnanimitate vero et juventa inter Parthos sui temporis facile princeps, et præterea magnitudine et specie corporis supra omnes excellebat. Non equitabat, nisi magno paratu: mille camelis sarcinæ ferebantur, ducentis rhedis vectæ concubinæ. Stipabant illum mille equites cataphracti et longe plures expediti ac leves: habebat secum universorum equitum, procerum, aut servorum decem millia, vel amplius. Et jam olim, id decus avitum habuit, ut Parthorum regi designato primus diadema imponeret.'

[m] *Hyrcanis*] Vide notas supra c. 36.

[n] *Illuvie obsitus, &c.*] Ut Philoctetes apud poëtam: 'Configens tardus celeres, stans volantes.'

44. Sensit vetus regnandi, falsos in amore,[o] odia non fingere: nec ultra moratus, quam dum Scytharum auxilia conciret, pergit properus, et præveniens inimicorum astus, amicorum pœnitentiam: neque exuerat pædorem, ut vulgum miseratione adverteret: non fraus, non preces, nihil omissum, quo ambiguos illiceret, promti firmarentur. Jamque multa manu propinqua Seleuciæ adventabat; cum Tiridates, simul fama, atque ipso Artabano[p] perculsus,[1] distrahi consiliis, iret contra, an bellum cunctatione tractaret. Quibus prælium et festinati casus placebant, 'disjectos et longinquitate itineris fessos, ne animo quidem satis ad obsequium coaluisse,' disserunt, 'proditores nuper hostesque ejus, quem rursum foveant.' Verum Abdageses, 'regrediendum in Mesopotamiam,' censebat, 'ut amne objecto, Armeniis interim Elymæisque[q] et ceteris a tergo excitis, aucti copiis socialibus, et quas Dux Romanus[r] misisset,

Intellexit antiquus suetusque imperandi, fallaces subdolosque in amicitia, offensiones non dissimulare: nec ultra cunctatus, quam dum Scytharum copias contraheret, incedit festinans, et prævertens fraudes infensorum, fautorumque mutationem: neque oris illuviem posuerat, ut plebem misericordia in se converteret. Non artes, non preces, nihil relictum, quo dubitantes conciliaret, aut quo proni stabilirentur. Jamque valido agmine, propinquis Seleuciæ locis *imminebat; cum Tiridates, simul fama, atque ipso Artabano exterritus, diversis æstuare sententiis, an obviam iret, an nectendo moras, bellum traheret. Quibus pugna et properi casus arridebant, monent* inconditos, et immenso itinere lassos hostes, ne mente quidem ad fidem et obedientiam adhuc satis inter se consentire, desertores nuper et inimicos ejus, quem iterum tueantur. *Sed Abdageses* revertendum esse in Mesopotamiam *sentiebat*, ut flumine Euphrate opposito, et interim evocatis Armeniis, Elymæisque, et aliis a tergo *populis*, firmati auxiliis sociorum, et

1 Optime emendavit Rhenanus. Corrupte Ms. Flor. et editiones veteres,

NOTÆ

[o] *Falsos in amore*] Subdolos et fallaces, qui simulare amorem possent erga ipsum, vel indefinite in quemcumque, nescire *fingere odia:* et certe facilius est fingere amorem, quam odia tegere.

[p] *Atque ipso Artabano*] Fama Artabani, ipsoque Artabano exterritus, non præsente; sed quasi statim præsens afforet, ingrueretque.

[q] *Elymæis*] Elymæi, qui et forsan Eldimæi, populi quorum regio *Elymais* appellatur; pars est Susianæ provinciæ, seu regni, in Perside regione imperii Persarum, sive Parthorum. Hodie pars provinciæ *Chusistan* in regno Persiæ, et ad occidentem fluvii *Tiritiri*, vel *Corou*, et ad sinum Balsoram: ex Ptolem., Plinio, Chartisque Sansonis. *Tillemonius.*

[r] *Dux Romanus*] L. Vitellius, Syriæ præfectus.

fortunam tentarent.' Ea sententia valuit, quia plurima auctoritas penes Abdagesen, et Tiridates ignavus[2] ad pericula erat: sed fugæ specie discessum: ac, principio a gente Arabum[s] facto, ceteri domos abeunt, vel in castra Artabani: donec Tiridates,[t] cum paucis, in Syriam revectus,[u] pudore proditionis[v] omnes exsolvit.

45. Idem annus gravi igne urbem afficit, deusta parte Circi,[w] quæ Aventino contigua, ipsoque Aventino:[x] quod damnum Cæsar ad gloriam vertit,[y] exsolutis domuum et in-

milite, quem imperator Rom. misisset, discrimen auderent. *In eam sententiam itum est, quia præpollebat auctoritate Abdageses, et Tiridati parum audaciæ inerat ad pericula* capessenda : *sed instar fugæ hic receptus fuit ; et initio a natione Arabum orto, alii omnes ad patrios lares abscedunt, vel ad exercitum Artabani : donec Tiridates cum paucis in Syriam regressus, probro defectionis ac perfidiæ cunctos absolvit.*

Eodem anno violentus ignis in civitate desæviit, absumta flammis ea parte Circi, quæ Aventino proxima est, ipsoque Aventino. Quam cladem Tiberius in sui *decus*

percussus. Brotier.—2 Bene Ms. Flor. Pichena et recentiores. Male Beroaldus et veteres, *ignarus.* Idem.

NOTÆ

[s] *Arabum*] Arabia regio Asiæ ad Oceanum. Hodie apud Europæos nomen antiquum retinet; variis paret principibus. *Tillemonius.*

[t] *Tiridates*] In Syriam revectus, forte et Romam inter obsides; nam mox extincto Tiberio, fœdus iniit Artabanus cum Caio, motus virtute et reverentia patris ipsius Germanici; quem olim veneratus erat, ita ut et mortem illius summo desiderio lugeret Sueton. Calig. 5. 'Regum etiam regem Artabanum, et exercitatione venandi et convictu Megistanum abstinuisse.'

[u] *Revectus*] Anno Romæ conditæ 789. Christi 36. Vide notas c. 31. *Tillemonius.*

[v] *Pudore proditionis*] Pudore proditi et deserti Tiridatis, cui, ut regi, fide et sacramento obstricti erant.

[w] *Circi*] *Circus*, supple, *Maximus*, ædificium regionis cognominis, sive undecimæ, in parte quasi media Romæ antiquæ. Hodie *Cerchio Massimo*, ruinæ et horti regionis *Ripa*, in Roma hodierna, versus orientem et meridiem.

Vide Romam antic. Nardini VII. 2. et Theatrum civitat. Italiæ J. Blæv. tom. II. pag. 5. ubi reperies figuras utriusque Circi antiqui et hodierni. *Tillemonius.*

[x] *Aventino*] Aventinus mons antiquæ urbis Romæ in regione decima tertia, ab ipso dicta *Aventinus*, et in parte meridionali urbis, prope Tiberim fluvium. Hodie *Aventino*, vel mons *sanctæ Sabinæ*, regionis *Ripa*, in latere meridionali Romæ modernæ, et prope orientale littus fluvii *Tevere.* Tillemonius.

[y] *Ad gloriam vertit*] Quandoque tales clades, ut et judicia famosa, in gloriam suam vertebat princeps, si quando opes, aut veniam daret, præsertim in lege *majestatis.*

sularum pretiis. Millies sestertium[z] ea munificentia collocatum; tanto acceptius in vulgum, quanto modicus[a] privatis ædificationibus.[1] Ne publice quidem, nisi duo opera, struxit, templum Augusto,[b] et scenam Pompeiani[c] theatri; eaque perfecta, contemtu ambitionis, an per senectutem, haud dedicavit.[d] Sed æstimando cujusque[e] detrimento qua-

flexit, repensato domuum et insularum valore. Millies sestertium ea liberalitate impensum est, et *tanto lætius* id *in plebem* fuit, *quanto et parcus* ille *privatis constructionibus. Nam ne in publicum quidem nisi duo ædificia statuit, delubrum Augusto, et scenam theatri, quod olim struxerat Pompeius: eaque peracta, sive gloriæ spernens, sive propter senectam, non consecravit. Sed examinando singulo-*

1 Aliter distinguebat Freinshemius, *ædificationibus, ne publice,* &c.—2 Lo-

NOTÆ

[z] *Millies sestertium*] Sunt viciesquinquies centena millia Philippicum. Egregia munificentia, et quam mirum est Suetonio non dictam, aut neglectam esse.

Nam ubi ex proposito de hac re, Tiberii c. 48. 'Publice munificentiam bis omnino exhibuit, proposito millies HS. gratuito in triennii tempus; et rursus dominis insularum, quæ in monte Cælio deflagraverant, pretio restituto.'

Sed utraque hæc munificentia præivit et jam Tacito narrata est: hæc posterior et insignis Suetonium effugit. *Lipsius.* Millies sestertium sunt duo milliones, et insuper quingenta millia coronatorum, vel septem milliones, et quingenta millia librarum. Gall.

[a] *Modicus*] Sueton. Tib. 47. 'Princeps neque opera ulla magnifica fecit. Nam et quæ sola susceperat, Augusti templum, restitutionemque Pompeiani theatri, imperfecta post tot annos reliquit.'

[b] *Augusto*] Augusti templum fuit in monte Palatino, et in regione decima Romæ antiquæ: ex Roma ant. Nardini l. 6. c. 14. pag. 397. *Tillemonius.*

[c] *Pompeiani*] Pompeii theatrum fuit in octava regione Romæ antiquæ. Hodie palatium *Orsini* in Campo Floræ, et in regione *Regola* Romæ modernæ. Ex Roma ant. Nardini c. 3. l. VI. pag. 328. &c.

[d] *Dedicavit*] Templi consecratio ita fiebat, ut qui templum ædemve dedicaturus erat, postem tenens, accenso foculo, et advocato numine, cui templum ædesve sacraretur, se ex profano usu, et humano jure templum, cellam, mensas, arulas, quæque eo pertinent, eximere, eaque conceptis verbis ipsi numini (nominabat numen) divina humanaque omnia consecrare, dicareque affirmaret.

Sabina herba ad sacrum adhibita, sine qua templum ædemve, fana, aut sacella minime dicari putarunt posse. Fuitque constitutum, ut in dedicanda ara, vel simulacro, postem teneri non oporteret; in æde vero necessum foret, &c. Notatumque et illud consecrationis, verba rite concipi, ac pronuntiari oportere, ne syllaba, vel verbo caderent: quare Metellum pontificem ædem dedicaturum, cum balbus esset, multum laborasse ferunt, ut verbum, *opiferæ,* rite exprimere, et sine offensione posset, &c.

tuor progeneri Cæsaris, Cn. Domitius,[f] Cassius Longinus, M. Vinicius, Rubellius Blandus delecti, additusque nominatione Consulum P. Petronius. Et pro ingenio cujusque quæsiti decretique in Principem honores: quos omiserit[g] receperitve, in incerto fuit, ob propinquum vitæ finem. Neque enim multo post supremi Tiberio Consules, Cn. Acerronius, C. Pontius, Magistratum occepere; nimia jam potentia Macronis, qui gratiam C. Cæsaris, nunquam sibi neglectam, acrius in dies fovebat, impuleratque,[h] post mortem

rum damno præpositi sunt *quatuor progeneri principis; Cn. Domitius, Cassius Longinus, M. Vinicius, Rubellius Blandus; adjunctusque* his *electione consulum P. Petronius. Et pro solertia cujusque* patrum, *inventi statutique* sunt *honores in Cæsarem.* At *quos abnuerit, aut approbarit, in dubio fuit, ob proximum vitæ exitum. Nam paulo post ultimi Tiberio consules Cn. Acerronius, C. Pontius magistratum iniere, immodica jam auctoritate Macronis, qui amicitiam Caligulæ nusquam* alias *sibi spretam, impensius in dies colebat: et post obitum Claudiæ, quam Caio*

cum hunc immerito vexat Ernestus, quasi insititium esset, *immittendo*, vel emendandum, *instituerat*, pro *impulerant*. Nihil hic vitiosum arbitror. Sed

NOTÆ

Dedicavit] Encænia, ferias significant, quæ novo operi facto dicandoque consecratæ sunt; sic publice bibliothecæ *dedicabantur*, ædes sacræ, opera publica, etiam statuæ. Papinius de Equo Domitiani: 'Ceterum hos versus indulgentissimo imperatori, postero die, quam dedicarat opus, tradere jussus sum.' *Turnebus.*

Haud dedicavit] Dedicabantur opera publica, cum absoluta erant; theatra, etiam *pontes*, et alia ejusmodi: in *dicando* epulæ et ludi celebrabantur. Sueton. Vesp. 19. 'Ludis per quos scena Marcelliani theatri restituta dedicabatur, vetera quoque acroamata revocaverat,' id est tragœdos et citharædos.

[e] *Cujusque*] Nempe pro ingenio cujusque Patrum, in senatu nempe, nec pro ingenio tantum eorum, qui delecti fuerant æstimando detrimento.

[f] *Cn. Domitius*] Pater Neronis, qui postea imperavit, ex Agrippina Germanici filia. Sueton.

Cn. Domitius] Is duxit uxorem Agrippinam Germanico genitam, ex qua Neronem habuit, qui mox imperavit, Cassius Longinus Drusillam, M. Vinicius Juliam, seu Livillam. Hæ tres filiæ Germanici, et sorores Caii, qui mox princeps. Rubellius Blandus Juliam Drusi, qui Tiberio genitus, filiam duxit. Hæc autem Neroni vetustissimo liberorum Germanici nupta ante fuerat.

Hi dicuntur *progeneri* Tiberii, quia Germanicum adoptaverat, sicque simul pater et patruus illius fuit. Naturalis autem et verus pater Drusi fuit Tiberius. Et sic verus illius progener fuit Rubellius Blandus; alii per adoptionem.

[g] *Quos omiserit*] Quos honores acceperit, forte tradit Suetonius Claud. 11. 'Tiberio marmoreum arcum juxta Pompeii theatrum, decretum quidem olim a Senatu, verum omissum peregit.' Forte tamen id ei decreverant Patres, ob instauratam scenam theatri Pompeiani.

[h] *Impuleratque*] Uxorem suam En-

Claudiæ,[i] quam nuptam ei retuli, uxorem suam Enniam,[2 j] immittendo amore juvenem illicere, pactoque matrimonii vincire, nihil abnuentem, dum dominationis apisceretur. Nam, etsi commotus ingenio, simulationum tamen falsa in sinu avi[3] perdidicerat.

46. Gnarum hoc Principi, eoque[k] dubitavit de tradenda Rep. primum inter nepotes :[l] quorum Druso genitus,[m] san-

collocatam memoravi, incitarat *immiserat*que *conjugem suam Enniam*, ut *cupidine adolescentem irretiret, et pactione nuptiarum obstringeret, nihil recusantem, dummodo rerum potiretur. Quippe is tametsi natura ferox, tamen fingendi subdolas artes in aula Tiberii penitus hauserat.*

Compertum hoc Cæsari : ideoque deliberavit de imperio tribuendo, primum inter

Macro, *uxorem suam Enniam immittendo*, eam *impulerat amore juvenem illicere*. Brotier.—3 Eruditus Casaubonus ad Sueton. in Caio, x. frustra emendat, *aviæ*, ut ad Liviam referat. *Idem.*

NOTÆ

niam ; immiseratque, ut juvenem amore illiceret, &c.

[i] *Post mortem Claudiæ*] Juniæ Claudillæ, M. Silani viri nobilissimi filiæ. Suetonius, et Tacitus supra, hoc ipso libro.

[j] *Enniam*] Sueton. Calig. 12. 'Amissa Junia ex partu, Enniam Næviam Macronis uxorem, qui tum prætorianis cohortibus præerat, solicitavit ad stuprum, pollicitus et matrimonium suum, si potitus imperio fuisset : deque ea re et jurejurando et chirographo cavit. Per hanc insinuatus Macroni, veneno Tiberium aggressus est, ut quidam opinantur ; spirantique adhuc detrahi annulum, et quoniam suspicionem retinentis dabat, pulvinum jussit injici, atque etiam fauces manu sua oppressit : liberto, qui ob atrocitatem facinoris exclamaverat, confestim in crucem acto.'

Enniam] Eam vocat Dio l. LVIII. 'Enniam Thrasyllam :' sed unde nomen Græcum splendidæ fœminæ Romanæ, quæ et Cæsaris ambiret nuptias ? Puto fallitur, et nos fallit Græculus aut ejus exscriptor. Forte aliquod nomen ὑποκοριστικὸν ediderat, ut v. g. *Claudillam*, *Tertullam*, &c.

[k] *Eoque*] Ideoque dubitavit, seu deliberavit, an traderet illi Rempub. vel num potius suo nepoti Drusi filio Gemello, an vel ipsi Claudio : an vel etiam extra domum successorem sibi adoptaret.

[l] *Dubitavit de tradenda Rep. primum inter nepotes*] Quorum neutrum vere amabat ; et cum Caium maxime odisset Tiberius, eum eludebat Thrasyllus in fine ; quæ fuit causa exstruendi pontis ad Baianum sinum, teste Suet. Caligul. 19. 'Quod Thrasyllus Mathematicus anxio de successore Tiberio, et in verum nepotem proniori affirmasset, non magis Caium imperaturum, quam per Baianum sinum equis discursurum.'

Et certe plurimos alios et nepotes ipsos jam occidebat Tiberius, nisi jam fluxioris animi senem elusisset Thrasyllus.

Sueton. Tib. 62. 'Quod nisi eum

guine et caritate[n] propior, sed nondum pubertatem ingressus: Germanici filio robur juventæ,[o] vulgi studia;[p] eaque apud avum odii causa. Etiam de Claudio agitanti, quod is, composita[q] ætate, bonarum artium cupiens erat, imminuta mens ejus obstitit. Sin extra domum[r] successor quæreretur, ne memoria Augusti, ne nomen Cæsarum in ludibria et contumelias[1] verterent, metuebat: quippe illi non perinde[s] curæ gratia præsentium, quam in posteros ambitio. Mox

nepotes, quorum Drusi filius, stirpe et amore propinquior, sed nondum is *ætate adultus* fuit: *Germanici filio* Caio *flos ætatis, populi amor, eaque* ipsa *causa invidiæ apud Tiberium* erat. *Etiam cum de Claudio consultaret, quod is maturus annis, et optimarum artium studiosus esset, fluxum imbecillumque ingenium ejus obstabat. Sin extra familiam* imperii *hæres investigaretur, timebat, ne nomen Augusti, ne decus Cæsarum in contemtum et opprobrium verteret. Quippe is non perinde sollicitus* erat *de æstimatione et judicio præsentium, quam de gloria et ostentatione in*

1 Ita sæpe Tacitus et optimi scriptores, omisso *se*. Brotier.

NOTÆ

et mors prævenisset, et Thrasyllus consulto, ut aiunt, differre quædam spe longioris vitæ compulisset, plures aliquanto necaturus, ac ne reliquis quidem nepotibus parsurus creditur: cum et Caium suspectum haberet, et Tiberium, ut ex adulterio conceptum aspernaretur.'

[m] *Druso genitus*] Tiberius vocatus, qui unus ex Gemellis, quos uno partu genuerat Livilla, ex Druso Tiberii filio, aut forte potius ex adulterio Sejani.

[n] *Sanguine et caritate*] Oberat enim matris impudicitia. *Muretus.*

[o] *Robur juventæ*] C. Cæsar agebat annum vigesimum quintum, cum imperium accepit: explendo vigesimo quinto anno deerant quinque menses, et quatuor dies. Dio l. LIX. Natus erat pridie Kal. Septemb.

[p] *Vulgi studia*] Sueton. Calig. 13. 'Imperium adeptus populum Rom. vel, ut ita dicam, hominum genus, voti compotem fecit, exoptatissimus princeps maximæ parti provincialium ac militum, quod infantem plerique cognoverant: sed et universæ plebi urbanæ, ob memoriam Germanici patris, miserationemque prope afflictæ domus. Itaque ut a Miseno movit, &c. incessit super fausta nomina, sidus, et pullum, et pupum, et alumnum appellantium.'

[q] *Composita*] Maturus annis; quippe potuit tunc sex et quadraginta annorum ætatem attigisse. Certe 'quinquagesimo anno imperium accepit,' teste Suetonio.

[r] *Extra domum*] Plinius in Panegyr. 'An Senatum populumque Rom. exercitus, provincias, socios transmissurus uni, successorem ex sinu uxoris accipias, summæque potestatis hæredem tantum intra domum tuam quæras?'

[s] *Non perinde*] Non illi perinde amor Reipub. quam cura et ostentatio in posteros. Forte et comparatione deterrima deteriore, gloriam captabat Tiberius, per invidiam et scelus, quo nullum majus cogitari possit.

incertus animi, fesso corpore, consilium, cui impar erat, fato permisit; jactis tamen vocibus, per quas intelligeretur providus futurorum.[t] Namque Macroni, non abdita ambage, 'Occidentem ab eo deseri,[u] Orientem spectari' exprobravit. Et C. Cæsari, forte orto sermone, L. Syllam irridenti, 'omnia Syllæ vitia, et nullam ejusdem virtutem habiturum,' prædixit:[v] simul crebris cum lacrymis minorem ex nepotibus complexus, truci alterius vultu:[w] 'Occides hunc[x] tu,' inquit, 'et te alius.' Sed gravescente valetudine,

posteros. Dein pendens animi et ægro corpore, prudentiam cui non sufficiebat ipse, sorti et fortunæ reliquit; prolatis tamen verbis, per quæ agnosceretur futuri præscius. Quippe Macroni amota omni *ambiguitate objectarit,* Occidentem ab illo relinqui, Orientem aspici; *et Caligulam,* qui *forte inter colloquium derideret L. Syllam, præmonuit,* cuncta Syllæ flagitia, et nullam bonarum artium ipsius habiturum; *atque etiam sæpe fletibus indulgens, et minorem* natu *nepotem deosculatus, torvo alterius* nepotis *intuitu:* Interficies hunc tu, *ait,* et te alius. *At*

NOTÆ

[t] *Futurorum*] Futuri providus dixit Macroni, Orientem ab eo spectari, nempe præscius, licet ipse nihil tum decerneret de successione, futurum imperatorem Caligulam.

[u] *Occidentem ab eo deseri*] Gloria acuti dicti penes Pompeium, qui Syllæ abneganti triumphum confidenter dixit: 'Quod plures Solem orientem, quam occidentem adorarent. Significans suam crescere potentiam, illius vanescere et marcere.'

Fons dicti, ab eo quod plerisque populis religione receptum sit, salutare Solem orientem: ut alibi dicam. *Lipsius.*

Gloria dicti non in eo est præcise, quod id senserit aut dixerit Pompeius; sed quod id ausus sit dicere coram, tali dictatori, tantæque sævitiæ magistro. Nunc et Sol oriens salutatur musico concentu in præcipuis urbibus Persarum.

[v] *Prædixit*] Sueton. Calig. 11. 'Naturam tamen sævam atque probrosam ne tunc quidem (apud Capreas avi comes) inhibere poterat: quin et animadversionibus pœnisque ad supplicium datorum cupidissime interesset: et ganeas atque adulteria capillamento celatus et veste longa noctibus obiret: ac scenicas saltandi canendique artes studiosissime appeteret: facile id sane Tiberio patiente, si per has mansuefieri posset ferum ingenium. Quod sagacissimus senex ita prorsus perspexerat, ut aliquoties prædicaret, exitio suo omniumque Caium vivere: et se Natricem, (serpentis id genus) populo Rom. Phaëtontem orbi terrarum educare.'

[w] *Truci alterius vultu*] Truci semper et torvo vultu fuit Caius, sed tum magis fuit, aut esse visus est, cum avum filio blandientem cerneret, tanquam relicturus illi imperium esset; quare et renidens Tiberius, 'Occides hunc tu, inquit,' &c.

Vultu] Post ea princeps teste Sueton. Calig. 50. 'Vultu vero natura horridum ac tetrum etiam ex industria efferabat, componens ad speculum, in omnem terrorem ac formidinem.'

[x] *Occides hunc*] Cui vaticinio non defuit Caius. Sueton. Calig. 13. 'Fra-

nihil e libidinibus omittebat, in patientia[2] firmitudinem simulans;[y] solitusque eludere[z] medicorum[a] artes, atque eos,

deteriori in dies valetudine, nihil solitis voluptatibus temperabat, tolerandi velo robur assimulans; suetusque irridere medicorum scientiam, atque illos, qui ultra tri-

2 Mallet Muretus, *impatientia.* Melius Ernestus, *intemperantia:* idque innuit Suetonius in Tiber. 72. *Brotier.*

NOTÆ

trem Tiberium inopinantem, repente immisso Tribuno militum, interemit, &c. causatus quod ille antidotum oboluisset, quasi ad præcavenda venena sua sumtum; cum tamen Tiberius, propter assiduam et ingravescentem tussim, medicamento usus esset,' &c. 'Antidotum,' inquit, 'adversus Cæsarem?' infra 29. Sueton.

Lege, *in patientia*, id est, patienter tolerando, sicque dissimulando morbum, robur præferebat.

[y] *Firmitudinem simulans*] Sueton. Tib. 72. 'Sustentavit tamen aliquandiu,' (morbum) 'quamvis Misenum usque devectus, nihil ex ordine quotidiano prætermitteret, ne convivia quidem, ac ceteras voluptates, partim intemperantia, partim dissimulatione. Nam Chariclem medicum, quod commeatu abfuturus, e convivio egrediens, manum sibi osculandi causa apprehendisset, existimans tentatas ab eo venas sibi, remanere ac recumbere hortatus est, cœnamque protraxit. Nec abstinuit consuetudine, quin tunc quoque instans in medio triclinio, astante lictore, singulos valere dicentes appellaret.'

[z] *Solitusque eludere*] Tiberianum hoc apophthegma etiam Plutarchus inseruit præceptis, de valetudine tuenda: sed corruptus vereor in numero: 'Accepi Tiberium dixisse olim, virum illum, qui post sexagesimum annum, medico manum offerret, irrisu dignum esse.' Nam post *sexagesimum* annum ait, quod noster *tricesimum.* Non dubie verius rescripserim, ὑπὲρ τριάκοντα ἔτη, *super triginta annos*, juvante etiam Suetonio: 'Valetudine prosperrima usus est; quamvis a trigesimo ætatis anno, arbitratu eam suo rexerit, sine adjumento, consilioque medicorum.' *Lipsius.*

Quasi vero eadem dicta principum, non alii aliter referant auctores, et præcipue Græci, qui peregrini in historia Romana: non certe omnia ad eandem formam exigenda sunt.

[a] *Medicorum*] Habuit tamen medicos, qui valetudines principis regere solebant. Si non faciendo medici apti, saltem fingendo sunt; nec sibi contradicit Tac. sed rem narrat, ut fuit.

Tiberius habuit medicos, sed quos maxime sperneret, quorum artem irrideret; nec solum medicos elusit, sed etiam eos, qui medicis uterentur, post certam ætatem.

Ordinarii medici fuere, qui semper in comitatu principis, et ejus valetudines de more curabant. Charicles extra ordinem consilii copiam præbebat, et, ut familiaris principis, tum invisebat Tiberium.

Medicorum] Hos spernebat, 'quia Thrasyllo confidebat; ad id tempus, quod Thrasyllus prædixerat, victurum se sperans; neque medicos consulebat, neque rationem victus mutarat.' Sic Dio l. LVIII.

qui post tricesimum[b] ætatis annum ad internoscenda corpori suo utilia vel noxia alieni consilii indigerent.

47. Interim Romæ futuris etiam post Tiberium cædibus semina jaciebantur. Lælius Balbus Acutiam, P. Vitellii quondam uxorem, majestatis postulaverat: qua damnata, cum præmium accusatori decerneretur, Junius Otho, Tribunus plebei, intercessit: unde illis odia,[c] mox Othoni exilium. Dein multorum amoribus famosa Albucilla, cui matrimonium cum Satrio Secundo,[d] conjurationis indice, fuerat,[e] defertur impietatis[f] in Principem: connectebantur,

ginta annos alienæ artis egerent, ad intelligenda quæ *valetudini suæ opportuna, vel perniciosa* sint.

Interea Romæ necibus etiam post Tiberii obitum futuris causæ serebantur. Lælius Balbus majestatis detulerat Acutiam olim conjugem P. Vitellii; qua mulctata, cum merces delatori statueretur, Junius Otho tribunus plebis obstitit; unde illis offensiones, dein Othoni fuga. Exin multorum cupidinibus infamis Albucilla, cui nuptiæ fuerant cum Satrio Secundo, qui conspirationem Sejani *aperuerat, postulatur impietatis in Cæsarem. Illigabantur tanquam participes et corruptores ejus*

NOTÆ

[b] *Post tricesimum*] Puto, quia huc usque mutabile temperamentum corporis, jam satis prudenti viro agnosci ultro potest sine medicorum cura. Ex Aristotele lib. I. Rhetor. 'Viget corpus a triginta annis, ad triginta quinque: animus vero, usque ad annos quinquaginta excepto uno.'

Post tricesimum] Seneca, epist. 68. 'Nota habet quisque sui corporis vitia. Itaque alius vomitu levat stomachum; alius frequenti cibo fulcit; alius, interposito jejunio, corpus exhaurit et purgat. Hi quorum pedes dolor repetit, aut vino aut balneo abstinent: in cetera negligentes, huic a quo sæpe infestantur, occurrunt.'

[c] *Unde illis odia*] Id est, Balbo et Othoni, illi apud Senatum populumque; huic, apud dominantes. *Pichena.* Immo ipsis inter sese, quæ Balbus executus est accusando et damnando Othonem. *Gronovius.*

Unde illis odia] Unde illis invicem odia, haud dubie et etiam principis offensio in Othonem, qui sic hiantem delatorem frustratus esset; unde illi mox exilium redditum: forte et Senatus offensio, qui talem intercessorem sperneret, et Lælium exhorreret.

[d] *Satrio Secundo*] Ille idem est, qui supra cliens Sejani, et nunc, ut apparet, ejus eversor. *Lipsius.*

[e] *Fuerat*] Denotat, Albucillam fuisse repudiatam a Satrio, forte ob amores et adulteria: forte et ob novam fortunam Satrii, ut qui jam excelsior esset, detecta conjuratione Sejani.

[f] *Impietatis*] An crimen illud impietatis positum in solo adulterio? certe jam ab Augusto, 'culpa inter viros fœminasque vulgata, crimen violatarum religionum' vocabatur.

Sic fuisse, colligi possit ex his, quæ sequuntur: 'Conscii et adulterii ejus,' quos simul et puto fuisse impietatis reos, eo ipso, quo adulteri erant; ita ut illi simul adulteri, et simul conscii *impietatis* in principem essent; quia

ut conscii[g] et adulteri ejus, Cn. Domitius, Vibius Marsus,

NOTÆ

nempe ut adulteri illi, connectebantur Albucillæ reæ.

Nempe rei illi *impietatis*, indirecte in principem, per consequentiam nempe et præsumtionem aliquam; eo quod illa 'culpa inter viros fœminasque vulgata' sit contra decus publicum, contra Rempubl. et sic *impietas* fuit *in principem*, quia inde conjurationes oriri potuerunt in principem, patriam, &c.

Crimen impietatis in Principem] Et majestatis unum et idem est hoc loco. Repete quæ supra diximus de crimine *violatarum religionum:* nec aliud fuit crimen mulieris, ut puto, quam adulterium, quam 'culpa vulgata inter viros et fœminas:' nec aliud etiam scelus consciorum ipsius, quam quia adulteri et corruptores illius fuerant.

Impietatis in Principem] Non difficile captu de fœmina, quæ *connexa Cæsari*, seu propinqua illius, adulterii rea esset. Nam ipsa rea *impietatis in principem*, ob affinitatem, et simul adulter ipsius reus ejusdem sceleris; quia nempe sic corpori fœminæ annexæ Cæsari illudebatur; et etiam, quia hæc genus adulteria semina coitionum seu conjurationum in principem et Rempubl. erant, ut patet ex his quæ affert Seneca de Julia Augusto genita.

Quare id *crimen impietatis* in principem fuit, simul et *crimen majestatis*, et forte vice versa. Hinc l. II. 50. 'Variliam sororis Augusti neptem, &c. quia Cæsari connexa adulterio tenebatur, majestatis delator arcessebat.'

Præter violatas per adulterium religiones Deorum, in matrimoniis tanto tamque sacro ritu celebratas, hæ etiam rationes ex principe accedere potuerunt; quia nempe in principem cumulatæ et collatæ omnes religiones, omnia sacra translata erant: igitur impietas in principem fuit ob *sacra regni*, ob *auspicia imperatoria*, et quia princeps *caput orbis* et urbis, ut scribit Lucanus l. v. 'Cum totum hac anima populorum vita salusque Pendeat, et tantus caput hoc sibi fecerit orbis.'

Quia *pater patriæ*, quia *Pontifex Maximus*, quia *Augustus*, quia *sacro sanctus* speciali titulo ille, utpote *tribunitiam potestatem perpetuam* habens: quibus titulis omnibus sanctus et inviolatus esse debuit Cæsar, et consequenter domus et consanguinei illius.

Et hoc commune habuit fœmina, etiam extranea a domo Cæsaris, cum muliere connexa principi, si adulterium commisisset.

Erat quippe impietatis rea in principem, his causis proxime allatis; licet propinqua Cæsaris alio vinculo, et alio etiam sceleris vocabulo astringeretur.

Nempe quia peccabat in corpus, Juliæ ac principali, seu regiæ familiæ connexum et consanguineum; unde probrum et dedecus in principem: et ad plura peccanda conscios invitabat tale corpus, tale crimen, non solum libidinis incitamento, sed etiam aviditate dominandi.

Cum non tantum adulteri corpora sociarent, sed etiam agitarent, miscerentque consilia invadendi Rempublicam.

Et sic suspectabantur rerum novarum, aut saltem id metus dominantium fingebat. Quod et locum habuit in extraneis amorum flagitiis; præcipue si vulgata esset ea culpa inter nobiles viros et fœminas.

g *Conscii*] *Conscii* tantum forte il-

L. Arruntius. De claritudine Domitii supra memoravi. Marsus quoque vetustis honoribus et illustris studiis erat. Sed 'testium interrogationi, tormentis servorum,[h] Macronem præsedisse,' commentarii ad Senatum missi ferebant: nullæque in eos Imperatoris literæ suspicionem dabant, invalido ac fortasse ignaro, ficta pleraque, ob inimicitias Macronis notas in Arruntium.

48. Igitur Domitius,[i] defensionem meditans, Marsus, tanquam inediam destinavisset, produxere vitam: Arrun-

Cn. Domitius, Vibius Marsus, L. Arruntius. De nobilitate Domitii antea tradidi. Marsus etiam antiquo decore, et clarus literarum doctrina erat. *Sed codicilli ad Patres missi præferebant,* Macronem præfuisse examini testium, et quæstioni mancipiorum; *nullaque in eos epistola principis suspicionem creabat,* ipso *infirmo, ac forte inscio, subdita* esse *ac supposita plurima, propter odia Macronis in Arruntium manifesta.*

Itaque Domitius, dum purgare scelus cogitat, Marsus, velut abstinentia cibi mori constituisset, supervixere: Arruntius, hortantibus amicis ut cunctaretur, subjecit;

NOTÆ

lius, quia *adulteri:* forte tamen et aliud genus *impietatis in principem* esse potuit, præter crimen adulterii, forte obtrectatio aut quid simile; sed censuerim potius, fuisse *culpam* illam *vulgatam;* quia 'multorum amoribus famosa Albucilla,' quod maxime formidolosum principi suspicaci: et id censeo præcipue, quia indistincte et nullo certo culpæ vocabulo, *impietatem* tantum appellat Tacitus.

[h] *Tormentis servorum*] Dio l. LV. 'Cum non liceret servum contra dominum, adhibitis tormentis, quæstioni subjici; hujusmodi servos, si usus postularet, publico, vel sibi vendi jussit; ut sic alieni a reo facti, seu extra ejus potestatem positi, examinari possent. Id a nonnullis culpatum, legem dissolvi ea dominatione querentibus, aliis necessario id fieri dicentibus, cum multi hoc jure freti, in ipsum et magistratus conspirarent.'

Servorum] Albucillæ nempe et forte adulterorum, et præcipue Arruntii, quem maxime oderat Macro.

[i] *Domitius*] De quo sic Suetonius Ner. 5. Domitius 'ex Antonia majore patrem Neronis procreavit, omni parte vitæ detestabilem. Si quidem comes ad orientem C. Cæsaris' (qui filius Augusti) 'juvenis, occiso liberto suo, quod potare quantum jubebatur recusarat, dimissus e cohorte amicorum, nihilo modestius vixit. Sed et in viæ Appiæ vico, repente puerum, citatis jumentis, haud ignarus obtrivit: et Romæ, medio foro, cuidam equiti Rom. liberius jurganti oculum eruit. Perfidiæ vero tantæ, ut non modo argentarios pretiis rerum coëmtarum, sed et in prætura, mercede palmarum aurigarios fraudaverit,' &c.

Ibid. 'Majestatis quoque et adulteriorum, incestique cum sorore Lepida, sub excessu Tiberii reus, mutatione temporum evasit: decessitque Pyrgis morbo aquæ intercutis.' Ut vides, non solum *adulterii* reus Domitius, sed etiam *incesti.*

Infra 6. Ner. 'De genitura' Neronis 'formidolosa conjectantibus,

tius, cunctationem et moras suadentibus amicis, 'Non eadem omnibus decora,' respondit: 'sibi satis ætatis: neque aliud pœnitendum, quam quod inter ludibria et pericula[1] anxiam senectam toleravisset, diu Sejano, nunc Macroni, semper alicui potentium invisus; non culpa, sed ut flagitiorum impatiens. Sane paucos et supremos Principis dies posse vitari: quemadmodum evasurum imminentis juventam? An, cum Tiberius, post tantam rerum experientiam, vi dominationis convulsus et mutatus sit, C. Cæsarem, vix finita pueritia, ignarum omnium, aut pessimis innutritum, meliora capessiturum, Macrone duce? qui, ut deterior, ad opprimendum Sejanum delectus, plura per scelera Remp. conflictavisset: prospectare jam se acrius servitium, eoque fugere simul acta[j] et instantia.' Hæc vatis in modum dictitans, venas resolvit. Documento sequentia erunt, bene Arruntium morte usum. Albucilla irrito ictu a semet vulnerata, jussu Senatus in carcerem fertur. Stuprorum ejus ministri,[k] 'Carsidius[2] Sacerdos,[l] Prætorius,[m]

non eadem omnibus honesta: se satis vixisse; neque aliud excusandum sibi in vita, quam quod inter contumelias et discrimina solicitam senectutem traxisset, diu infestus Sejano, nunc Macroni, semper alicui præpollentium infensus, non crimine *suo*, sed ut vitiorum ac scelerum intolerans. Certe paucos et extremos Tiberii dies declinari posse: at quo pacto vitaturum impendentis *principis* adolescentiam? An cum Tiberius, tanto rerum usu probatus, licentia imperii labefactus et corruptus sit; C. Cæsarem, vix pubertatem atque adolescentiam ingressum, rerum omnium rudem, aut deterrimis imbutum a teneris, meliores artes amplexurum esse, auctore Macrone? qui, ut pejor ad subvertendum Sejanum ascitus, majora per flagitia Rempub. divexavisset: providere se jam atrociorem gravioremque servitutem: ideoque se vitare simul, et præterita, et impendentia. *Hæc divini ad instar prædicans, venas abrupit. Specimen erit sequens dominatio, recte et in tempore mortem sumsisse Arruntium. Albucilla, cum se vano frustraneoque vulnere percussisset, jussu Patrum in carcerem rapitur. Adulteriorum ejus conciliatores* etiam puniuntur: *statuitur*, ut Grasidius Sacerdos prætorius in insulam amoveretur, Pon-

1 Corrupte Ms. Flor. *pericularia*, ultima syllaba ex voce superiore repetita, ut recte monuit Ernestus. Nec tentandum cum Lipsio, *pericula varia;* cum Gronovio, *pericula tot*. Brotier.—2 In vulgatis libris, *Garsidius*. Bene emen-

NOTÆ

præsagio fuit etiam Domitii patris vox, inter gratulationes amicorum, negantis, quicquam ex se et Agrippina, nisi detestabile et malo publico nasci potuisse.'

[j] *Acta*] Acta, seu præterita, et simul quæ imminerent sub Caio, fugiebat.

[k] *Stuprorum ejus ministri*] Qui nempe veluti lenocinium fecerant, qui a-

ut in insulam deportaretur; Pontius Fregellanus amitteret ordinem Senatorium; et eædem pœnæ[n] in Lælium Balbum' decernuntur: id quidem a[3] lætantibus, quia Balbus truci eloquentia habebatur, promtus adversum insontes.

49. Iisdem diebus Sex. Papinius, Consulari familia, repentinum et informem exitum delegit, jacto in præceps corpore: causa ad matrem referebatur; quæ, pridem repudiata,[o] assentationibus atque luxu[p] perpulisset juvenem ad

tius Fregellanus senatu moveretur; et idem supplicium in Lælium Balbum *decernitur, et quidem a gaudentibus* patribus, *quia Balbus atroci facundia reputabatur, et adversus innocentes audax.*

Sub idem tempus Sex. Papinius, *consulari domo, subitum et inhonestum vitæ finem sumsit, misso in præceps corpore: causa in parentem* ejus *refundebatur, quæ pridem repudio spreta, blanditiis et luxuria incitasset filium ad ea* flagitia, *quibus*

davit Ernestus, ut patet ex dictis in not. et emend. Annal. IV. 13. *Brotier.* —3 Acidalius frustra præpositionem omittit. *Idem.*

NOTÆ

dulteriis et congressibus Albucillæ faverant, hortos, domos, vel quid simile subministrando. Sic infra de equitibus Rom. l. XI. 4. 'Causa necis ex eo, quod domum suam Mnesteris et Poppææ congressibus præbuissent.'

[l] *Sacerdos*] Nomen familiæ et hominis, non sacerdotii, aut dignitatis.

[m] *Prætorius*] Non forte, quia prætura functus, sed, quia prætoria insignia obtinuisset, nam distinguit Tacitus inter *prætorium* et *prætura functum.*

[n] *Eædem pœnæ*] Puto, ut etiam in insulam deportaretur, sic enim et ordinem et civitatem simul amittebat. Non forte quod Balbus minister fuisset stuprorum, sed quia innoxios accusando, multorum odia in se adverterat: supra 'unde illis odia.'

Sicque propter atrocitatem morum et pravam facundiam in insula clausus est. Similia habes exempla supra. Forte propter utrumque, et quia favisset Albucillæ amoribus, et quia insontes oppresserat; puto tamen tantum ordine motum fuisse.

[o] *Quæ, pridem repudiata*] Capiunt, quasi diu multumque repudiata repulsaque esset a filio, cujus amore teneretur ipsa.

Sed melius est, repudiatam fuisse pridem a marito, patre hujus filii, quem suæ curæ relictum indulgentius pro genio muliebri educabat, eumque tandem 'assentationibus et luxu,' forte et incesti flagitio, (quod tamen non dicit præcise Tacitus) eo perpulit, ut remedium 'non nisi morte inveniret.'

Potuit certe intervenisse crimen illud, sed ex verbis Taciti non satis liquet fuisse convictam tanti sceleris. Etiam luxu, prodigentia, et aliis ab incesto flagitiis, eo potuit perduci juvenis, ut nisi morte ei succurri non posset.

[p] *Atque luxu*] De quo Seneca: 'Utinam liberorum nostrorum mores non ipsi perderemus: infantiam statim deliciis solvimus. Mollis illa educatio, quam indulgentiam vocamus, nervos omnes et mentis et corporis frangit.

ea,[q] quorum effugium non nisi morte inveniret.[r] Igitur accusata in Senatu, quanquam genua Patrum[s] advolveretur, 'luctumque[1] communem,[t] et magis imbecillum, tali super casu, fœminarum animum,' aliaque in eundem dolorem mœsta et miseranda diu ferret,[2][u] urbe tamen in decem annos prohibita est, donec minor filius lubricum juventæ exiret.

exitum non nisi exitio suo *reperiret. Igitur interrogata in curia, quamvis ad Patrum pedes procumberet*, doloremque utrique sexui parem *obtestaretur*, et insuper magis infirmam in hujusmodi calamitate mulierum indolem, *aliaque in eundem casum tristia et miseratione digna diu ingereret; urbe tamen in decennium exacta est, dum junior filius lubricum ætatis egrederetur.*

1 Male tentat Lipsius, *lectum*. Brotier.—2 Ingeniose conjecit Lipsius, *miseranda differret*. Immo vir alius, *diu fleret*: quod si quid mutandum, mallem *afferret* vel *efferret*, ut *afferret* significaret idem quod *extolleret, augeret*. Vide Misc. Obs. VIII. 291. Probant omnes: nemo tamen veterem scripturam mutavit, quod forte hæc diu, muliebri more, jactaverit. *Idem.*

NOTÆ

Quid non adultus concupiscet, qui in purpuris repit? nondum prima verba exprimit, et jam coquum intelligit, jam conchylium poscit. Ante palatum eorum, quam os instituimus. In lecticis crescunt; si terram attigerint, e manibus utriusque sustinentium pendent. Gaudemus, si quid licentius dixerint. Verba, ne Alexandrinis quidem permittenda, deliciis, risu, osculo excipimus. Nec mirum: nos docuimus, ex nobis audierunt. Nostras amicas, nostros concubinos vident. Omne convivium obscœnis canticis strepit. Pudenda dictu spectantur, fit ex his consuetudo, deinde natura.'

q *Perpulisset juvenem ad ea*] Intelligit *incestum* simile, quale objectum Ciceroni in Tulliolam; de quo infami sermone Servius ad illud Virgil. 'Hic thalamum invasit natæ.' *Lipsius.*

Neque etiam Dio, qui venenum colligit spargitque in viros Rom. honestissimos, hanc contumeliæ occasionem in Ciceronem omisit. Sed id fide Græca, ut pleraque alia scribit Dio.

r *Non nisi morte inveniret*] Tacitus idem dixit mox de Nerone, qui etiam incesti suspectus, l. XV. 'Perconstanti Neroni, cur in cædem suam conspiravisset, breviter respondens, non aliter tot flagitiis ejus subveniri posse.' Nec tamen etiam Nero incesti compertus. Sunt et alia flagitia, quibus nisi morte succurri non potest: incendiarius etiam et parricida fuit Nero. Neque etiam hoc loco Taciti, fœmina incesti manifesta est, suspecta tamen maxime, cum ipsa ad multos annos urbe domoque amoveatur.

s *Patrum*] Duplici titulo *patres;* et quia senatores, et quia patres familias. Sed proprie *senatores* hic intelligit.

t *Communem*] Nempe matrum patrumque, virorum et fœminarum, in morte filiorum mœstitiam eandem esse; cum hoc tamen discrimine, quod magis fluxum imbecillumque sit in tali casu fœminarum ingenium.

u *Diu ferret*] Forte *dissereret*, vel *differret*. Vulgatam tamen non sperno.

50. Jam Tiberium corpus, jam vires, nondum dissimulatio deserebat: idem animi rigor: sermone ac vultu intentus,[v] quæsita interdum comitate quamvis manifestam defectionem tegebat: mutatisque[w] sæpius locis, tandem apud promontorium Miseni[x] consedit, in villa, cui L. Lucullus[y] quondam dominus. Illic, eum appropinquare supremis, tali modo compertum. Erat medicus, arte insignis, nomine Charicles, non quidem regere valetudines Principis solitus, consilii tamen copiam præbere. Is, velut propria ad ne-

Jam Tiberium valetudo destituebat, jam robur, nondum tamen eum *fingendi artes relinquebant. Eadem ingenii truculentia, verbis, voce, et intuitu acer, affectata quandoque urbanitate, quamvis compertum languorem occultabat; et sæpius loca permutans, demum apud promontorium Miseni substitit in prætorio* seu prædio, *quod L. Lucullus possidebat olim. Illic ei instare mortem tali arte cognitum est. Erat medicus doctrina eximius, vocabulo Charicles, non quidem curare valetudinem Cæsaris consuetus; attamen consilii copiam exhibere solebat. Is, tanquam ad res*

NOTÆ

[v] *Vultu intentus*] Sueton. Tib. 68. 'Incedebat cervice rigida et obstipa: adducto fere vultu, plerumque tacitus,' &c.

[w] *Mutatisque*] Sueton. Tib. 72. 'Rediens ergo propere Campaniam, Asturæ in languorem incidit. Quo paulum levatus Circeios pertendit. Ac ne quam suspicionem infirmitatis daret, Castrensibus ludis non interfuit solum, sed etiam missum in arenam aprum, jaculis desuper petiit: statimque latere convulso, et ut exæstuarat, afflatus aura, in graviorem recidit morbum.'

[x] *Miseni*] Misenum promontorium Campaniæ provinciæ, ad mare Tyrrhenum: hodie *Capo di Miseno*, in Terra Laboris, provincia regni Neapolitani. *Tillemonius.*

[y] *In villa, cui L. Lucullus*] De ea fere his verbis Plutarchus in Mario: 'Villam in Misenensi Marius amœnam, et mollius exstructam possidebat, quam deceret virum militarem, et tot bellorum victorem. Eam aiunt LXXV. ∞. denarium emisse Corneliam, nec multo post L. Lucullum quingentis millibus denarium et ducentis. Tantum brevi luxuria crevit, et civitas invaluit in abundantes opes.'

75000 *denarium* sunt nostro more 22500 libræ. Et 500200 *denarium*, sunt 1500060 libræ Turon. Pono sex asses nostros pro denario Romano. Ostendi tamen alibi, villam istam Marii, in speciem et instar Castrorum ædificatam fuisse.

In villa, &c.] Sueton. Tib. 73. 'Interim cum in actis senatus legisset, dimissos ac ne auditos quidem quosdam reos, de quibus strictim, et nihil aliud quam nominatos ab indice, scripserat; pro contemto se habitum fremens, repetere Capreas quoquo modo destinavit, non temere quicquam nisi ex tuto ausurus. Sed et tempestatibus et ingravescente vi morbi retentus, paulo post obiit in villa Luculliana, octavo et septuagesimo ætatis anno, tertio et vigesimo imperii, decimo septimo Kalend. Aprilis.'

gotia digrediens,[z] et per speciem officii,[1] [a] manum complexus,[b] pulsum venarum[c] attigit: neque fefellit:[d] nam Tiberius, incertum an offensus, tantoque magis iram premens, 'instaurari epulas' jubet, discumbitque ultra solitum; quasi honori abeuntis amici tribueret. Charicles tamen, 'labi spiritum, nec ultra biduum duraturum,' Macroni firmavit. Inde cuncta colloquiis inter præsentes, nuntiis apud Legatos et exercitus festinabantur. XVII. Kal. Aprilis,[2] [e] interclusa anima,[f] creditus est mortalitatem explevisse. Et

suas discedens, et prætextu honoris, dextram Cæsaris *contingens,* velut osculaturus, *pulsum venarum contrectavit: neque* principem *latuit; quippe ille, dubium an iratus, et tanto magis indignationem tegens,* renovari convivium *præcipit, accumbitque præter morem; velut id digredientis amici decori daret. Charicles tamen* deficere animam, nec ultra duos dies victurum ipsum, *Macroni asseveravit. Hinc omnia, sermonibus inter astantes habitis, literis apud legatos legionesque properabantur. Decimo septimo Kal. Aprilis, intercepto spiritu, mortem obiisse puta-*

1 Perperam tentat Lipsius, *per speciem osculi.* Brotier.—2 Ita Ms. Flor. et Ernestus. In vulgatis libris, *decimo septimo Kalend. Aprilis.* Ex Corneliano usu potius dicendum, *septimo decimo Kalendas Aprilis,* ut recte monuit J. Fr. Gronovius. Sicque emendandum videtur apud Suetonium in Tiber. 73. *Idem.*

NOTÆ

[z] *Digrediens*] Ab aula et a mensa Cæsaris, cui ut apparet ex sequentibus, medicus accumbebat: discumbitque ultra solitum Tiberius, et instaurat epulas, *quasi* id *honori abeuntis amici tribueret,* Chariclis nempe medici. Aliud tamen cogitabat, aliud agebat.

[a] *Per speciem officii*] Nescio an *per speciem osculi.* Ea quidem mens. Suetonius: 'cum manum sibi osculandi causa apprehendisset.' *Lipsius.*

[b] *Manum complexus*] Nempe velut osculaturus, et osculari debuit, sed alio consilio manum Tiberii complectebatur, nempe ut sic venas explorandi spatium quæreret.

[c] *Pulsum venarum*] Quem *pulsum,* ut puto, describit Plinius l. VII. 52. 'Signa lethalia, &c. venarum inæquabili, aut formicante percussu.'

[d] *Neque fefellit*] Omnino intelligit *Tiberium,* non *Chariclem:* neque latuit, inquit; neque hoc egit ita caute Charicles, ut Tiberius non sentiret dolum, et arcana sua tentari.

Argumentum hujus rei et Charicles, et qui circa erant, interpretabantur, quod tenuit hominem, quasi cœna viatica prosecuturus, et apparatis epulis secum discumbere jussit, et solito longius in triclinio duravit, ut eum ambiguum redderet, seseque firmiorem probaret, quam fortassis arteria promisisset.

Quidam gnari morum ejus, et quantopere nollet intima sua nosci, etiam graviter offensum ducebant, et ut hoc quoque dissimularet, magis benignitatem et amici honorem fingere. *Gronov.*

[e] XVII. *Kal. Ap.*] Die sexta decima Martii mensis.

[f] *Interclusa anima*] Sic Curt. l. III. 'Interclusus spiritus arcte meabat.'

multo gratantum concursu, ad capienda imperii primordia C. Cæsar egrediebatur: cum repente affertur, 'redire Tiberio vocem ac visus, vocarique, qui recreandæ defectioni cibum afferrent.' Pavor hinc in omnes: et ceteri passim dispergi, se quisque mœstum aut nescium fingere: Cæsar, in silentium fixus, a summa spe novissima expectabat: Macro intrepidus, 'opprimi senem injectu multæ vestis,' jubet, 'discedique ab limine.'[g] Sic Tiberius finivit,[h] octavo et septuagesimo ætatis anno.[i]

51. Pater ei Nero, et utrimque origo gentis Claudiæ, quanquam mater in Liviam[j] et mox Juliam familiam adop-

batur; et plurimo gratulantium affluxu, C. Cæsar exibat ad auspicia imperii delibanda; cum subito nunciatur, remeare Tiberio vocem, et intuitum; appellarique, qui alimentum ministrarent, instaurando deliquio. *Hinc metus in cunctos, et ceteri passim fugere, se quisque tristem aut ignarum simulare: C. Cæsar silentio attonitus, a summo fastigio exitium ultimum metuebat; at Macro interritus præcipit,* suffocari senem, plurima veste ingesta, exirique a foribus. *Ita Tiberius extinctus est, octavo et septuagesimo ætatis anno.*

Nerone patre genitus erat, *et ab utroque parente ex familia Claudiorum* ortus, *tametsi mater ejus* Livia *adoptata sit in gentem Liviam, et postea Juliam. Even-*

NOTÆ

[g] *Discedique ab limine*] Jussit scilicet, ut qui in prætorio, vel prope cubiculum, officii gratia, liberti, familiaresque, qui non conscii, nec fidi C. Cæsari erant, propere facesserent, tanquam principe jam mortuo. Sed ea mente, ut ipse ac Cæsar securius mortem seni accelerarent. *Pichena.*

[h] *Sic Tiberius finivit*] Sueton. Tib. 73. 'Sunt qui putent venenum ei a Caio datum lentum atque tabificum. Alii in remissione fortuitæ febris cibum desideranti negatum: nonnulli pulvinum injectum (a Caio) cum extractum sibi deficienti annulum mox resipiscens requisisset. Seneca eum scribit, intellecta defectione, exemtum annulum, quasi alicui traditurum, parumper tenuisse; dein rursus aptasse digito, et compressa sinistra manu, jacuisse diu immobilem; subito vocatis ministris, ac nemine respondente, consurrexisse, nec procul a lectulo deficientibus viribus concidisse.'

Finivit] Anno 1. Olympiadis 204. Romæ conditæ 790. Christi 37. Vide notas c. 44. supra. *Tillemon.*

[i] *Octavo et septuagesimo ætatis anno*] Vel, ut Victor, post septuagesimum octavum annum, et mensem quartum. Dio tamen anno toto diversus ab istis, qui ait vixisse, 'septem et septuaginta annos, et menses quatuor et dies novem.'

Et hercle verius, si Suetonio credendum et actis: qui natum Tiberium ponunt, anno urbis 712. Munatio, et Lepido Coss. XVI. Kal. Decembres.

Mortuus autem est consensu omnium anno 790. XVII. Kal. Aprilis. Quanquam et Dionis rationes non plane ad eum calculum pariaveris. *Lipsius.*

[j] *Mater in Liviam*] Discrepat hoc inter auctores: neque enim mater Tiberii adoptata fuit, sed avus ejus maternus, auctore Tranquillo in Tib. 3. 'Insertus est et Liviorum familiæ,

tionibus transierit.[1] Casus prima ab infantia ancipites: nam proscriptum patrem exul secutus, ubi domum Augusti privignus introiit, multis æmulis conflictatus est, dum Marcellus et Agrippa, mox Caius Luciusque Cæsares, viguere. Etiam frater ejus, Drusus, prosperiore civium amore[k] erat. Sed maxime in lubrico egit, accepta in matrimonium Julia, impudicitiam uxoris tolerans, aut declinans.[l] Deinde Rhodo regressus, vacuos Principis Penates[m] duodecim annis, mox rei Romanæ arbitrium tribus ferme et viginti obtinuit. Morum quoque tempora illi diversa: egregium vita famaque, quoad privatus, vel in imperiis sub Augusto fuit: occultum ac subdolum fingendis virtutibus, donec Germani-

tus seu accidentia habuit *a teneris annis plena discriminis: quippe proscripto patri exulanti comes, postquam privignus iniit penates Augusti, plurimis rivalibus exagitatus est, dum Marcellus et Agrippa, dein Caius et Lucius Cæsares, floruere. Etiam frater ejus Drusus secundiore apud populum Rom. favore erat. Sed præcipue discrimen adiit, cum ducta uxore Julia, libidines conjugis ferret aut vitaret. Postea Rhodo reversus, inani Augusti domo, per duodecim annos, dein summa rerum et imperii per tres fere et viginti potitus est. Ingenii etiam tempora illi dissimilia* fuere; *eximius et insignis* egit *vita atque existimatione, quamdiu privatus, vel provinciis, principe Augusto, præfuit; obscurus et fallax simulandis bonis*

1 Emendandum *transierat*, contendit Ernestus. *Transierit*, retineri potest. *Brotier.*

NOTÆ

adoptato in eam avo materno.'

Quod mihi fit verisimilius, cum apud Velleium lego, 'Livius Drusus Juliæ Augustæ pater,' et infra; 'Livia nobilissimi et fortissimi viri Drusi Claudiani filia:' hoc nomen ejus fuit, qui ducto genere ex Appio Claudio Pulchro, nomen, Romano more, adoptione inflexum haberet.

Ceterum auctor noster hujus Annalis initio dixit Augustam nobilitatis per Claudiam familiam et adoptione Liviorum Juliorumque clarissimæ: verius quid sit, in medium relinquo. *Vertran.*

Sive pater, sive filia adoptetur, idem decus eademque nobilitas, et quod fuit in patre usurpatum, id facile tribui Liviæ potuit, præcipue cum Augustæ decus augere, nec abs re, gauderent auctores.

[k] *Prosperiore civium amore*] Drusus, quam Tiberius fuit: propterea illum oderat. Sueton. Tib. 50. 'Odium adversus necessitudines in Druso primum fratre detexit: prodita ejus epistola, qua secum (nempe cum ipso Tiberio) de cogendo ad restituendam libertatem Augusto agebat,' &c.

[l] *Aut declinans*] Toleravit in urbe, et coram in aula; declinavit, cum Rhodum secessit.

Aut declinans] Nempe tormentum ex zelotypia declinabat, nec repudio aut aliter vindicare potuit, sed tantum silendo ac fugiendo, ne offenderet Augustum et Cæsares Juliæ filios. Quod probrum mox acriter vindicavit in Juliam, fame nempe et exitio.

[m] *Vacuos Principis Penates*] Hoc

cus[n] ac Drusus[o] superfuere: idem inter bona malaque mixtus, incolumi matre: intestabilis[p] sævitia,[2] sed obtectis libidinibus, dum Sejanum dilexit[q] timuitve:[r] pos-

artibus, dum Germanicus et Drusus floruere. Idem inter egregia et prava temperatus, superstite Augusta: dein *execrabilis crudelitate, sed occultis voluptatum flagitiis, dum Sejanum amavit, aut metuit: tandem erupit ipse in crimina*

2 Male tentat Muretus, *inde stabilis sævitia.* Idem.

NOTÆ

est, nullis jam æmulis: quippe mortuis Marcello et Agrippa; moxque etiam Caio, Lucioque Cæsaribus. *Pichena.* Et ad stoliditatem verso Postumo et in insulam amoto.

[n] *Donec Germanicus*] Sueton. Calig. 6. 'Auxit gloriam desideriumque defuncti atrocitas insequentium temporum: cunctis nec temere opinantibus, reverentia ejus ac metu repressam Tiberii sævitiam, quæ mox eruperit.'

[o] *Ac Drusus*] Filius nempe ipsius, quem ergo metuebat oderatque.

Germanicus ac Drusus] Sueton. Tib. 52. 'Filiorum neque naturalem Drusum, neque adoptivum Germanicum, patria charitate dilexit; alterius vitiis infensus:' ubi legit Lipsius: 'alterius virtutibus, alterius vitiis infensus.'

Sed perperam; nam statim reddit rationem Suetonius, cur non dilexerit Drusum, et ejus vitiis infensus fuerit; nempe quia 'animi fluxioris remissiorisque vitæ erat,' &c.

Dein paulo infra persequitur de Germanico, cur etiam ipsum non dilexerit Tiberius: 'Germanico usque adeo obtrectavit, ut et præclara facta pro supervacuis elevaret,' &c.

Sic de utroque filio separatim exequitur, cur ipsos non amaret Tiberius; sicque nihil addendum Suetonio, nihil mutandum.

[p] *Intestabilis*] 'Intestabilis autem est,' ut inquit Caius, 'et qui lege jubetur, ne ejus testimonium recipiatur, neve ipsi dicatur testimonium.' Ex eo factum est, ut *intestabilis* homo, invisus, sceleratus, flagitiosus et execrabilis esset. Horat. 'Is intestabilis et sacer esto.' Plautus: 'semper caveto, ne sic intestabilis.' *Turnebus.*

[q] *Dum Sejanum dilexit*] Sic Dio l. LVII. 'Cum multos alios post mortem statuis et publico funere ornasset, Sejani etiam vivi statuam æneam in theatro posuit: inde multæ ejusdem imagines a multis factæ, et laudes illius celebratæ et apud populum et apud senatum.'

[r] *Timuitve*] Dio l. LVIII. 'In Sejanum nihil aperte conatus Tiberius, sed alia via eum aggressus, statim consulem designavit, et curarum suarum participem vocavit, Sejanumque suum vocans, sæpe id repetiit; hoc etiam ad S. P. Q. R. scribens. Quo credito, decepti Romani, omnibus locis æreas eis statuas conjunctim posuerunt, in tabellis una ambos pingebant, sellasque aureas simul utrique in theatris locabant. Denique decretum est, ut ad quinquennium Coss. simul constituerentur, et utrique cum Romam intrarent, obviam procederetur: denique ad statuas etiam Sejani, ut ad Tiberii imagines solebant, sacrificarunt.'

Forte etiam tum Augusta Bilbilis nummum in honorem utriusque, simul inscriptis nominibus, cudi jussit. Sed *ad populum phaleras,* alia mens

tremo in scelera simul ac dedecora prorupit,[s] postquam, remoto pudore et metu, suo tantum ingenio utebatur.

simul et dehonestamenta flagitiaque, *postquam, sublata verecundia et formidine, suæ tantum naturæ et moribus indulgebat.*

NOTÆ

Cæsaris, alia plebeculæ: 'facile est barbato imponere regi.'

Timuitve] Consulatu jam exierat Sejanus, cum subversus est. Sed Tiberius exeuntem ornavit eum et filium ejus sacerdotiis; sed simul ambiguus princeps etiam ornavit auguratu, mox et pontificatu Caium Cæsarem: quo dubium et trepidantem retineret Sejanum, monstrato Æmulo Caio, quem ille, ut successorem futurum suspectabat; quare et 'pœnitentia correptus Sejanus,' teste Dione, l. LVIII. 'quod non in consulatu aliquid ausus esset.'

[s] *Prorupit*] Sueton. Tib. 41. 'Ceterum secreti licentiam nactus, et quasi civitatis oculis remotus, cuncta simul vitia male dissimulata tandem profudit,' &c.

C. CORNELII TACITI

AB

EXCESSU DIVI AUGUSTI

ANNALIUM

LIBER UNDECIMUS.[1]

BREVIARIUM LIBRI.

CAP. 1—3. Valerius Asiaticus a Suilio et Sosibio accusatus fraude Messallinæ et Vitellii evertitur, et hilare moritur. 4. Somnium sævitiæ causa. 5. In perfidiam advocatorum lex Cincia flagitatur. 6. 7. Præmiis pro patrocinio modus ponitur a Principe.

8. Parthi discordant. Gotarzes pulsus vires reparat. 9. Pacem init cum Bardane; 10. hic victor a suis cæditur.

11. Ludi sæculares. Domitius Nero destinatur imperio. 12. Messallina Silium deperit. 13. Claudius aliud agit. Leges fert. Novas literarum formas vulgat. 14. De literarum inventoribus. 15. Claudius Haruspices firmat.

16. Italicus Rex Cheruscis petentibus datur: 17. mox de eo discordia gentis et bellum. 18. Rebellantes Chaucos Corbulo reprimit. Is severe agit in milites. 19. Frisios componit. Gannascum cædit. 20. Ardor ejus a Claudio

1 Ms. Reg. alium præfert titulum: C. CORNELII TACITI HISTORICI ILLUSTRIS XXX. LIBRORUM QUOS ÆDIDIT FRAGMENTA INCIPIUNT. ET PRIMO LIBER TERTIUS DECIMUS. VIXITQUE SUB DOMITIANO. Forte alia fuit olim librorum partitio. In Mss. tamen Vaticanis et Oxoniensibus vulgo legitur: *Cornelii Taciti actorum diurnalium Augustæ historiæ Liber* XI. Brotier.

repressus. Fossam inter Mosam et Rhenum ducit. Insignia triumphi ei indulta. 21. Sic et Curtio Rufo. 22. Nonius perit. De spectaculo gladiatorum et Quæstoribus.

23. Galli civitatem plenam affectant et, 24. Principe patrocinante, 25. impetrant, et primo quidem Ædui. Patricii suppleti. Lustrum conditum.

26. Messallina, amore vecors, 27. Silio palam nubit. 28. Turbantur aulici. 29. 30. Narcissus per pellices rem defert. 31. Claudius trepidat. Messallina bacchatur; 32. preces per Vestalem parat. 33. Narcissus Principem nutantem incitat, 34. preces amolitur, 35. 36. sontium, in his Mnesteris, supplicium urget. 37. 38. Messallinam, languente Principe, dein ignaro, cædi curat. Hæc gesta annis fere duobus,

C. VALERIO ASIATICO, M. VALERIO MESSALLA,
A. VITELLIO, L. VIPSTANO, COSS.

NAM Valerium Asiaticum, bis Consulem, fuisse quondam adulterum ejus,[a] credidit: pariterque hortis inhians, quos ille, a Lucullo[b] cœptos,[1 x] insigni magnificentia extollebat,

Etenim Messallina *existimavit Valerium Asiaticum, bis consulatu functum, olim stupri consuetudinem habuisse cum illa* (Poppæa): *et simul magnopere cupiens ipsa* possidere *hortos, quos idem* Asiaticus *a Lucullo inchoatos, in eximium*

NOTÆ

Hunc librum ἀκέφαλον esse, ne moneri quidem necesse est. Desunt autem, a fine libri VI. ad hujus initium, res gestæ annorum circiter decem; in quibus C. Caligulæ principatus in universum, et Claudiani imperii primores anni sex perierunt. Olim adolescens contexui Caianam historiam, et initia Claudii, Corneliano exemplo styloque. Distuli aut sprevi edere: postea in migrationibus meis, ut alia quædam, periit mihi hic labor, fraude an casu non dicam. *Lipsius.*

[a] *Adulterum ejus*] Poppææ, ut apparet. *Lipsius.*

[b] *Hortis inhians, quos ille a Lucullo*] Luculli, vel Lucolliani horti, fuerunt in Colle Hortulorum, et in Nona regione Romæ antiquæ. Hic nunc sunt horti Magni Ducis Toscanæ, in monte Pincio, vel *Medici alla Trinita de Monti*, in regione *Campo Marzo*, et in Roma moderna. Ex Roma antiq. Nardini, &c. *Tillemonius.*

[x] *A Lucullo cœptos*] Libri vett. *a Lucullo emtos:* iidem *extollebat;* non quod Rhenano supponere visum, *excolebat.* Luculliani horti infra sæpius nominati et in principis res pervenerunt,

Suilium accusandis utrisque immittit. Adjungitur Sosibius,[c] Britannici educator, qui, per speciem benevolentiæ, moneret Claudium, 'cavere[2] vim atque opes[d] Principibus infensas: præcipuum auctorem[e] Asiaticum interficiendi Cæsaris: non extimuisse concionem[3] [f] Populi Romani,

splendorem exornabat, impellit Suilium ut ambos accusaret. Adjicitur Sosibius, præceptor Britannici, qui prætextu amicitiæ, consuleret Claudio, maximam auri copiam, multasque divitias infestas esse dominantibus: præcipuum consultorem fuisse Asiaticum interimendi C. Cæsaris: nec id veritum ipsum, palam

1 Sic Mss. et Puteolanus. In editione principe *captos.* Margini Ms. Harl. ascriptum *emtos.*—2 Ryckius omnino omisit *cavere.* Quæ lectio est a Lipsio, videturque vera, licet in Florentino Cod. Longobardicis literis exarata, juxta recentissimam collationem: *caveri atque opes:* ut mirer Pichenam testari in hoc Ms. legi, *auri vim atque opes.* In Cod. Ms. cujus Rodolphus Agricola quondam, nunc ipse sum dominus: *caveret vim atque opes.* In Reg. *caveri vim atque opes.* Ryckius. Gronovius habet *caveri* pro *cavere.*—3 Ms. Flor. et

NOTÆ

manseruntque ad ætatem Trajani. De iis quidem Plutarchus: 'Ex quo etiam nunc, tanta accessione facta ad luxum, horti Luculliani inter sumtuosissimas res principis censentur. *Lipsius.*

A Lucullo cœptos] Cœperat hortos illos Lucullus magnifice ædificare, nec perfecerat. In rem Asiatici venerunt, isque absolvebat, extollebatque. Quid vero ad historiam pertineat, emeritne donone acceperit Asiaticus? Absurdum deinde a Lucullo emisse, cujus ne nepotes quidem novisse potuerit. Vide quæ infra annotavi in verbis, 'Lucullianos in hortos.' *Pichena.*

[c] *Sosibius*] Nescio an ille sit qui Arnobio nominatus l. IV. 'Nam ab Hippocoontis liberis ipsum Sosibius Herculem cruciatum retulisse pronunciat:' itemque Clementi Alexandrino, ad gentes. Suidas etiam literatoris meminit hoc nomine, in Σωσίβιος. *Lipsius.*

[d] *Auri vim atque opes*] Dio: 'Asiaticus vero dimisit imperium (consulare) propter ingentes divitias, ob quas et mox interfectus est.' Adde reliqua, cum iis quæ apud Zonaram excerpta sunt.

Auri vis optima dictio, quam iterum usurpat noster l. XVI. 'Specum altitudine immensa, quo magna vis auri contineretur.'

Repugnaverunt mihi quidam e supervacuo, in verissima emendatione, quam probet iis vel Aristoteles IV. Polit. c. 11. 'Qui in affluentia fortunæ, virium, opum, et amicorum, aliorumque talium constituti sunt, regi atque obedire, neque volunt, neque norunt.' Ex quo vides, Sosibium vere monuisse, 'aurum et opes principibus infensa.' *Lipsius.*

[e] *Præcipuum auctorem*] Quod falsissimum. Neque auctor, neque conscius aut particeps fuit Asiaticus talis cædis. Sed tantum pro Rostris facinus laudavit, postquam commissum erat; ut sic exterreret furentes milites et in cædem civium paratos erumpere. Et innocentes quidam tum occisi sunt.

[f] *Non extimuisse concionem*] Ex scriptis legas, *non extimuisse concione*

fateri, gloriamque facinoris ultro petere: clarum ex eo in urbe, didita per provincias[g] fama, parare iter ad Germanicos

et publice confiteri in concione populi Rom. et sibi vindicare ultro decus facinoris: ex eo tempore illustrem *ipsum* in civitate *esse*, *etiam* rumore sparso decoris per provincias, meditari profectionem ad legiones Germanicas:

Bud. *concione* (ed. pr. *concionem*) *p. R. fateri.* Sed vulg. inde a Puteol. *in concione.* Illud restituimus potius, recteque distinguimus. Olim (cum milites Cæsaris necem ulturos voce sua deterruisset: 'utinam ego ipsum interfecissem!' quod Dio, L. 59. refert); at nunc apertius *fateri*, se non probatorem modo, sed et suasorem, auctorem, necis fuisse, *gloriamque facinoris ultro* (ultra quam olim professus erat) *petere.* Cf. quæ Cicero similiter ab Antonio insimulatus de nece Cæsaris dicit Philipp. II. 11. seq. ibique a variis notata. Videant jam intelligentiores, num bene discesserimus a vulgata, quæ Pichenam auctorem habet, *non extim. in concione P. R. fateri, &c.* Is quidem ex Cod. Flor. bene restituit *fateri* (quod Rhenanus omiserat, ut in Cod. Bud. non

NOTÆ

populi Rom. fateri gloriamque. Id est, *in concione.* Quod autem ait, præcipuum auctorem interficiendi Cæsaris Asiaticum, addicit ei Seneca l. II. De Tranq. c. 18. 'Ea referam quæ illum (Caium) exitio dederunt: Asiaticum Valerium in primis amicis habebat, ferocem virum, et vix æquo animo alienas contumelias laturum. Huic in convivio, item in concione,' (forte *cognitione*, cum videlicet assessor ei consiliariusque Asiaticus esset,) 'clarissima voce, qualis in concubitu esset uxor ejus, objecit. Di boni, hoc virum audire, principem scire, et usque eo licentiam pervenisse, ut non dico consulari, non dico amico, sed tantum marito, princeps et adulterium suum narret, et fastidium!' Vide Josephum Antiquitatum Judaicarum l. XIX. 1. circa finem. *Lipsius.*

Non extimuisse in concione pop. Rom. fateri] Cum prætorianæ cohortes tumultuantes quærerent, quis Caium occidisset, Valerius Asiaticus, vir consularis, præter opinionem sedavit seditionem, ascenso edito loco vociferatus: 'Utinam ego ipsum interfecissem. Quibus verbis territi milites, tumultuandi finem fecerunt.' Dio.

In concione] Id vertunt, quasi ex more veteri, vocato populo Rom. orationem habuisset Asiaticus pro Rostris: sed puto id temere et casu factum; nempe tumultuante inter populum Rom. milite et furente ob cædem Caii Cæsaris, ut illorum audaciam coërceret pro sua auctoritate Asiaticus, qui bis consul fuerat, rostra ascendit, et extemporali oratione, forte non perpetua, allocutus est eos qui percussores quærerent, et se auctorem talis facinoris exoptavit palam, ut sic eos exterreret.

Ipse non alioqui amicus Caio, ob uxorem suam cui stuprum intulerat, inter epulas, et quæ fuisset ea in concubitu, palam jactaverat.

Forte et ipse Asiaticus multa in senatu, ut et alii Patres, pro libertate, et in Claudium animose promserat, dum esset in castris ipse Claudius jam ad principatum raptus; quorum tamen omnium, amnestia data, memoriam abolitam voluit, et fidem præstitit Claudius; forte excepto Asiatico isto, quem tamen, non nisi dolo mulieris et pessimi adulatoris scelere deceptus, occidit, alio tamen prætextu seu causa, nil ante molitus Asiaticus.

g *Didita per provincias*] Vulgo *dedita.* Lucretius: 'Rerum simulacra feruntur Undique, et in cunc-

exercitus; quando genitus Viennæ,[h] multisque et validis propinquitatibus subnixus, turbare gentiles nationes promtum haberet.' At Claudius, nihil ultra scrutatus, citis cum militibus, tanquam opprimendo bello, Crispinum, Prætorii præfectum, misit: a quo repertus est apud Baias,[i] vinclisque[j] inditis, in urbem raptus.

2. Neque data Senatus copia:[k] intra cubiculum auditur,

quandoquidem natus Viennæ, et fultus ibi plurimis firmisque necessitudinibus, facile posset commovere conterraneos populos. *Sed Claudius nihil amplius percunctatus, misit Crispinum præfectum prætorii cum propero milite, velut ad extinguendum bellum; et a præfecto inventus est apud Baias, injectisque catenis tractus est in civitatem.*

Neque concessa facultate causæ dicendæ *apud Patres, in cubiculo* Cæsaris *in-*

visum) sed idem revocavit *in concione.* Necdum vero, ista *in concione P. R.* olim vociferans, se auctorem cædis fassus erat. *Brotier.*

NOTÆ

tas jaciuntur didita partes.' Virgilius: 'Cognatique patres, tua terris didita fama, Conjunxere tibi.' *Lipsius.*

Didita fama] Virg. 'Tua terris didita fama.' 'Diditur hic subito Trojana per agmina rumor.' Alii tamen legunt, *dedita.*

Didita per provincias] Hic errat interpres Gallicus et alii qui vertunt, deditam esse *per provincias* famam, eum 'parare iter ad Germanicos exercitus.' Immo dedita per provincias erat fama, Asiaticum 'non extimuisse in concione populi Romani fateri, gloriamque,' &c. Simul et monebat Claudium Sosibius, eundem Asiaticum, 'parare iter ad Germanicos exercitus,' ut pavidum ultro principem sic exterreret.

Didita fama] Male vertunt, sparsa fama, Asiaticum 'parare iter ad Germ. exercitus.' Vult Tac. ex eo facinore seu confessione clarum fuisse et in urbe et in provinciis; nempe quia sparsa per illas ea fama talis confessionis fuerat.

[h] *Viennæ*] Vienna, urbs Allobrogum populorum ad Rhodanum fluvium, in Lugdunensi Prima, Galliæ provincia: hodie *Vienne,* urbs Delphinatus provinciæ, in regno Franciæ. *Tillemon.*

Viennæ] Viennenses tunc temporis vi et opibus prævalidi, dominantibus ipsis metuebantur. Vide Tacitum in libris histor.

Viennæ] Florentissima tunc colonia fuit populi Rom. et maxime metuebantur coloni ob vicinas legiones Germanicas, quocumque inclinassent, teste Tac. in histor.

Opulentissimi illi provinciales, qualis fuit Asiaticus saltem origine, asciscebantur primo in civitatem, et ob nobilitatem non in plebe manebant, sed in equestre fastigium evehebantur. Unde dein facilis gradus ad senatoriam dignitatem, et exin ad magistratus populi Rom.

[i] *Baias*] Baiæ, oppidum Campaniæ provinciæ: hodie *Baia* castellum Terræ Laboris in ora et in regno Neapolitano: paret Regi Catholico. *Tillemon.*

[j] *Vinclis*] Nempe dextra manu vinctus simul et eadem catena cum milite, qui manu sinistra simul constrictus fuit, pro more custodiarum hujus ævi.

[k] *Neque data Senatus copia*] Infra c. 5. 'Nam cuncta legum et magistra-

Messallina[l] coram, et Suilio 'corruptionem militum, quos pecunia et stupro[m] in omni flagitio[1] [n] obstrictos' arguebat, exin 'adulterium Poppææ,'[o] ac postremum,[2] 'mollitiam[p]

terrogatur, præsente Messallina, et Suilio, qui exprobrabat illi, solicitasse milites, quos largitione et libidine in omne facinus ipsi devinctos esse objectabat; *dein* stupri consuetudinem cum Poppæa, *ac demum* mollitiam corporis ipsi

1 Mallet Rhenanus *in omne flagitium;* probatque Ernestus: nec immerito. Ferri tamen potest *in omni flagitio.* Brotier.—2 Mss. Guelf. Harl. et Jes. *ad postremum.* Latine quidem, sed duriter. Mox enim sequitur *ad quod.* Idem.

NOTÆ

tuum in se trahens princeps, materiam prædandi fecerat,' et occidendi: quod Claudio tacite exprobravit mox Nero apud Tac. l. XII. 'Tum formam futuri principatus præscripsit, ea maxime declinans, quorum recens flagrabat invidia. Non enim se negotiorum omnium judicem fore, ut clausis unam intra domum accusatoribus et reis, paucorum potentia grassaretur;' sed id ex ingenio Senecæ jactabat, et ad paucos annos Nero fidem fecit.

[l] *Messallina*] Crimen et exitium struebat Poppææ, cui forte propter insignem pulchritudinem invidebat, et simul eodem exitio involvebat Valerium Asiaticum bis consulem.

Eum enim odio habebat propter Poppæam, cujus eum adulterum fuisse credidit. Forte et acrius eam oderat ob Mnesterem mimum, quem etiam suspectabat in pulcherrima Poppæa.

[m] *Stupro*] Immo tali flagitio et quacumque mollitia ignominiosus, nihil valuisset apud militem, et vere profanus in militia et castris videretur.

[n] *In omni flagitio*] Lego, *in omne flagitium.* Nam infra lib. XIII. 21. 'Existat qui servos vel libertos ad scelus corruptos arguat.' Et hist. I. 72. 'Corrupto ad omne facinus Nerone:' præposit. *ad*, et *in* hic, pro eodem sunt.

In omne flagitium] Sic lib. IV. de Sejano: 'Ligdi quoque spadonis animum stupro vinxit.' Illo scelere devinxerat Ligdum ad omne scelus, et præsertim ad miscendum venenum Druso Cæsari patrono.

[o] *Poppææ*] Quæ existimatur mater pulchra pulchrioris filiæ Poppææ Sabinæ, quæ nupsit mox Neroni principi.

[p] *Mollitiam*] Id est, ita infractum et enervatum fuisse per mollitiam et libidines, ut vim aut stuprum inferre nemini homini posset, neque *devirginare* (quod Græci dicunt διαπαρθενεύειν) pubem ullam utriusvis sexus; sed esset veluti *spado super virginem ingemiscens*, de quo literæ sacræ; imbellis atque invalidus in venerea hac palæstra.

Ad quod *prorumpit reus* Asiaticus, et animose nec insulse respondet: 'Interroga,' inquit, 'Suili, filios tuos: virum me esse fatebuntur.' Per *filios* intelliguntur liberi utriusque sexus. Simile quid olim responderat Tullius obtrectatori similia objectanti.

An sit *mollitia* illa θηλεῖα νόσος, aliis explicandum relinquimus. Non tamen idem est ac *pati muliebria:* quamvis id etiam intelligi forte possit per *mollitiam. Pati muliebria*, potius *impudicitiam* vocabant veteres.

Si *impudicus* Asiaticus, et *muliebria passus* esset, nulla gratia et auctoritate polleret apud milites; quod

corporis' objectante: ad quod victo silentio,[q] prorupit reus, et, 'Interroga,' inquit, 'Suili, filios tuos:[r] virum me esse

objiciebat: ad quod rupto silentio, exclamavit Asiaticus, et, Pete, *ait*, Suili, a liberis tuis; hi me virum esse testabuntur; *et cum cœpisset disserere, crimenque*

NOTÆ

unum tamen crimen illi exprobrat hic Suilius. Sueton. Domit. 11. de Centurione et Tribuno, 'qui se quo facilius expertes culpæ ostenderent, impudicos probaverunt; et ob id neque apud ducem nec apud milites ullius momenti esse potuisse.' Sed iniquitas delatoris semet implicabat, et si alium judicem habuisset, suo se gladio jugulabat.

Mollitiam corporis] Vertunt quasi *muliebria pateretur;* cui probro se opponit Asiaticus, cum testatur se *marem* seu *virum* esse. Certe vere respondet Asiaticus se *virum* esse: sed falso vertunt argui, *muliebria passum* esse. Debuerant vertere *mollitiam*, non aliter.

Et certe multis locis Taciti exprobratur aliis *mollitia corporis*, aut aliud istud flagitium *pati*, nempe, *muliebria*, quod semper diversis verbis distinguit. Sic infra hoc lib. XI. 36. 'Cæsoninus vitiis protectus est, tanquam in illo fœdissimo cœtu passus muliebria.'

Suetonius idem vitium innuere videtur Domit. 10. 'qui se, &c. impudicos probaverunt,' &c. Nec ea ætate *muliebria passus* esset Asiaticus bis consul.

Certe quandoque *duros et exoletos* amabant, Sueton. Galba; sed non tali ætate provectos.

Puto, hoc loco Taciti, idem vitium exprobratur Asiatico bis consuli, quod objicitur Muciano ter consuli, apud Sueton. Vespas. 13. 'Licinium Mucianum notæ impudicitiæ, &c. hactenus retaxare sustinuit, ut, &c. adderet clausulæ, Ego tamen vir sum.'

Ut vides, opponitur illa *impudicitia* Muciani, *virilitati*, et vitium illius *retaxat* Vespasianus, cum opponit *addit*que, 'Ego tamen vir sum.' Quod autem vitium opponitur *virilitati*, quæ impudicitia potius quam *mollitia corporis?*

Haud dubie *impudicus* fuit Mucianus: at *pateretur*ne *muliebria* ter consul, et ea ætate exoletus? quomodo tantum valuisset apud milites legionesque; adeo ut ipse unus habuerit imperium in sua potestate, illudque dederit Vespasiano?

Nisi forte ista vitia confundantur aliquando; ita tamen ut *mollitia* non sit præcise idem cum patientia muliebrium, sed patientia illa sit simul et *mollitia*, et utraque sit *impudicitia*.

Nam distinguit Tacitus; nec certe tantum valuit fama et auctoritate Mucianus apud bonos, ut pro se accipere posset imperium, sed tantum ut dare posset, teste Tacito in hist. et cui dare imperium, non dominari, expediret.

[q] *Victo silentio*] Silere voluit Asiaticus in tanta calumnia attentus, et forte, ut sic sperneret impudentiam delationis et delatoris. Attamen proposito flagitio, silere nec debuit nec potuit vir fortis: vicit silentium, ut contumeliam alia contumelia, perinde falsa sed justa, retunderet.

Victo silentio] Id est, *rupto.* Sic Apuleius: 'Tandem denique rupta verecundia.'

[r] *Interroga, inquit, Suili, filios tuos*] Per *filios* intelligendi liberi utriuslibet sexus. Sic Tacit. infra 38. de

fatebuntur:' ingressusque defensionem, commoto majorem in modum Claudio, Messallinæ quoque lacrymas excivit:[s] quibus abluendis[t] cubiculo egrediens, monet Vitellium, ne elabi reum sineret: ipsa ad perniciem Poppææ festinat, sub-

diluere, tum concito mirum in modum Cæsare, lacrymas etiam expressit Messallinæ; quibus abstergendis cubiculo exiens, præcipit Vitellio, ne sontem evadere pateretur. Ipsa properat ad exitium Poppææ, subornatis qui metu carceris, eam ad sponta-

NOTÆ

Claudio in morte Messallinæ: 'Ne secutis quidem diebus, odii, gaudii, iræ, tristitiæ, ullius denique humani affectus signa dedit; non cum lætantes accusatores aspiceret, non cum filios mœrentes.' At *filios* tum non habuit Claudius præter Antoniam ex Petina, Britannicum et Octaviam ex Messallina.

Interroga, &c. filios] Plutar. in Cicerone: 'Erat Verri filius adhuc juvenis, qui nec adolescentia sua honeste usus videbatur. Itaque cum Verres Ciceroni mollitiam corporis exprobrasset; 'Filiis tuis,' inquit Tullius, 'illudere oportet intra penatum limina:'' diceret ipse Cicero, *post siparium.*

[s] *Messallinæ quoque lacrymas excivit*] Veri hi Crocodili fletus. Fluunt ex oculis lacrymæ, at cor atrox et immotum perstat. Natura indulget fletus, at pravitas animi cruorem fundit. Pudet mulierem flevisse, abit ut abluat quas odit lacrymas, et flendo monet Vitellium, ne elabi Asiaticum sinat, qui hoc ipso maxime reus, quod innocentia et facundia sua elicere potuerit lacrymas invitæ et renitenti Messallinæ.

Sic puto distingui possit triplex lacrymarum genus, ut aliæ sint ex natura et ex commiseratione vera ac sincera; aliæ jussæ et velut in statione positæ, quæ falsæ et insidiosæ, quæ ex fallaci affectu oboriuntur; et aliæ involuntariæ, quas, pravis ingeniis etiam invitis, natura extorquet, et tum animorum scelus vincit humanitas pectoris et oculorum.

Lacrymas] Sic sæpe natura pugnat cum ingenio et perfidia hominum. Curt. lib. v. de Dario: 'Nabarzanes ceterique parricidæ procumbentes humi, quem paulo post in vinculis habituri erant, sustinuere venerari, lacrymas etiam pœnitentiæ indices profuderunt; adeo humanis ingeniis parata simulatio est.'

Lacrymas] Seneca epist. 99. 'Quædam sunt sui juris; excidunt etiam renitentibus lacrymæ, et animum profusæ levant. Quid ergo est? permittamus illis cadere, non imperemus. Fluant quantum affectus ejecerit, non quantum posset imitatio.'

[t] *Quibus abluendis*] Exit cubiculo, ne effusa in lacrymas aspiceretur Claudio, ne sic eum ipsa ad miserationem commoveret erga Asiaticum, quem omni modo perditum voluit: ne etiam puderet flere coram reo ipso, cui exitium moliebatur, ne lacrymas simul et cruorem effundere ipsa videretur.

Usque adeo dissentiebat ipsa natura, si sibi relinqueretur, a perversitate ingenii per flagitia et ambitionem corrupti; movebatur ipsa innocentia, claritudine, decore, virtute, et eloquentia optimi viri, et tamen reluctante animo, veritate, natura ipsa, et innocentia, præceps ruit in crimen et cruorem, sæviens et semper atrox fœmina.

ditis, qui terrore carceris ad voluntariam mortem propellerent; adeo ignaro Cæsare,[u] ut, paucos post dies, epulantem apud se maritum ejus, Scipionem, percunctaretur, 'cur sine uxore discubuisset?'[v] ad quod ille, 'functam fato,' responderit.

neam necem incitarent; adeo inscio Claudio, ut, paucis interjectis diebus, interrogaret Scipionem virum illius, apud se convivantem, cur sine conjuge sua accubuisset? *atque ille subjiceret,* eam vita concessisse.

NOTÆ

[u] *Adeo ignaro Cæsare*] Sueton. Claud. 28. 'Libertis, ut dixi, uxoribusque addictus, non principem se, sed ministrum egit. Compendio cujusque horum vel etiam studio ac libidine, honores, exercitus, impunitates, supplicia largitus est, et quidem insciens plerumque et ignarus.'

Infra: 'In quinque et triginta senatores trecentosque amplius equites Rom. tanta facilitate animadvertit, ut de nece consularis viri renuntiante centurione, factum esse quod imperasset, negaret quicquam se imperasse, et nihilominus rem comprobaret, affirmantibus libertis officio milites functos, quod ad ultionem imperatoris ultro procurrissent.'

[v] *Sine uxore discubuisset*] Discis hinc, uxores vulgo adhiberi solitas ad convivia. Æmilius Probus: 'Quem enim Romanorum pudet uxorem ducere in convivium?' Et olim quidem cubantibus viris, sedere solitæ erant, (ut Servius ex Varrone notat, ad illud, 'Perpetuis soliti Patres considere mensis;' et Valer. Maximus lib. XI. de matrimoniorum ritu;) postea etiam accumbere. In accubitu ille mos, ut recumberent in sinu virorum. Ovidius ad puellam, quæ cum viro cœnatura: 'Alteriusque sinus apte subjecta fovebis? Injiciet collo, cum volet, ille manum?' Iterumque: 'Nec premat indignis sinito tua colla lacertis, Mite nec in rigido pectore pone caput.'

Sed et amicæ puerique meritorii non aliter jacebant apud amatores. Id vocabant *interiorem jacere.* Scipio in oratione adversus Gallum: 'Qui in conviviis adolescentulus cum amatore, cum chirodota tunica interior' (et si Agellii in libris, *inferior*, scriptum, non item male) 'accubuerit; eumne quisquam dubitat, quin idem fecerit, quod cinædi facere solent?' Itaque arguit ecce mollitiam a decubitu ipso.

Suetonius in Cæsare, cap. 49. Cæsarem a Dolabella dictum ait, 'spondam interiorem regiæ lecticæ:' non ab alia causa, ne interpretes ultra hallucinentur. Eodem faciunt Tranquilli verba de Caii libidinibus, cap. 24. 'Cum omnibus sororibus suis stupri consuetudinem fecit, plenoque convivio singulas infra se vicissim collocabat, uxore supra cubante.' Nam sorores infra se, id est, in sinu collocabat, quasi justas uxores, legitima consorte loco pulsa.

Nec aliud Cicero significat in Epistola quadam hilariore: 'Infra Eutrapelum Cytheris accubuit.' Livius lib. XXXIX. de scorto: 'Tum illam infra eum accubantem, negasse, unquam vidisse quenquam securi ferientem.' Ubi liber optimus, *in terra eum;* ut videatur fuisse, *intra*, et forte sic in prioribus. *Lipsius.*

Cur sine uxore] Sueton. Claud. 39. 'Multos ex iis, quos capite damnaverat, postero statim die et in convivium et ad aleæ lusum admoveri jussit; et quasi morarentur, ut som-

3. Sed consultante[1] [w] super absolutione Asiatici, flens Vitellius, commemorata 'vetustate amicitiæ, utque Antoniam,[x] Principis matrem, pariter observavissent,'[2] dein, percursis 'Asiatici in Remp. officiis, recentique adversus Britanniam[y] militia,' quæque alia conciliandæ misericordiæ

At deliberanti Claudio *de absolvendo Asiatico, plorans Vitellius, celebrata* antiquitate amicitiæ *suæ cum Asiatico,* et ut simul *ipsi* coluissent Antoniam parentem Cæsaris, *postea commemoratis* Asiatici in Remp. meritis, et recenti contra Britannos expeditione, *et quæ alia commovendæ miserationi apta videbantur;*

1 *Vulgo consultanti.* Ms. Harl. *consultante.* Mallet Ernestus *consultantibus.* Utrumque Latinum. Emendatione tamen non indiget vulgata lectio. Neque hic omnia hiulca, ut voluit Lipsius. *Brotier.*—2 *Observassent* Ryckius, Bro-

NOTÆ

niculosos per nuntium increpuit.'

[w] *Sed consultante*] Nempe quia Asiaticus innocentia sua et vehementi oratione commoverat animos, non solum Messallinæ jam flentis, sed etiam Claudii: hinc Claudius dubitabat jam, consultabatque de ipsius absolutione.

At Vitellius, cui abiens Messallina mandarat ne reum elabi sineret, flens quasi commiseratione amici pereuntis, illudit Claudio prono in absolutionem, et prætextu miserandi Asiaticum damnat, postulando illi, quasi per gratiam et clementiam, liberum mortis arbitrium.

Quod facilitate solita parum firmus animi Claudius, quasi per virtutem regiam, cedens insidiosis Vitellii lacrymis, concessit.

Consultante super absolutione Asiatici] Consultabat Claudius pro facilitate sua, pendebatque animi, an absolveret Asiaticum. Sed cum id prævideret Vitellius, et quia exiens e cubiculo Claudii Messallina vindictam suam et exitium rei ipsi demandarat, ne evaderet, statim impudenter abutitur facilitate principis.

Et causam resumit altius ipse, quasi faveret Asiatico, quasi misereretur amici, et hac specie, facunde simul et subdole ipsi liberum mortis arbitrium permittit; sicque ore infami dolum struit, impellitque ultro Claudium, quasi clementer ageret, ut idem ipsi permitteret, veluti per misericordiam.

Eo stupore fuit Claudius, ut nihil nisi oculis alienis videre posset, ut nullos *affectus, nisi inditos,* et imperatos haberet. Litigatores impudenter clamitabant, καὶ σὺ γέρων εἶ καὶ μωρός· et Nero deridens stultitiam hominis, aiebat, desiisse eum morari in terris cum o longo. Sueton.

[x] *Antoniam*] De qua lapis Romæ,

ANTONIAI
AVGVSTAI
DRVSI, id est, uxori.
SACERDOTI DIVI
AVGVSTI
MATRI. TI. CLAVDI.
CÆSARIS. AVG. P. P.
Lipsius.

[y] *Britanniam*] Britannia Major, vel Albion, insularum Britannicarum maxima, in Oceano. Hodie vocamus *la Grande Bretagne,* in qua regna Angliæ et Scotiæ. *Tillemonius.*

videbantur, 'liberum[2] ei mortis arbitrium' permisit:[3] et secu-

eligendæ mortis facultatem ei liberam *concessit; dein et orationem flexit prin-*

tierus et Homerus.—3 Mss. Harl. Bodl. Jes. *liberum mortis arbitrium ei per*

NOTÆ

[2] *Liberum*] Quasi reus ipse confessus esset, aut id exoptasset, et quasi per gratiam et misericordiam id ei concederet.

Liberum ei mortis arbitrium] Habes similis clementiæ exemplum apud Sueton. Domit. 11. 'Quosdam majestatis reos in curiam induxerat; et cum prædixisset, experturum se illa die, quam carus senatui esset, facile perfecerat, ut etiam more majorum puniendi condemnarentur: deinde atrocitate pœnæ conterritus, ad leniendam invidiam intercessit,' &c. 'Permittite P. C. a pietate vestra impetrari, &c. ut damnatis liberum mortis arbitrium indulgeatis.'

Ei mortis arbitrium] Non sunt hiulca nec confusa, ne putes. Insignem impudentiam Vitellii notat, et insignem stoliditatem Claudii. Asiaticus accusatus erat a Suilio palam, clam a Messallina et Sosibio. Cum responderet criminibus, flexus princeps, et jam in consilium ibat de absolvendo, quem videbat innocentem. Sceleste Vitellius, amicitiam prætexens, et recensitis quæ fidem facerent eum reo bene velle, flexit tandem pro absolutione velut ad mitiorem pœnam: et stolide Claudius exorari clementiam suam passus est artibus Vitellii; et ei quem, nullius criminis compertum, absolutum ibat, priorum bene meritorum commemoratione victus, quasi gratiam illi faceret, liberum mortis arbitrium permittit. *Mercerus.*

Permisit] Hoc est, permittendum censuit. Sic lib. III. 'fusti necat,' id est, necari jussit; lib. IV. 'securi percutit,' pro percuti jussit; lib. VI. 'quanto majorem, quam Augustus, rei frumentariæ copiam advectaret:' hoc est, advectari curaret. *Pichena.*

Tacitus suavissimo lepore, in re inexpectata narranda, verbis quoque utitur quæ illudunt παρὰ προσδοκίαν, et fallunt expectationem legentis: et tamen illud suum σεμνὸν servat. Etiam Messallina commota erat, quæ jure injuria perditum volebat Asiaticum; nedum Claudius, cui nullum in eum proprium erat odium.

Ergo auditis partibus, rogaturus sententias Claudius aliquid jecit, ex quo apparebat, se placatum, et absolventes æquis auribus admissurum esse. Hic Vitellius, memor præcepti Messallinæ, docuit, quid esset apud Tacit. in Agric. 'pessimum inimicorum genus laudantes;' quid 'ornandum et tollendum' Tullio, mirificaque machina hominem μετέωρον et instabilem circumegit.

Lacrymæ enim illæ detestabiles et commemoratio amicitiæ meritorumque rei et captatio misericordiæ fidem ei fecere benevoli: qui et mox petens quasi pro beneficio, et rei et suo nomine, voluntariam mortem, duplici miserum præjudicio gravat, ut qui semetipse, ut quem homo benevolentissimus ac precator, supplicio dignum agnosceret.

Id satis fuit Claudio, perinde hic, ut prius, *nihil ultra scrutato;* et jamdudum, quæ dixisset Asiaticus, oblito.

Sed quemadmodum hic eventus contrarius principio totique actioni Vitellii, frustratus est haud dubie, quotquot in consilio erant fraudis ignari, multosque Romæ, dum fama

ta sunt Claudii verba, in eandem clementiam. Hortantibus dehinc quibusdam inediam et lenem exitum, 'remittere beneficium,'[a] Asiaticus ait: et usurpatis, quibus insueverat, exercitationibus, lauto corpore, hilare epulatus, cum, se 'honestius calliditate Tiberii, vel impetu C. Cæsaris periturum,' dixisset, 'quam, quod[4] fraude muliebri, et impudico Vitellii ore[o] caderet,'[4] venas exsolvit: viso tamen ante rogo, jussoque 'transferri partem in aliam, ne opacitas arborum vapore ignis minueretur:' tantum illi securitatis novissimæ fuit.

4. Vocantur post hæc Patres, pergitque Suilius addere

ceps in eandem moderationem. Nonnullis postea suadentibus abstinentiam cibi, et mitem obitum, aspernari se gratiam, *dixit Asiaticus: et cum iisdem exercitiis, quibus solitus erat, operam dedisset, cum lavisset corpus, et læto animo cænavisset, dixissetque, se* honestius interiturum, vel dolo Tiberii, vel furore Caligulæ, quam periret insidiis mulieris, et infami ore Vitellii, *abrupit venas: ante tamen perspecta pyra, quam et præcepit* in alium locum transportari, ne flammæ æstus minueret densitatem arborum; *tanta illi tranquillitas animi fuit, etiam in extremis.*

Postea vocatur Senatus, et Suilius pergit sontes adjungere insignes equites Roma-

misit. Ad aures accommodate. *Brotier.*—4 Gruterus omissum vellet, *quod... caderet.* Rectius expungeretur *quod*, ut visum Gronovio et Ernesto. Haud tamen improbabilis vulgata scriptura. *Idem.*

NOTÆ

facti seritur: ita Tacitus etiam facete supplantat legentem, atque eo ipso ejus attentionem excitat, mirantemque ac destitutum ab auctore, quasi lectorem falleret, indignitatem negotii, scelus Vitellii, vanitatem cruentam Claudii, aut cogitando invenire, aut aliunde exquirere compellit.

Illa enim omnia, consultans super absolutione princeps, flens Vitellius, amicitia, Patrona communis et eadem principis mater, res gestæ domi belique, misericordia implorata calculum album large promittebant; cum subito, velut scorpii cauda, niger apparet: 'liberum ei mortis arbitrium permisit:' hoc est, rogavit principem, et suo et Asiatici nomine, ut ei tanquam confesso convictoque concederetur sponte mori, non sub carnifice.

Rursus Tacit. εἰρωνευόμενος: 'Et secuta sunt Claudii verba in eandem clementiam.' Itaque locus hic mihi videtur singularis, et cui antiqua illa L vel X præfigi debeat; tantum abest, ut accusandus aut labefactandus sit. *Gronovius.*

[a] *Remittere beneficium*] Vertit interpres Gall. quasi diceret hic Asiaticus, non egere se gratia inimicorum. Sed indefinite id sumi debet, sive amici sive inimici *lenem exitum* persuaderent.

Inimici 'liberum ei mortis arbitrium permiserant;' forte illi, qui 'inediam et lenem exitum' suadebant, amici erant. Igitur indistincte intelligi debet, ut et tradit Tacitus, neque temere extendenda mens auctoris.

reos[b] Equites Romanos illustres,[c] quibus Petra[1] cognomen-

nos, quibus cognomen Petra: sed causa illorum *exitii, ex eo* profecta, *quod sub-*

1 In Ms. Reg. *quibus præter cognomen.* Editio princeps, *quibus pet cognomen.* Optime emendavit Puteolanus, *quibus Petra cognomentum;* et ita ha-

NOTÆ

[a] *Impudico Vitellii ore*] Quiane inter Ligures Vitellius? an quia, ut Suetonius ait, 'amore libertinæ perinfamis?' *Lips.*

Impudico Vitellii ore] Suet. Vitell. II. 'Amore libertinæ perinfamis, cujus etiam salivis melle commistis, nec clam quidem aut raro, sed quotidie ac palam, arterias et fauces pro remedio fovebat.' Sed puto, majus vitium Vitellio objicitur, nempe quod *Ligurritor* esset; an vere, non satis liquet.

Filius ipsius, qui postea princeps majori infamia flagravit. Sueton. 3. 'Inter Tiberiana scorta, et ipse perpetuo Spintriæ cognomine notatus: existimatusque, corporis gratia, initium et causa incrementorum patri fuisse.'

[b] *Pergitque Suilius addere reos*] *Addere reos*, est alios corripere, et Poppææ atque Asiatico addere. *Gronov.*

Pergitque] Videtur Suilius hic persequi eandem accusationem, ut mos erat, etiam post mortem reorum, Asiatici nempe et Poppææ. Pergit 'addere reos Equites Romanos illustres,' ut Poppæa jure damnari videretur, ut opes illius pro jure suo invadere posset Messallina, suamque etiam prædam hianti gutture voraret accusator Suilius.

Nam eo isto judicio damnatur Poppæa, ut patet infra de Scipione marito illius: uxorem suam damnare palam in senatu adigitur, etiam postquam necata erat dolo et scelere Messallinæ.

[c] *Equites Romanos illustres*] Qui sunt Equites illustres? Suspicor ego, sic dictos, qui non quidem Senatores, sed et censum habebant, et spem Senatoriæ dignitatis. Immo etiam ordinis ejus insigne, id est, latum clavum.

Colligo, quod Tacitus Equites illustres cum Senatoribus conjungit pari gradu: l. II. Annal. 'Acerrime increpuit quod contra instituta Augusti, Alexandriam introisset. Nam Augustus inter alia dominationis arcana, vetitis, nisi permissu, ingredi Senatoribus aut Equitibus Romanis illustribus, seposuit Ægyptum.' Et clare Annal. XVI. Mella et Crispinus Equites Romani, dignitate Senatoria.

Hæreo an ad hanc rem Dionis verba accommodem, l. LIX. 'Cum ordo autem equestris ad paucos redigeretur, primores ex omni imperio etiam extra Italiam, qui genere et opibus excellerent, in eum allegit: et quibusdam eorum etiam Senatoria veste, priusquam magistratum ullum cepissent, uti dedit, in spem dignitatis. Nam antea non nisi iis qui Senatoria stirpe essent' (male ista et contra historiam verterat vir doctus) 'id permissum.'

Hæreo, inquam, an ea faciant istuc: apta quidem, sed a Caio id statutum Dio ait: Illustrium autem titulus ante eum. Refero ergo potius ad Augustum, (etsi de veste negare non possumus, quin sit a Caio) qui anno 742. legem tulit, ut ex Equitibus, qui non minus decies sestertio possiderent, eligerentur a magistratibus, e quibus Tribuni Senatoresque fierent: qui gesto Tribunatu, aut retinerent Senatorium ordinem si vellent, aut iterum redirent ad equestrem. *Lips.*

tum:[d] at causa necis,[e] quod[2] domum suam Valerii et Pop-

ministrassent ædes suas congressionibus Mnesteris et Poppææ. Sed alteri equi-

bent Mss. omnes Vaticani. *Brotier.*—2 Gronovius et Ryckius *ex eo quod.*

NOTÆ

Equites Romanos illustres] De iis anxie quæritur: equites esse credam, qui in senatu jus sententiæ habebant. Gell. II. 18. 'M. autem Varro in Satyra Menippea, quæ Ἱπποκύων inscripta est, equites quosdam dicit pedarios appellatos, videturque eos significare, qui nondum a Censoribus in senatum lecti, senatores quidem non erant, sed quia honoribus populi usi quidem erant, in senatum veniebant, et sententiæ jus habebant.'

Tacitus diserte asserit l. XVI. Annal. 'Mella et Crispinus Equites Romani dignitate Senatoria.' *Saliner.*

Ad Augusti ævum, Equitum illustrium titulum Lipsius refert. Sed et a Livio multo antea usurpatur; ait enim l. XXX. 'Cn. Helvius Tribunus militum in restituenda pugna cecidit, et duodeviginti ferme Equites illustres, obtriti ab elephantis, cum centurionibus aliquot perierunt.' *Pichena.*

Equites Rom. illustres] Equites Rom. *illustres, noti, insignes,* et *splendidi,* unum et idem sunt. Sic dicti, non quia essent Senatoriæ dignitatis, aut quia in senatu jus dicendæ sententiæ haberent.

Immo illustres illustrioresque Equites Rom. erant illi qui talia omittebant spernebantque, alia majori ambitione, licet *præpostera,* ut vocat Tacitus.

Tales fuere Pomponius, Mæcenas, M. Agrippa, Crispus Sallustius scriptoris nepos ex sorore, Mella frater Senecæ, Cornelius Fuscus, Sejanus, et ipsi Præfecti prætorio omnes, usque ad Titum Cæsarem, et ipsi Præfecti Ægypti, et alii. Et isti manebant *equestri loco,* ut per procurationes Cæsaris, et alia extraordinaria imperia, facilius celeriusque divitias cumularent, ut non suspecti principi, ob loci tenuitatem.

Et cum dicuntur nonnulli *Senatoriæ dignitatis,* non ideo sic dicti fuerunt, quia e senatu essent, sed quia æquales dignatione et auctoritate Senatoribus erant. Immo sæpe insigniores illi equites modicis Patribus: et hi qui in senatum lecti erant, jam non *Equites* appellabantur, nempe *equestre fastigium* excesserant illi, *equestri* familia orti dicebantur, nec tamen amplius *Equites* erant: et ab omni tempore fuerunt alii *illustres Equites Rom.* cum floruit ordo ille, alii tenues et modici.

Hi Equites, quos M. Varro tradit *pedarios* esse appellatos, sic dicti, quia cum jus sententiæ in senatu haberent, nec tamen rogarentur, *pedibus* in primorum qui dixissent sententias ibant. Hi tamen erant aut fuerant inter *illustres* equites, ideoque dignitates obtinuerant.

Itaque *illustres* et *insignes* Equites Rom. illi qui opibus et gratia apud populum aut principem, qui auctoritate et propinquitatibus subnixi, aut imperiis et procurationibus præfulgerent. Nec *titulus* ille fuit, sed tantum ex nomine et fama sic appellabantur. Qui tenuis fuerat, sola gratia et nutu principis eam famam, eum splendorem adipisci, et perinde facile fortunam eam aut famam amittere potuit.

Fœminæ *splendidæ* et *illustres* dicuntur, quæ claritudine et opibus præniterent: *an titulus ille* fuit in fœminis?

[d] *Quibus Petra cognomentum*] A quibus ala Petrina, opinor, nominata

pææ[3] congressibus[f] præbuissent. Verum 'nocturnæ quietis species' alteri objecta,[g] 'tanquam vidisset Claudium spicea corona[h] evinctum, spicis retro[i] conversis: eaque imagine

tum *exprobrata* species ipsi obversata in somnis et per quietem, quasi conspexisset Cæsarem redimitum diademate spiceo, retro inversis spicis, et quod

3 Ita Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et editiones omnes veteres. Mendose in Ms. Reg. *Vesteris;* et in quibusdam aliis scriptis libris *Nesteris:* unde multi emendavere *Mnesteris.* At hic de Poppææ et Valerii, non vero Mnesteris,

NOTÆ

l. IV. Historiarum: itemque in notitia imperii. *Lips.*

Quibus Petra] Ab iis *alam Petrinam* sic dictam putant. Sed puto, supra fastigium equestre fuit, tales *alas* equitum conscribere, et e suo nomine appellare.

[e] *At causa necis*] Capite legis Juliæ de adulteriis coërcendis tenebantur Petræ equites Rom. quod domum suam, ut adulterium committeretur, scientes præbuissent, ut Papinianus, Ulpianus, et Tryphoninus retulerunt. Sed erat lex mitior infligendæ pœnæ exilii, quam patrum cognitio fuerit, quæ durius pœnam legitimam asperavit, pro exilio irrogans ultimum supplicium. *Vertran.*

[f] *Valerii et Poppææ congressibus*] Hæc veterum editionum lectio: apta sane ad historiam, quia Valerio Asiatico objectum adulterium Poppææ, et forte equitibus istis, quod interpretes et administri. At vulgo *Mnesteris* pro *Valerii* legitur. Germanum illi Pantomimo nomen, *Mnester;* vel lapidis fide, qui in ædibus Crepanicorum Romæ:

TI. IVLIO.
AVG. L.
MNESTERI.

Nescio ergo an Poppææ etiam adulterium objectum dilecti hujus Mimi: in quo et Messallina deperiit. Ceterum hæc Poppæa illa est, quæ cunctas ætatis suæ fœminas pulchritudine supergressa, gloriam reliquit filiæ, quæ scortum sive uxor Neroni, quam genuit ex priore marito T. Ollio. *Lipsius.* Pro *Mnesteris*, mallem, ut in Vett. libris, *Valerii*, quod facile mutari potuit in *Mnesteris* propter literarum similitudinem. Cur *Poppæa* damnatur ob adulterium, et ipse *Asiaticus*, et ipsi *Equites* qui domum suam præbuissent, et de *Mnestere* siletur?

Cur illi parcitur, damnata consorte culpæ? an gratia Messallinæ, quæ illum sibi reservabat? sed cum excusaret scelus Mnester patratum cum Messallina ipsa infra, hoc idem facinus ipsi objici potuit, de quo tamen altum silentium. Forte aliquis semigræcus attexuit vocem illam *Mnesteris*, qua voce *procus* designatur.

[g] *Species alteri objecta*] Attamen sic Macrobius I. 3. 'Aiunt enim, non habenda pro veris de statu civitatis somnia: nisi quæ rector ejus magistratusve vidisset, aut quæ de plebe non unus, sed multi similia somniassent. Ideo apud Homerum, cum in concilio Græcorum Agamemnon, somnium quod de instruendo prælio viderat, publicaret, Nestor, qui non minus ipse prudentia, quam omnis juventæ viribus, juvit exercitum, concilians fidem relatis: de statu, inquit, publico, credendum regio somnio, quod si alter vidisset, repudiaremus ut futile.'

[h] *Spicea corona*] Josephus lib. II. belli Jud. Archelai qui Viennam pulsus est, somnium narrat, nempe visas

gravitatem annonæ[4] dixisset.' Quidam 'pampineam coronam[x] albentibus foliis visam, atque ita interpretatum,' tradidere, 'vergente autumno[k] mortem Principis ostendi.' Illud haud ambigitur, qualicumque insomnio ipsi fratrique perniciem allatam. Sestertium quindecies[l] et insignia Præturæ Crispino[m] decreta. Adjecit Vitellius sestertium decies[n]

ex illa specie sibi visa rei frumentariæ difficultatem præsagisset. *Nonnulli scripsere*, ipsi visam, *seu obversatam fuisse in somnis*, coronam pampineam, pallentibus frondibus, *et sic explicatum somnium, quasi* exeunte autumno obitus Cæsaris demonstraretur. *Illud non dubitatur, qualiscumque ei species per quietem visa sit, ideo illatam necem ipsi fratrique. Decreto patrum statuuntur quindecies sestertium et ornamenta præturæ Crispino. Vitellius adjunxit decies sester-*

congressibus agitur. *Brotier.*—4 Ursinus et Muretus mallent *caritatem annonæ;* sicque legitur in Ms. Reg. Nihil tamen mutaverim propter ceterorum librorum consensum, et vocem Annal. VI. 13. jam usurpatam. *Idem.*

NOTÆ

illi fuisse per quietem 'novem spicas plenas et maximas a bobus comedi:' et Simonem Essenam sic interpretatum esse: 'Regnaturum quidem esse illum tot annos, quot erant aristæ visæ.' Et addit: 'Hisque auditis Archelaus, quinque postea diebus, ad causam dicendam est evocatus, damnatusque.'

Spicea corona evinctum] Quæ Cereris propria, et sacerdotum item Arvalium, ut Plinius notat XVIII. 11. Corona ea, alias non infelix, omen triste habuit, quod spicis esset retro conversis: sicut quod ante pugnam in Philippis, corona inversa Cassio imposita. *Lips.*

[i] *Spicis retro*] Spicarum capita inversa, fatiscentiaque prolabi videbantur; quod tamen in bonam partem accipi potuit, quia spicæ quo graviores ita et meliores; sed cædi quicumque prætextus sufficiebat.

[x] *Quidam pampineam coronam*] Consentit cum interpretatione hujus somnii Artemidorus I. 79. ubi observat, coronam e vite, præter Dionysiacos artifices, mortem ac vincla significare, propter pampinos implicatos et inflexos. Similia crimina valuisse apud Constantinum.

Non inscite Ammianus narrat, lib. XV. 'Mercurius solemniorum appellatus comes....si per quietem quisquam vidisse aliquid amico narrasset, id, venenatis artibus coloratum in pejus, patulis imperatoris auribus infundebat: et ob hoc homo, tanquam inexplicabili obnoxius culpæ, gravi mole criminis pulsabatur. Hæc augente vulgatius fama, tantum aberat, ut proderet quisquam visa nocturna, ut ægre homines dormisse sese præsentibus faterentur externis: mœrebantque docti quidam, quod apud Atlantæos nati non essent, ubi memorantur somnia non videri.' *Lips.* [In h. l. lege *somniorum ap. c.* et mox *inexpiabili ob. c.*]

[k] *Vergente autumno*] Nempe isto hoc autumno præsentis anni.

[l] *Sestertium quindecies*] Sunt triginta septem millia coronatorum, et insuper quingenti coronati, seu libræ 112500.

[m] *Insignia Præturæ Crispino*] Teste Dione, ideo *præturæ insignia* præfecto prætorii postulaverat Claudius, ut sedendi jus in senatu haberet præfectus, quoties ipsum comitaretur in

Sosibio; 'quod Britannicum præceptis, Claudium consiliis, juvaret.' Rogatus sententiam et Scipio: 'cum idem,' inquit, 'de admissis Poppææ sentiam quod omnes, putate, me idem dicere quod omnes:' eleganti temperamento inter conjugalem amorem, et Senatoriam[o] necessitatem.

5. Continuus inde et sævus accusandis reis Suilius, multique audaciæ ejus æmuli: nam cuncta legum et Magistratuum munia in se trahens Princeps materiam prædandi patefecerat: nec quicquam publicæ mercis tam venale fuit, quam advocatorum perfidia: adeo, ut Samius, insignis Eques Romanus, quadringentis nummorum millibus[p] Suilio datis, et cognita prævaricatione,[q] ferro in domo ejus incubuerit. Igitur, incipiente C. Silio, Consule designato, cujus de potentia et exitio in tempore memorabo, consurgunt Pa-

tium Sosibio, quod firmaret Britannicum studiis, et Claudium consultis. *Interrogatus etiam Scipio, quid censeret;* cum idem, *ait*, de flagitiis Poppææ cogitem quod cuncti, existimate me et idem statuere quod omnes: *idque egregia moderatione inter maritalem caritatem, et instantem, ut in senatore, pronuntiandi necessitatem.*

Exin perpetuus et atrox Suilius postulandis reis, et plurimi imitatores illius vesaniæ. Quippe Cæsar omnia officia legum et magistratuum sibi uni *vindicans, rapiendi ac peculandi facultatem exhibuerat: neque* tunc *ulla merx publica perinde pretio exposita fuit, ac prævaricatio advocatorum: in tantum, ut Samius illustris eques Rom. præbitis Suilio quadringentis nummorum millibus, et comperta fraude* ipsius, *gladio suo se transfoderit, in ipsius* advocati sui *ædibus. Igitur disserente C. Silio Consule designato, de cujus auctoritate et morte scribam suo loco, surgunt*

NOTÆ

curia cum Tribunis prætorianis, quod postulavit a senatu et obtinuit.

[n] *Sestertium decies*] Sunt viginti quinque millia coronatorum, seu libræ 75000.

[o] *Senatoriam*] Ut maritus debuit amare uxorem, et tamen ut Senator eam damnare tenebatur; et eam ut maritus accusare, ne ejus flagitiis connivere videretur. Sic enim infamiam suam augeret. Sic cautum lege Julia de adult.

[p] *Quadringentis nummorum millibus*] Hæc summa nostro ære decem millibus ducatorum valet; quandoquidem illud constat, mille nummis sestertium argenti æstimari, esse autem sestertium libras duas et semissem, hoc est, uncias argenti XXX. quæ plus minus XXXV. nostros coronatos æquant pretio. *Alciatus.*

Quadringentis nummorum] Sunt decem millia coronatorum, seu libræ 30000.

[q] *Prævaricatione*] *Prævaricator* dicitur, qui cum reo colludit. Marcellus ad S. C. Turpil. 'Accusatorum temeritas tribus modis detegitur, aut enim *calumniantur*, aut *prævaricantur*, aut *tergiversantur*. *Calumniari* est falsa crimina intendere; *prævaricari* est vera crimina abscondere; *tergiversatur* qui in universum ab accusatione desistit.' *Alciatus.*

tres, legemque Cinciam[1] flagitant:[r] qua cavetur antiquitus, 'ne quis, ob causam orandam, pecuniam donumve accipiat.'

6. Deinde, obstrepentibus his, quibus ea contumelia parabatur, discors Suilio[s] Silius acriter incubuit, 'veterum ora-

Patres, postulantque legem Cinciam, qua sanctum olim, ne quis pecuniam capiat aut munus ad causam agendam.

Exin contranitentibus his, quibus id probrum ac dedecus struebatur, dissentiens Silius in Suilium acriter invectus est, memorans instituta priscorum oratorum,

1 Pessime in Mss. et veteribus editionibus *legemque Titiam. Cinciam* egregie emendavit Jac. Cujacius, Observ. VI. 18. *Brotier.*

NOTÆ

[r] *Legemque Cinciam flagitant*] Legem hanc tulit M. Cincius trib. pl. anno urbis 649. Retulit iterum Augustus evanescentem vetustate, et firmavit novo consulto Senatus. Dio LIV. 'Quippe oratores sine pretio tueri lites, vel quadruplum pecuniæ quam accepissent, exsolvere jussit.' Noto eo, ne quis miretur, cum plebiscitum fuerit, vocari Senatusconsultum a Tacito lib. XIV. 'Ejus opprimendi gratia repetitum credebatur SC. pœnaque Cinciæ legis, adversus eos qui pretio causas oravissent.' Et Plinio epistola ultima l. v. 'Causa dilationis Nepos Prætor, qui legi de muneribus præposuerat breve edictum, admonebat accusatores, admonebat reos, executurum se quæ SC. continerentur. Suberat edicto Senatusconsultum: hoc omnes qui quid negotii haberent, jurare priusquam agerent, jubebantur, nihil se ob advocationem cuiquam dedisse, promisisse, cavisse. His enim verbis et mille præterea, et venire advocationes, et emi vetabantur.' Sed id SC. credo fuisse a Trajano: quod afferunt de lege *Titia* nugantur. *Lips.*

Legemque Cinciam] Nempe ut innovaretur, et strictius observaretur. Sic vetustæ leges quandoque exolescunt, et firmari renovarique novis jussis indigent.

Legemque Cinciam] De hac Livius l. XXXIV. 'Quid legem Cinciam excitavit de donis et muneribus, nisi quia vectigalis jam et stipendiaria plebs esse senatui cœperat?' Festus hanc legem *muneralem* dictam esse significat, 'qua Cincius cavit, ne cui liceret munus accipere;' quod de patronis intelligendum.

[s] *Discors Suilio*] Hæc verba non significant, hac in causa tantum Silio aliud, aliud Suilio visum, ita ut nihil exprimant, nisi quod ex sequentibus satis noscitur, et jure prætereantur interpreti; sed volunt nobiles publicasque inter Silium et Suilium fuisse simultates.

Quod dedita opera interjecit Tacitus, ut intelligeremus, actionem eam, etsi foret in commune utilis, non tamen tam amore egregii publici, quam odio et cupidine inimicum ulciscendi, a Silio inceptam esse. *Gronov.*

Discors Suilio] Fuit forte quædam ambitio contentioque nobilis Silii, ut qui ingenio et eloquentia præpolleret, adversus Suilium delatorem perpetuum et famosum; unde et Silius juvenis famam adipisci voluit. Forte non in hac causa solum, sed et in aliis antea.

Sed hoc non satis compertum ex

torum exempla referens, 'qui famam in posteros,[1] [t] præmia eloquentiæ cogitavissent pulcherrima: alioquin et bonarum artium principem sordidis ministeriis fœdari: ne fidem quidem integram manere, ubi magnitudo quæstuum spectetur.[2] Quod si in nullius mercedem negotia tueantur,[3] [u] pauciora fore: nunc inimicitias, accusationes, odia, et injurias[v] foveri, ut, quomodo vis morborum pretia medentibus, sic fori tabes

qui decus apud posteros et gloriam pretium facundiæ præclarissimum reputassent. Nam et alias *eloquentiam* optimarum artium reginam inhonestis officiis contaminari; ne fidem quidem inviolatam conservari, ubi grande lucrum aspiciatur. Quod si in nullius hominis pretium lites defendantur, pauciores eas futuras: nunc offensiones, delationes, inimicitias, et iniquitates ali, ut eodem modo fori lues seu contagio divitias advocatis importet, quo

1 Ms. Bodl. et Jac. Gronovius *famam et posteros.*—2 Ita diserte Flor. Reg. et Meus Mss. nisi quod Flor. in ultima voce aberret exhibendo, *spectaretur:* et Reg. qui, *spectatur.* Quare nulla correctione hic opus. *Ryckius.* —3 *Negocia sint* Jac. Gronovius ex Ms. Medic. probaturque auctoritate Taciti, Annal. I. 28. 'Quin potius, ut novissimi in culpam, ita primi ad pœnitentiam sumus.' In scriptis libris vulgo *negotiantur.* Margini Ms. Bodl. ascriptum *negotia tueantur*, quod in libris omnibus editis legitur. Suspectum tamen; ideoque conjectabat Frid. Gronovius, *negotia eant.* Ernestus, *negotia curentur.* Brotier. Acidalius legit: *Quod si nullius in mercedem negotia tueantur;* eo ordine et sensu: si nullius negotia tueantur in sive ob mercedem. Videtur hic offensus eo quod putarit *mercedem* tantum de accipiente dici, non etiam de dante. Unde etiam alius vir eruditus inductus videtur ut divinaret: '*Quod si in nullius mercedem negotia eant, pauciora fore.* Sed cum Ms. meus: *quod si in nullius mercedem negotia tueantur, pauciora fore crimina:* non tam de primo membro corrigendo, quam de secundo explendo cogitandum. Nec novum videri debet *mercedem* hic dici de cliente, qui patrono offert honorarium, cum Suetonius Jul. cap. 20. similiter *mercedes* vocet pecuniam quam publicani

NOTÆ

eo loco Taciti. Videtur tantum discordare nunc a Suilio, ut illum refellat. Forte tamen sic delationes compressisset Silius in summo delatore, præsertim si opes ex ea arte congerere vetuisset.

[t] *Famam in posteros*] Certe tum temporis, *orare causam*, non fuit ars aut professio, ut nunc, sed amici officium seu patrocinium. Et fuit aditus hic ac veluti præparatio ad Reipub. munia; ad quæ certe fama in vulgus necessaria fuit, qua illustres candidati favorem plebis, etiam et principis suffragia, captarent.

[u] *Quod si in nullius mercedem negotia tueantur*] Lego, *quod si nullius in mercedem negotia tueantur.* Eo ordine et sensu; si nullius negotia tueantur in mercedem, id est, mercede, vel ob mercedem. Sic de moribus German. 'Exercitatio artem paravit, ars decorem: non in quæstum tamen ac mercedem.' *Acidalius.*

Facile credo esse hic aliquid scabri. Lipsianæ ad marginem ostendunt in Mss. esse *negotiantur.* Forte *negotia eant.* Gronovius. Forte, *negotia vertantur.*

[v] *Injurias*] Intellige non verborum sed rerum contumelias, seu potius iniquitates et scelera flagitiaque.

pecuniam advocatis ferat. Meminissent C. Asinii et[4] Messallæ ac recentiorum, Arruntii et Æsernini: ad summa provectos incorrupta vita et facundia.' Talia dicente Consule designato, consentientibus aliis, parabatur sententia, qua 'lege repetundarum tenerentur;'[w] cum Suilius, et Cossutianus, et ceteri, qui non judicium (quippe in manifestos) sed pœnam statui videbant, circumsistunt Cæsarem, ante acta deprecantes. Et, postquam annuit,[x] agere[5] incipiunt:

7. 'Quem illum[1] tanta superbia esse, ut æternitatem

pacto violentia morborum opes medicis invehit. Recordarentur C. Asinii et Messallæ, et nuperorum oratorum Arruntii et Æsernini, qui ad supremas dignitates evecti sint, illibata fide et eloquentia. *Hæc disserente consule designato, et* patribus *aliis assentientibus, jam destinabatur senatusconsultum, quo* legi repetundarum obnoxii essent, qui pecuniam aut munus acceperant ob causam orandam; *cum Suilius et Cossutianus, et ceteri qui non decretum (nam in sceleris compertos) sed supplicium decerni prospiciebant, circumstant principem, superiorum veniam flagitantes. Et ubi assensit per silentium, causam ingrediuntur.*

Quem hominem tanta arrogantia esse, ut immortalem gloriam sibi polliceri

pro conductis vectigalibus ex contractu pendere cogebantur: et Ulpianus l. III. §. 2. D. ubi pupillus educ. *mercedes pupillorum* dicat pecuniam, quæ in disciplinam pupillorum impenditur. *Ryckius.*—4 Nicolaus Heinsius legebat: *et M. Messallæ;* quod probo. Intelliguntur autem *C. Asinius Pollio*, cujus mentio I. 12. et *M. Valerius Messalla Corvinus*, qui Consul cum Augusto III. a. 723. *Idem.*—5 Flor. *et post quam annuit, tacere incipiunt.* Unde Freinshemius: *jacere incipiunt*, id est, proloqui non continua oratione, sed velut interjungentes. Quæ lectio ipsissima Taciti videtur; qui sic alibi VI. 4. 'si qua discordes jecissent, melius obliterari.' Ms. meus: *postquam annuit, dicere incipiunt.* Reg. *agere incipiunt.* Ryckius. Homerus habet *sint.* Gronovius et Ryckius *tacens* vice *agere.*

1 Beroaldi aliorumque Edd. veteres, item Freinshemii, *quem ullum.* Sed Mss. Flor. Reg. Bud. meus, *illum*, ut edidi. *Ryckius.*

NOTÆ

[w] *Lege repetundarum tenerentur*] Qua cavebatur, ne quis ob accusandum vel non accusandum pecuniam acciperet: teste Venuleio lib. III. Publicorum D. de lege Julia repetundarum. Notandum autem hoc amplius, Cossutianum et ceteros perfidos advocatos, fuisse repetundarum reos, eo quod, pecunia accepta a Suilio accusatore, prævaricati essent. Quod non reperias scriptum in lege de repetundis. *Vertran.*

[x] *Et postquam annuit*] Nempe illis *anteactorum* veniam concedebat Cæsar, solo nutu et tacens. Sed cum id obtinuissent, non contenti, ut apud talem principem, cujus facilitate præsertim abutebantur advocati, etiam in futurum non omni præmio dejici, et Legi Cinciæ modum seu temperamentum aliquod afferri postulant: quod etiam illis concedit Claudius.

famæ[y] spe præsumat?[z] usui et rebus subsidium præparari,[a] ne quis inopia advocatorum potentioribus obnoxius sit: neque tamen eloquentiam gratuito[b] contingere: omitti curas familiares, ut quis se alienis negotiis intendat: multos militia,[c] quosdam exercendo agros tolerare vitam: nihil a

audeat? necessitati et negotiis *eloquentiam velut* subsidium comparari, ne quis destitutus advocatis, opprimatur ab iis qui præpollent. Neque tamen facundiam gratis obvenire; relinqui munia domestica, ut quis alienis rebus operam accommodet: plurimos sustentare vitam bello, nonnullos colendis agris;

NOTÆ

[y] *Ut æternitatem famæ*] Cic. in somnio Scipionis: 'Ex his ipsis cultis notisque terris, num aut tuum, aut cujusquam nostrum nomen, vel Caucasum hunc, quem cernis, transcendere potuit, vel illum Gangem transnatare? Quis in reliquis orientis aut obeuntis Solis ultimis, aut Aquilonis Austrive partibus, tuum nomen audiet? Quibus amputatis, cernis profecto, quantis in angustiis vestra gloria se dilatari velit. Ipsi autem qui de vobis loquuntur, quamdiu loquentur? Quinetiam si cupiat proles illa futurorum hominum deinceps laudes uniuscujusque nostrum a patribus acceptas posteris prodere, tamen propter eluviones exustionesque terrarum, quas accidere tempore certo necesse est, non modo non æternam, sed ne diuturnam quidem gloriam assequi possumus. Quid autem interest, ab iis qui postea nascentur sermonem fore de te, cum ab iis nullus fuerit qui ante nati sint, qui nec pauciores, et certe meliores fuerunt viri? cum præsertim apud eos ipsos, a quibus audiri nomen nostrum potest, nemo unius anni memoriam consequi possit.'

[z] *Præsumat*] Seneca, lib. de Consol. ad Polyb. cap. 20. 'Quid enim immortale manus mortales fecerint? Septem illa miracula, et si qua his mirabiliora, sequentium annorum exstruxit ambitio, aliquando solo æquata visentur. Ita est, nihil perpetuum, pauca diuturna sunt. Aliud alio modo fragile est, rerum exitus variantur. Ceterum quicquid cœpit, et desinit. Mundo quidam minantur interitum; et hoc universum, quod omnia divina humanaque complectitur, si fas putas credere, dies aliquis dissipabit, et in confusionem veterem tenebrasque demerget.'

[a] *Usui et rebus subsidium præparari*] Subsidium scil. eloquentiæ: quod et ad commercium hominum, et ad res proprias tuendas, præparatur. *Pichena.*

[b] *Neque tamen eloquentiam gratuito*] Cic. pro M. Cælio: 'An vos aliam causam esse ullam putatis, cur tantis præmiis eloquentiæ, tanta voluptate dicendi, tanta laude, tanta gloria, tanto honore, tam sint pauci, semperque fuerint, qui in hoc labore versantur? omittendæ sunt omnes voluptates, relinquenda studia delectationis, ludus, jocus, convivium, sermo etiam pæne omnium familiarium deserendus. Quæ res in hoc genere homines a labore studioque dicendi deterret,' &c.

[c] *Multos militia*] Sic Sallustius: 'Humillimus quisque in arvis, aut militia, nullius honestæ rei egens, satis sibi, satisque patriæ erat.'

quoquam expeti, nisi cujus fructus[d] ante præviderit. Facile Asinium et Messallam,[e] inter Antonium et Augustum bellorum præmiis refertos, aut ditium familiarum hæredes Æserninos et Arruntios, magnum animum induisse: promta sibi exempla, quantis mercedibus P. Clodius aut C. Curio concionari soliti sint: se, modicos Senatores,[f] quieta[2] Rep. nulla, nisi pacis,[g] emolumenta petere.[2] Cogitaret plebem, quæ toga enitesceret:[h] sublatis studiorum pretiis, etiam

nihil a quocumque exquiri, nisi cujus emolumentum prius perspexerit. Facile Asinium et Messallam magnos spiritus sumsisse, ut qui bellis inter Antonium et Augustum opibus ac præmiis ditati essent. Sic et facile *magnanimos* Æserninos et Arruntios, ut qui opulentarum familiarum hæreditates excepissent. Suppetere sibi et exempla, quantis præmiis P. Clodius, vel C. Curio causas orare consueverint; se tenues senatores, tranquilla Rep. nullos nisi pacis fructus ambire. Reputaret plebeculam, quæ pacis artibus inclaresceret; et demtis literarum præmiis, simul et optimas artes interituras.

2 Ita Pichena et Recentiores. Nec aliter infra in Dialogo de Oratoribus, c. 36. In Mss. *qui et a Republica nulla, nisi pacis, emolumenta peterent.* Brotier.

NOTÆ

[d] *Nisi cujus fructus*] Juven. Sat. 7. 'Didicit jam dives avarus Tantum admirari, tantum laudare disertos, Ut pueri Junonis avem; sed defluit ætas, Et pelagi patiens, et cassidis, atque ligonis: Tædia tunc subeunt animos, tunc seque, suamque Terpsichoren odit facunda et nuda senectus.'

[e] *Messallam*] Augusti ævo consulatus, sacerdotia, et civium spolia invadebant, ut motibus civicis.

[f] *Se, modicos senatores*] Id est, se tantum senatores esse, non prætores, non sacerdotiis præditos, non consulares, aut rectores provinciarum; nullisque ipsos dignitatibus aut publicis muneribus evectos, quibus opes honoresque in familiam suam inferre possent, et quibus nixi, solam famam in posteros gloriamque unam spectare possent, in causis orandis, tuendisque civium negotiis.

[g] *Nulla nisi pacis*] Se tantum percipere fructus ex eloquentia et ex peritia legum divinarum et humanarum, quæ sunt veræ et unæ pacis civilis artes, et quæ possint etiam vocari *domi* seu *togæ* artes. Cicero: 'Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ.'

Nisi pacis] Cic. Philipp. 7. 'Itaque ego ille, qui semper pacis auctor fui, cuique pax præsertim civilis, quanquam omnibus bonis, mihi tamen inprimis, fuit optabilis: (omne enim curriculum industriæ nostræ in foro, in curia, in amicorum periculis propulsandis elaboratum est: hinc honores amplissimos, hinc mediocres opes: hinc dignitatem, si quam habemus, consecuti sumus:) ego itaque pacis, ut ita dicam, alumnus, qui quantuscumque sum (nihil enim mihi arrogo) sine pace civili certe non fuissem,' &c.

[h] *Cogitaret plebem, quæ toga enitesceret*] Non modo respiceret Arruntios et Æserninos, sed etiam eorum meminisset, qui modica origine, arcta re

NOTÆ

familiari cum sint, togæ pacisque artibus et eloquentiæ studeant, quibus utique ex studiis suis petenda sustentatio. *Freinshemius.*

Scripsit omnino Tacitus: *cogitaret plebem, quæ toga enitesceret. Togam* utique Freinshemius accipit laxe nimis. Ea enim, pacem pacisque artes omnes etsi aliquando possit complecti, tamen hic arctius nihil aliud significat quam eloquentiam forensem. Ut Livio lib. XXII. de C. Terentio Varrone: 'togaque ac forum placuere, proclamando pro sordidis hominibus causisque.' Plin. lib. I. epist. 22. 'in toga negotiisque versatur: multos advocatione, plures consilio juvat.' Florus IV. 12. 'ut primum togas et sæviora armis jura viderunt.'

Reliquus autem sensus. Meminisset magnam partem plebeios, ac de plebe esse, qui enitescerent atque in lucem se proferrent toga et causidicina: qui non possent tam magnum induere animum, et operam illam gratuitam præstare, nisi esurire domi, et fame perire velint, dum alios beatos faciunt.

Nam quod dicere Tacitum faciunt, plebi non esse aliam viam ad dignitates, falsum est, ut norunt rerum Romanorum periti. *Gronov.*

Quæ toga enitesceret] Sic apud Valer. lib. III. ubi de Scipione Africani superioris filio: 'Idem præturæ petitor candidam togam adeo turpitudinis maculis obsolefactam in campum detulit.' Hic per *togam*, non vestis intelligitur, sed artes moresque hominis, qui flagitio corrupti et polluti, ut infra patet ex eodem Valerio.

Quæ toga] Cic. in L. Pisonem: 'Scire cupio, quid tandem isto in versu reprehendas: 'Cedant arma togæ.' Tuæ dicis, *inquit*, togæ, summum imperatorem esse cessurum. Quid nunc te, asine, literas doceam? non opus est verbis, sed fustibus. Non dixi hanc togam qua sum amictus; nec arma, scutum, et gladium unius imperatoris; sed quod pacis est insigne et otii, toga. Contra autem arma tumultusque belli, more poëtarum locutus, hoc intelligi volui, bellum ac tumultum paci atque otio concessurum.'

Quæ toga] Juven. Sat. 8. de Cicerone: 'Tantum igitur muros intra toga contulit illi Nominis et tituli, quantum non Leucade, quantum Thessaliæ campis Octavius abstulit udo Cædibus assiduis gladio. Sed Roma parentem, Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.'

Quæ toga] Quæ afferunt hic de *toga*, quæ vestimentum sit, et cum dicunt opus esse pecunia, qua ipsi advocati decoris vestibus instruerentur, fabulæ et ineptiæ.

Quid intelligat per *togam*, ipse explicat Tac. Agric. 21. 'Jam vero principum filios liberalibus artibus erudire, et ingenia Britannorum studiis Gallorum anteferre, ut qui modo linguam Rom. abnuebant, eloquentiam concupiscerent, inde etiam habitus nostri honor et frequens toga.'

Unde frequens toga, nisi quia eloquentiam concupiscebant Britanni, jamque forum frequentabant, jam advocatos agebant, pacisque artes sectari incipiebant? 'Gallia caussidicos docuit facunda Britannos.' Juven.

Quæ toga] Toga seu jus civitatis pro magno decore habitum; ita ut peregrinæ conditionis homines apud Sueton. vetarentur, 'usurpare Romana nomina, duntaxat gentilitia;' idem Sueton. Claud. 25. 'Civitatem Rom. usurpantes in Campo Esquilino securi percussit.'

Patet etiam ex eo, quod tradit Plinius de pictore celebri, qui in domo aurea Neronis pingebat *togatus*, quasi ad decus artis et artificis. Qui jus

studia peritura.' Ut minus decora hæc, ita haud frustra[i] dicta Princeps ratus, capiendis pecuniis posuit modum[3] usque ad dena sestertia,[j] quem egressi repetundarum tenerentur.

8. Sub idem tempus Mithridates, quem imperitasse Armeniis[k]

Hæc, licet minus honesta, attamen *non abs re sic prolata Cæsar existimans, sumendis præmiis,* seu honorariis advocatorum, *temperamentum adhibuit,* nempe *usque ad denaa sestertia, quem* modum ii qui *transgressi essent, repetundarum rei haberentur.*

Eadem tempestate Mithridates, quem scripsi, regnasse apud Armenios, et in con-

—3 Senatusconsulto modum posuit, ut optime vidit Cl. Chiffletius, qui etiam hunc locum ita emendatum volebat: *Hæc ita haud frustra dicta Princeps ratus, SC. capiendis pecuniis posuit modum.* Idem.

NOTÆ

civitatis exilio amittebat, simul et jus togæ amittere censebatur. Plinius epist.

Quæ toga enitesceret] Hac potissimum ratione et arte, Romana plebs enitere potuit, nempe *pacis domique* artibus, quæ nomine *togæ* intelliguntur. Non nisi *togati* in foro et in basilicis conspici debuere. En 'Romanos rerum dominos, gentemque togatam.'

Quod exprobrat apud Sueton. Augustus civibus, qui pulla veste publice uterentur; et *toga* in tanto honore habita fuit, ut eam maxime ambirent ipsi socii. Et ipsi reges *togati* quandoque principem Rom. stipabant. Sueton.

Quæ toga] Vertit interpres Hispanus: *qua ratione majora munia plebs adipisceretur, et haberet facultatem utendi toga majoris splendoris atque dignitatis.* Sed hæc digna fuerint Claudio, non Tacito. *Toga,* id est, foro, eloquentia, peritia juris divini et humani, quibus artibus plebeii et novi homines emergebant, atque supra vulgus eminebant, ut olim Cicero Arpinas.

[i] *Haud frustra*] Non abs re, non perperam, non sine aliqua specie veri justique.

[j] *Usque ad dena sestertia*] Eandem summam Nero etiam definiit, credo, de quo Suetonius cap. 17.: 'Item ut litigatores pro patrociniis certam justamque mercedem darent.' Sæpius enim relata hæc lex, cum perrumperet improbitas forensis. Eandem summam capere et Trajanus advocatis permisit, sed duntaxat post negotia peracta. Plinius lib. v. 'Peractis enim negotiis permittebantur pecuniam duntaxat decem millium dare.' Nam decem millia HS. idem quod dena HS. idem quod centum aurei, ut alibi docebo. Quod honorarium patrono Ulpianus tribuit in singulas causas, lib. I. de variis et extr. cognit. *Lipsius.*

Usque ad dena sestertia] Sunt ducenti et quinquaginta coronati, seu 750 libræ: et erant causæ illæ majoris momenti, quam nunc apud nos. Accusabantur rectores provinciarum, et ipsæ provinciæ, regna. Reges ipsi accusabantur, et invicem accusabant in senatu illo augustissimo, quo tot veluti reges, quot judices assidebant.

[k] *Armeniis*] Vide notas VI. 32.